


25
17

✓
Adsum.

D. Joannis de Deo ab Alderama. Mediu[m]
practicus et professorius

A handwritten signature, appearing to read "J. de Deo ab Alderama", is enclosed within a hand-drawn oval border.



F R I D E R I C I
H O F F M A N N I
C O N S I L I A R I I R E G I S
I N T I M I E T A R C H I A T R I
O P U S C U L A
M E D I C O - P R A C T I C A
S E U
D I S S E R T A T I O N E S S E L E C T I O R E S

Antea diversis temporibus editæ, nunc revisæ
& auctiores.



V E N E T I I S. M D C C X X X V I I I .
Ex T Y P O G R A P H I A B A L L E O N I A N A .
S U P E R I O R U M P E R M I S S U , A C P R I V I L E G I O .

131
ИМЕНИЯ
СОЛНЦА
КОМПАНИИ
ОТДЕЛ
ДИСКУССИИ
МЕДИКО-ПРАКТИЧЕСКОЙ
СЕМИНАРИИ

Члены Европейской Академии в Китае
и Америке.



ВЪ ВѢРБНИКѢ. МДCCXXVII
Ex TYPIS IMPRENTA
LUDOVICORUM PERMIXTA, AC PRACTICATA.

VIRO ILLUTRISS. ATQUE EXCELLENTISS. DOMINO
SAMUELII DE COCCEII
POTENTISSIMI PRUSSORUM REGIS.

In Sanctiore Consilio Administro, Supremorum Tribunalium
& Consistorii Präsidio, rerum Ecclesiasticarum &
Feudalium Directori atque Academiarum Curatori

S. P. D.

FRIDERICUS HOFFMANNUS.

Non diu multumque, VIR ILLUSTRISSIME, conquirende mibi erunt
cause, quae me impulerint, ut exiguum hunc ingenii fratum, veneratio-
nis erga TE mea testes, sub Nominis TUO auspicio in publicum prodire value-
rim. Quodsenim Viros virtute & meritis illustres justo pretio estimare atque in-
aliorum exempla publicis commendare & elogii solenne est: certe TUA in univer-
sam, maxime autem literariam Rempubl. merita partamque inde gloriam rase-
re, piaculum, dignis vero concelebrare landibus, dignus grata mente obse-
quium erit. Nostro certe tempore magno decoris ac ornamento est, si Regum
Principumque aulas Viros summa eruditione, virtute, impigroque studio ac vi-
gilantia illustres exornare, ut non modo Resp. civilis sed etiam litteraria aique-
Mus maxime de iis gandere sibique insigniter gratulari possint. At vero, quo-
vehementius illud oportet, eo profecto rarius ac infrequentius tam perfecti
& omnibus numeris absoluti conspicuntur Viros. Nam ne rem, uti est, ingenuo
dicam, non exiguus quidem doctrina abundantia ingeniique prstantia conspi-
cuorum Virorum superie numerus, at, probe subdito calculo, pluret eorum ita
sunt comparati, ut vel communi illo & hodiernum ferme epidemio morbo, nimio-
sui commodis studio, laborene, vel ob nimiam timiditatem ad utilitatem publicam
promovendam non cordatis satis atque idonei sint. Haud quidem inficiandum
latitare adhuc in aulis Principum Viros animi non minus candore fideique inte-
gritate insignes, quam salutis publicae amantissimos, sed his sepe sapientis ingenii
acumen, doctrinævis & aptæ vivendi & res administrandi ratio deficit. Dantur
denique, qui hacce omnia naturæ rectaque institutionis bona possident, ideoque
ceteris antecellerent, nisi id vitis haberent, ut in commoda quiete, suavi otio &
voluptatibus vitam transfigere, quam adsiduis curis & continuo labore corporis
animique vires delassare mallent. Quum itaque TU, VIR ILLUSTRISSIME,
rarissimi magni & perfecti Regii Ministris characteribus abunde splendetas,
eo magis TE venerari omniisque honoris cultu prosequi non subditis solum, verum
etiam eruditis, & qui pro misis patrocinium ac favorem desiderant, convenit

Postquam ergo ante annum in aula Vestra , ad quam valetudinis Potentissimi Regis nostri tuenda causa vocatus eram , excellentes TUAS animi dotes aque ac incomparabilem in philosophicis scientiam coram propius intineri mihi datum fuit , TE magis adhuc & colere & venerari coepi ; idque eam etiam ob causam , quod non solum raro admodum exemplo , rerum naturalium doctrineque physica ac medicina rationalis insigni admodum amore ipse teneris , sed eos quoque , qui in Academiis , quorum TU Optimus Curator es , solidi & eximii quid in instruenda juventute praestant , singulari prorsus favore foves , estimas , & quibuscunque potes rebus studia illorum promoves . Proinde , cum gratiam & benevolentiam Tuam tum ego tum filius meus charissimus Med. Prof. Ord. a multis abhinc annis abunde experti sumus , nullus omnino dubitavi , fore , ut , quem in gratia ac beneficiorum memoris animi tesseram sub ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI auspicio produco tenuem hunc laborem , serena fronte excipias . Quod scit spe certa firmioreque anguror , ita nibil magis in votis habeo , quam ut benignissimus & potentis rerum omnium moderator DEUS valetudinem TUAM integrans illibataisque diutissime sustentet , praestantissimi dotes animi in dies augeat , saluberrimis in salutem publ. redundantibus consilii TUUS clementissime adsit , gentemque TUAM ILLUSTRISSIMAM ad finem rerum conservet ornatissimam . Hala d. VIII. Calend. Maii MDCCXXXVI.

NOI REFORMATORI DELLO STUDIO DI PADOA .

HAvendo veduto per la fede di Revisione , & Approvazione del P. F. Paolo Tomaso Manuelli Inquisitore , nel Libro intitolato ; Friderici Hoffmanni Consiliarii Opuscula Medica Practica non v' esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica , & parimente per Attestato del Segretario Nostro ; niente contro Prencipi , & buoni Costumi , concedemo Licenza a Sebastiano Coleti Stampatore , che possi esser stampato , osservando gl' ordini in materia di Stampe , & presentando le folte copie alle Pubbliche Librarie di Venetia , & di Padoa .

Dat. 18. Marzo 1737.

(Michiel Morosini Cav. Rif.

(

(Pietro Grimani Cav. Pr. Rif.

Agostino Gadaldini Segr.

1737. 7. Giugno .

Reg. nel Magist. Eccel. contro la Bestemmia .

Angelo Legrenzi Segr.

PRÆFA-

PRÆFATIO.

Etii a me sæpius majorem in modum Vir egregius & de utilitate publica promovenda eximie meritus *Dnus Vick*, celebris nostræ Academiæ Bibliopola, ut ipsi selectiorum mearum, quæ ægrius nunc haberi possunt & valde desiderantur, exercitationum iteratam editionem concederem, quom olim Nobili Leydensium Bibliopolæ *Haackio* tres Decades dissertationum, quæ ad valetudinem tuendam maxime pertinent, recendendas permiserim, neque minus ante decennium insigni viro *D. Bartholomeo*, industrio Ulmensium Bibliopolæ duas earundem decades, quas inter eminent, quæ de saluberrimis aquarum mineralium viribus agunt, in lucem publicam denuo producendas concesserim. Nolui igitur honestis *Dni Vickii* desideriis deesse, sed potius omni modo satisfacere. Placuit vero ex ingenti dissertationum, quæ per quadraginta & ultra annos me Præside, ductore & directore habitæ sunt, apparatu & numero, eas potissimum feligere, quæ ad artem nostram circumspetè & cum bonis ærorum rebus exercendam faciunt longeque utilissima themata complectuntur; quas non modo revidi, correxi, sed & optimis observationibus ac cautionibus adjectis hinc inde auxi & illustravi, certissima spe fretus, fore, ut, qui artem cum prudentia exercere sibi proposuerunt, fructum inde percipient insignissimum.

Ego sane non possum, quin hoc loco ingenuo profitear, me, postquam per dimidium sæculi & ultra artem exercendo & docendo innumerabiles in curandis morbis errores ac nocivos lapsus animadverti, nihil magis curæ cordique habuisse, quam ut pro virili & nulla unquam prætermissa occasione, medendi scientiam in meliorem ordinem redigere, ejusque fundamenta firmiora reddere, allaborarem. Evidem, pulcherrima illæ, quæ & medicum ornant & ad ipsam artem egregie faciunt scientię, cuius generis sunt accuratior & curiosior per solertiorem anatomen corporis humani notitia, intima rerum naturalium per egregia & varia experimenta physica, chymica, & mechanica investigatio, itemque ars pharmaceutico chymica, nostro tempore ad summum prope evectæ fastigium conspicuntur, nihilominus præcipuz illæ, quæ primas in arte tenent partes longe præstantissime, quales sunt vera & rationalis pathologia ac therapia non satis exculta multo minus omnibus numeris absolutæ habentur. Quodsi enim iis, qui in Academiis cursu medico absoluto artis opus adgredi parati sunt, vel jam dudum artem exercuerunt, morbi historia, ut eam resolvendo verum morbi genium, originem & causas demonstrare & remedia iis removendis idonea invenire debeant, offertur, nihil quod experientia respondeat, vel cum naturæ ordine conveniat, exercitatus medicus deprehendet. Quandocunque eadem morbi historia aliis, qui ad medicinam faciendam magis extolluntur idonei, traditur, dici vix potest, quanta circa singula, tum ratione causæ morbi, inidicorum curandi ac remediorum, tum ratione judicii de morbi eventu diffensio observeretur ac discrepantia, quæ indies fere, quod dolendum est, non minus animadvertisse, si quando duo vel tres medici ad lectum vocantur, adeo ut non vulgus solum, sed eruditæ etiam nihil exinde firmi, nihil certi in arte salutifera esse judicandi ansam & occasionem arripiant. Cujus certe miserabilis status causam, si quis paulo pensiculatus scrutari velit, vix inventi aliam, quam quod non adeo firma & stabili morborum scientia, quæ pathologia nomine venit, & cui unica vera therapia superstructa est, fundamento nitatur. Evidem philosophia corporis humani vivi & sani, quæ physiologia dicitur, per incomparabile illud circuli sanguinis inventum & per tot egregia experimenta physico-mechanica ita perfecta & exculta est, ut nihil fere amplius in ea desiderari videatur, sed dimidium fere sæculi effluxit, antequam divinum illud circuitus sanguinis inventum ad pathologiam rationalem reddendam introductum sit. Prostant quidem nostro

T R A E F A T I O.

tempore a celebribus hinc inde Viris conscripte pathologię seu theorię morborum medicer, quae ab iis, quibus in verba jurare magistri solenne est, multum laudantur & supra modum ac suis absolute numeris effeuntur, quas tamen si paulo accuratius consideramus, magna ex parte mancas & imperfectas conspicimus; siquidem nec perspicuas virium & imbecillitatis corporis humani, nec veras moriendi necessitatis causas reperire ibi licet: de morborum epidemiorum, qui multum medentibus faceant negotii, origine altum est silentium, humorum intemperies & virulentas qualitates, propemodum relegantur & concretionum in vasis, quae polyporum nomine veniunt & inmedicabiles morbos producunt, nulla sit mentio; de mirabilis nervosarum partium consensu, sine cuius notitia vix ac ne vix quidem symptomata explicari possunt, ibi plane non agitur: corruptio partium sphacelosa, quae plerumque mortis tam acutis quam chronicis passionibus supervenientis causam constituit, habetur rarissima doctrina de pulsibus, magnæ in judicio de eventu morbi ferendo utilitatis, ibi neglecta aut penitus omissa animadvertisit, & si ad rationalē actionum corporis nostri p̄tternaturalium explicationem respicimus, operationes animæ cum causis physico-mechanicis & actiones morales cum physicis mirum quantum invicem confunduntur. Dantur adhuc alii doctissimorum & Celebrium Virorum pathologici libri, in quibus plus materiarum morbificarum, quam motuum vitiosorum haberut ratio; quandoquidem diversissimæ intemperie pro stabiliendis morborum causis adducuntur humores, cum tamen ex motuum inæqualitate & vitio sive errore in locis, dum ex uno loco ad alienum humorum fit transitus, præcipua symptomatum in morbis ratio deduci debeat.

Perversam vero theoriam minus rectam medendi methodum sequi, res in se est perspicua. Quod vero tam macra usque eo facie incesserit pathologię scientia, non alia, me judice, subest causa, quam quod, qui eiusmodi libros luci exposuerunt, medicis falsis magis opinionibus & hypothesis imbuti quam sufficienti historiarum morbi apparatu instructi eosdem conscripferunt, cum tamen sufficiens observationum clinicularum apparatus & exacta historiarum cuiusdam morbi quoad omnes circumstantias delineatio & notitia præcipuum & verum tum pathologię tum therapię rationalis sit fundamentum. Nam diligenter adnotatae eiusmodi morborum historiarum convenienti meditationi accurariorque scrutinio subjectæ non modo verum morbi genium, originem & causas, tam antecedentes quam proximas, perspicuas reddunt, verum etiam proprium cuiusvis individui habitum, vires, consuetudines, quorum omnium consideratio maximum ad ferendum de morbi eventu & remediorum operatione judicium affert momentum, optime indicant & detegunt, & quemadmodum ex antecedente morbi notitia pro cause, naturę & grotantis & temporum morbi differentia, diversis remediorum observatur effectus: ita enim diligenter adnotatis eiusmodi morborum relationibus, ad pleniorum remediorum quoad vires notitiam perveniri optime posse censemendum est. Deinceps, ex diligentis historiarum morbi consideratione is pulcherrimus nascitur fructus, ut discamus, non multis & variis magno pretio paratis, sed paucis selectis, iisque facile probabilitibus, diæticis magis, quam pharmaceuticis, clementioribus, quam valentioribus, simplicibus, quam compositis, domesticis, quam exoticis convenienti tempore, ordine, & dosi usurpatis, graves ad modum & rebelles afflictiones sanari posse quam optime. Tum quoque id beneficium plene morborum historiarum affert, ut acres medentum dissensiones de certo medicamentorum in morbis effectu, partibus ad experientiam provocantibus, egregie possint componi, quum vix melior, vix præstantior via detur, ac ratio de medicamentis, quibus virtutibus, verisimile an falsis emineant, judicandi, quam per intimorem historiarum morbi cognitionem. Quæ cum ita sint, ut ex observationum accurariori studio descriptarum inopia & defectu tardus admodum segnisque artis salutaris huc usque fuerit progressus, sperare bono omne licet, ex meliori earumdem descriptione & apparatu majus.

P R A E F A T I O.

in dies certiusque pathologiz futurum esse incrementum. Etenim, cum paucissimi Medicorum sint, qui in morbis, usque maxime chronicis curandis, ad historiam morbi & circumstantias, aut individui ægrotantis naturam cognoscendam respiciunt, sit profecto, ut plurimi in ceteris medicinæ partibus satis verlati viri empirice artem exercant. Id quod vel ex eo liquido constare arbitror, quod nihil fere magis solenne habeant, ac innumera in uno morbo medicamenta præscribere, præscripta sepius mutare, & aliis subinde formulæ ægrotantem obruere, quarum ingredientia si quis paulo intuetur curatus, non tam ex simplicibus & usu satis cognitis, quam ex mirum ineptis veterum compositionibus ea confecta inveniet, unde difficillime sane, quem sibi præfixum medicus habeat medendi & juvandi scopum, cognoscere licet, tantum abest, ut ex tanta remediorum mole innotescat. Et si experientia credere fas est, certum ratumve habemus, vix quicquam præter crebram remediorum mutationem, in perspiciendo morborum caulis Medici arguere ignorantiam: hæ quippe ut plurimi non multiplices sed simplices tam multa tamque varia ut removeantur haud desiderant. Vero enim verior est regula illa practica: quo medicamentum simplicius, eo est melius, quia indicationi magis satisfacit, & quod experientia edocit scribimus, quanto minor est simplicium in formula numerus, tanto medicamento operatur potentius atque felicius. Sicut enim in omnibus, quos edit effectibus si nplex natura est, ita etiæ in medendo simplicitate quadam gaudet. Multo vero magis empiricam praxin exercent ii, qui posthabita non minus morbi historia, quam neglecta plane vita victus que ratione spretisque simplicioribus, morborum præcipue chronicorum, curationes variis specificis, ex auro & mineralibus paratis, metallorum sulphuribus aliisque chemicis moluntur, aut qui nimium paucis universalibus excretiones naturales tantum promoventibus morborum contumaciam oppugnari posse sibi & aliis persuadent: qua perversa medendi methodo vel multum ægrotantibus damni inferunt, aut si minus forte obsunt, parum tamen proficiunt.

Quum itaque a multis retro annis magna illa, quæ artis nostræ successum hue usque retardarunt impedimenta & communes in praxi medica errores animadverti, nihil mihi semper potius fuit, quam ut omnibus ingenii nervis ex magno & sufficienti historiarum morbi & veritatum facti apparatu ita studium medicum perficerem, ut cum certa & fundata ratione, citra magnos sumitus, tollendis morborū causis apta nata remedia Medici invenire, inventa pro ægrotantib[us] ac circumstantiarum varietate dextre applicare & sic commodis mortalium inservire tuto & recte possint. De qua methodo, modo & scopo rem medicam tractandi præsentes, quam in lucem nunc correctas emitto, dissertationes, testimonium perhibere possunt plenissimum, quarum frequentem lectionem crebrarumque meditationem & imitationem non possum non omnibus, quibus caute & efficaciter sanare volupe est, commendare quam maxime.

Inveniet quippe primo omnium diligens & attentus lector, quid natura, quid ve ars in medendo valeat, adeoq[ue] de utriusque effectu convictus optime cavebit, ne aut contraria naturæ moliantur, aut ne forsitan, quod naturæ tribuendum est, id artis opus existimet. Dein, quum maximum medendi momentum in eo potissimum continetur, ut varias morborum accessiones, status, periodos & declinationes recte quis advertere & certo ordine, tempore dosi & continuato usu morbo remediis occurrere sciat, iterum omnino in opere hoc perlegendio industrius artis indagator habebit, quem ducem eligit, quem tuto sequatur. Sed quid juvaret omnis de recte applicandis prudenterque continuandis remediis instructio, nisi scire simul liceat, quænam adplicare remedia ex usu sit, quibusque tuto subinde fidere possimus. Ad quod dijudicandum sicut solerter medicamentorum quoad vires exploratio multum afferit momenti: ita nec huic scopo deesse voluimus, sed remediiorum virtutes tam a priori, quam a posteriori seu effectu cognoscendas monstravimus, ex his vero effectibus peculiarem ægrotantium naturam deducendam ostendimus. Pertinet huc quoque specialis medicamentorum

P R A E F A T I O.

quorundam simplicissimorum ratione operandi modi & ipsius usus tractatio, quo respiquent maxime, quæ de medicina simplicissima, inedia, motu, aquæ potu, de aquarum mineralium, de lactis, de seru lactis, de manna in medendo usu, nec non de medicamentis ex diversi generis salibus de promptis agunt, quibus intentus rerum medicarum scrutator optime addiscere poterit, simplicissima hæcce remedia in multis iisque gravissimis morbis sanandis plurima alia effectu longe superare. Quas denique in fine adieci dissertationes variam remediorum inepte adhibitorum noxam palam faciunt, ita ut alieno periculo sapere aliorumque errores vitare facillimum sit.

Ultimo loco & hoc utilissimum monitum in animum revocandum omnibus, qui circumspecte artem exercere capiunt, commendo, medendi artem non tam facilem, ut vulgo putatur, rem esse, sed judiciofissimam & difficillimam, quin imo, ab imperitis si quando tractatur, periculi plenissimam, quod jam olim antiquissimus artis nostræ parens Hippocrates in aphorismo I. Sect. I. optime agnovit, dum experientiam fallacem, judicium difficile, experimentum periculosum adseruit. Etatem longissimam arti perficie adæ vix sufficientem existimat. Quod vero ex difficillimis hæc nostra disciplina sit non aliam reperire licet causam, quam quod tanta non modo morborum & causarum laudentium, sed & naturarum s. corporum humanorum ratione virium, imbecillitatis, sensibilitatis, structuræ & idiosyncrasiz detur diversitas, ita prorsus, ut pro varietate corporum non modo alimenta & medicamenta, sed & causæ morbifæ, & ipsa venena plane diversos & dissidentes effectus producant. Quam arduum vero sit, singula hæcce accuratius investigare & certum de investigatis judicium ferre, perspicacioribus viris dijudicandum relinquo.

I N D E X
OPUSCULORUM SEU DISSERTATIONUM.

D E C A S I.

- I. De naturæ & artis efficacia in medendo. pag. 1.
- II. De recta & simplicissima naturæ medendi methodo. 21.
- III. De medicamentorum prudenti applicatione in tempore. 35.
- IV. De prudenti medicamentorum continuatione. 46.
- V. De vera medicamentor. in morbis virtute & efficacia rite dignoscenda. 58.
- VI. De cognoscenda corporis humani natura ex effectu remediorum. 79.
- VII. De medicina simplicissima & optimâ, motu, inedia, aquæ potu. 94.
- VIII. De mirabil lactis aſinini in medendo usu. 107.
- IX. De saluberrima ſeri lactis virtute. 121
- X. De connubio aquarum mineral. cum latte longe saluberrimo. 136.

D E C A S II.

- I. De ſaluum mediorum excellente in medendo virtute. 148.
- II. De ſale medicinali Carolinar. 163.
- III. Demanna ejusque prestantissimo in medicina usu. 175.
- IV. De recto corticio chinæ usu in febribus intermittentibus. 189.
- V. De purgantibus fortioribus ex præmedica merito ejiciendis. 203.
- VI. De medicina emetica & purgante post iram veneno. 207.
- VII. De imprudente medieatione multorum morbor. & mortis cauſa. 226.
- VIII. De remediorum benignorum abuso & noxa. 249.
- IX. De vescantium & ſonticulorum circumſpecto in medicina usu. 264.
- X. De erroribus vulgaribus circa usum topi corum in præxi. 285.

D I S.

DISSE^TTAT^O MEDICA I.
DE
NATURÆ ET ARTIS
EFFICACIA IN MEDENDO.

§. I.

Duo maxime sunt medici, qui languenti corpori succurrunt, & infestas vitæ ægritudines & molestias tollunt: alter est Natura, quæ a veneranda antiquitate non inepte morborum medicus salutatur: alter est artifex, qui solerti ratione causas morborum scrutatus, iisdem accommodata opponit auxilia. Horum vero summus & princeps est ipsa natura, quam ars humanaque ratio & imitari, & adjuvare debet; siquidem sine natura idest sine corporis viribus ars nihil plane præstare potest. Ubi enim hæc deficit, ubi languet, ubi plane intermittit suas actiones, artis omne opus cessat. Felix itaque ille eximatur medicus, qui sub naturæ favore & energia operatur, & hac duce suas molitus curationes. Quin ipsa natura sola & destituta externa medici ope, graves saepe tollit ægritudines, præsidiis ac instrumentis communita præstantissimis. Sicut contra & plures dantur morbi, in quibus natura sola parum valet, sed manu & ope artificis adjuvari cupit, quo quidem in casu & artis præstantia & artificis ingenium cognoscitur. Sunt etiam noanula affectuum genera, quæ conjunctum naturæ & artis postulant officium, ubi natura quidem medetur, sed cum difficultate, cum tempore. Quam in rem more suo pulcre effatur CELSUS l. 2. cap. 14. part. 89. *Potest morbus, inquit,*

qui per se finem habiturus est, citius, adhibito auxilio tolli, ut quam primum bona valetudo contingat, & ne morbus, qui remanet, etiam exasperetur. Naturæ igitur & artis effectum & opus in medendo cognoscere & recte distinguere, non minima sapientiæ pars est. Et quemadmodum in rebus spiritualibus, quæ ad salutem animæ pertinent, ardua res est, naturæ & gratiæ limites atque fines discernere; ita certe in medicina haud facile negotium est, naturæ vim & artis sive remediiorum effectus atque limites invicem distinguere. Quam quidem in rem quotidie peccatur, etiam ab ipsis medicis, dum quod tribuere debent naturæ, artis opus esse existimant, quibus dum sibi blandiuntur, non levis in explorandis medicamentorum viribus error committitur. Non alienum itaque erit, hoc eximium in medicina argumentum paulo majori studio agitare ac curatiisque excutere.

2. Naturæ & artis in medendo effectus in conspectum daturi, ut tam arti quam naturæ sua constet laus, primum omnium utile erit, ex veterum monumentis, quid illi hac de re judicaverint, proponere. Utrique tam naturæ quam arti suas assignarunt laudes. Aperte HIPPOC. l. VI. Epid. ~~προτερας~~ inquit, Φύσις πατέρι, naturæ morborum medici, quod libro de arte fusi explicat: *Natura, inquit, ipsa sibi per se non ex consilio motiones ad actiones obeundas invenit, a nullo quidem edocita,* A
citra.

ciraque disciplinam ea, que convenienter efficit. Et alibi Lib. Diæta hæc prodidit idem gravissime. *Ars medica*, inquit, ab eo quod molestum est, liberat, & id, ex quo quis egrotat, auferendo, sanitatem reddit: idem & natura per se facere novit. Artis vero præstantiam in sano Lib. de Arte p. 21. in fine hisce deprehendit. *Quando natura non sponte excernenda dimittit, medicina necessitates ac vires invenit, quibus natura coacta indemnus dimittat sive excernat, nam stimulata monstrat medentibus, que sint facienda.* Neque minus pulchre dicrimen effectus artis & naturæ **GALENUS L.** de Constit. Artis cap. 21. hisce adstruit: *Sunt alia naturæ, alia medicis negata & concessa.* Naturæ quidem impossibile est, ita os confractum, ut ejus partes a nativa sede aberrent, membrumque distortum sit, corrigere & confirmare, quod medicis possibile est: quemadmodum & luxatum medicus repone potest, natura non potest. *Contra cavum ulcus carne replere natura potest, medicus non potest, sicuti ex semicoclis aut crudis aliquid concoquere: sed in his medicus naturæ famulatur.*

3. Evidem naturam medicum esse corporis nostri, uno ore fere omnes profitentur, attamen quid per naturam intelligatur, nondum plenus adhuc inter medicos reperitur consensus. Sique ullum vocabulum variis patet explicatis, certe hoc ipsum est. Verum enim vero cum vocabula in se nihil reale habeant, sed tantum nota ac signa sint rerum, non alienum fore putamus, omnis ambiguitatis & confusionis evitandæ causa quid per naturam velimus intellectum, breviter suceincteque explicare. Primum vero monendum est, vocabulum naturæ confundendum non esse cum ipsa anima tam sensitiva quam rationali. Sæpius has voces inter se miscent autores; cum tamen distinctæ res sint, quæ denotantur naturæ & animæ utriusque vocabulo. Hinc etiam necesse est, quodvis gaudere suo sibi proprio charactere. Deprehendimus nempe in corpore animantium & maxime in hu-

mano, actiones, quæ solo motu perficiuntur, ubi corpora inter se mutuis viribus motricibus & innatis agunt, a quarum virium æqualitate seu æquali nisu, vi acrobore, actione & pressione quies, ab inæquali vero, loci vel situs mutatio dependet. Ubi igitur corpus agit, & corpus patitur, & hæc invicem inter se viribus suis agunt, hæc invicem inter se viribus suis agunt, hæc actio dicitur naturalis & physica, recentioribus mechanica, it, necessaria. Nam necessarius semper sequi debet effectus certam corporum inter se actionem. Quam necessitatem effectum ex necessariis causis nascentem eternam immobilem naturæ legem recentiores nominarunt. Naturæ vero vox inde videtur suam trahere originem, quoniam vis ista matrix activa, extenso a Deo innata & insita est, quo sensu etiam Aristoteles definit naturam principium motus & quietis. Qui motus aut quies inest, subtiliter & inharet per se, & non per accidens, adeoque naturam habent illa corpora, quæ motu aut quiete gaudent nativa a principio ipsis absolute immanente, non adventitia vel ab externis rebus arecessita. Actio itaque naturalis in corpore humano hæc celebratur, quæ absolvitur operatione & concursu solo corporum. Ita sanguinis & humorum circuitus, digestio, secretio, excretio, motus fibrarum intestinorum & aliorum canaliculium peristalticus a causis necessariis fluunt, sine concursu ordinario alterius substantiarum vel virtutis, & hujus gratia dicitur actio naturalis mechanica.

4. Sunt vero in corporibus animalibus aliæ actiones & motus, qui non a solavi & mutuo contactu corporum proficiuntur, sed sublimiori virtute instruti corpora vel eorum partes in motum excitant. Ita e. g. certa impressio ab objecto externo agente in animalibus suscepta, certa item idea, perceptio, cogitatio, quæ omnis extensionis & indolis corporeæ expers est, potentiam habet corpus animalis, vel certas ejus partes ad motum, certo gradu, proportione, successu, duratione, cer-

certumque in finem concitandi. Cujus quidem rei testes sunt animi affectus, qui universi corporis partes & nonnullas ex iis peculiariter agitare ac commovere solent. Confirmat id etiam vehemens idea certae impressio, quæ quod incerta corporis membra pro inde sua agat, res est notissima. Ita fastidium cibi vel alij cius rei, ubi de eadem cogites, ventriculum ad vomitum concitat; firmior pulchræ mulieris contemplatio, ad venerem genitales partes stimulat; appetentia cibi grati, partes, quæ digestioni præsident, contrahit, ipsique vigorem, motum ac succum solvendis cibis convenientem subministrat. Sola porro imaginatione aluum moveri, corpus sudore digeri posse, experientia demonstrat. Ipse timor saltem a quodam morbo v.g. a variolis, pestilentia, epilepsia, ipsum morbum promte in corpore producit. Vehemens & subita impressio in gravidis, quos mirificos characteres foetibus inducere idonea sit, vulgo notum. Quæ cuncta clarissime ostendunt, sublimiorem, omnisque extensam indolis expertem adhuc virtutem inhærere animantium & maxime hominis corporibus, quæ anima solet appellari, & quidem sensitiva. Inde omnis actio, quæ ab ea proficitur, animalis nominatur, cuius generis sunt motus voluntarii, animi pathemata, & omnes motus qui sequuntur sensus, desideria, appetitus.

5. Reperiuntur adhuc aliae actiones non in omnibus animantibus, sed in solo homine, ubi nullus concursus corporum sit, nullus motus, nulla actio eorumdem subsequitur, videlicet idearum sive impressionum, quæ objectorum exterorum causa fiunt, abstractio, collatio, comparatio, connexio cum interna notitia, judicio & libertate agendi, unde nascitur ratio, veritas, quæ & alterius mentem convincere, instrue, reque apta est & valet; quæ justi & iusti internam cognitionem & sensum possidet. Hæc nullis mechanicis legibus adstricta, hæc cum corpore nullum habet commercium, nisi quod tantum cor-

pus animatum sit ejus domicilium, & sensus materiam ratiocinationis submittent. Hanc excellentem virtutem, mentem, rationalem animam, radium divinæ imaginis, spiritum ~~xxii~~^{xxv} recepto sic vocabulo & Theologi & Philosophi appellant.

6. Rebus in se distinctis sic distincte propositis, judicare jam promtum & expeditum est, per naturam, quæ a medicis consideratur, & quæ corpus cum affectum sanat, tum integrum conservat atque tuetur, minime intelligi mentem seu animam rationalem. Eodemque ex fonte discimus, neque animam sic dictam sensitivam eodem motus qui in corpore accidentur, vel efficeret vel moderari. Quamvis non negemus, hanc ipsam in corpus habere magnam, ut supra docuimus, potestatem, in pervertendis & turbandis motibus naturalibus, quorsum & pertinent vitales. De natura itaque humana, quæ secundum Hippocratem est omnis sermonis seu ratiocinationis in medicina fundamentum, nihil aliud intelligimus, quam mirabile illud ipsius corporis nostri artificium, cuius autor summus artifex est DEUS, cuius sapientiam immensam similius naturæ opus representat. Effetus enim merito existimatur æqualis sagittæ. Hæc naturæ definitio, omnium antiquissima. A Platone venuste vocatur natura ars divina in materia. Et Asclepiades, teste CÆL. AURELIANO, L. de acutis morbis, jam olim naturam nihil aliud esse quam corpus & ejus motum asseveravit. Haud igitur immerito queritur, in quoniam hujus summæ artificii ratio & indoles continetur. Quod quidem paucis nos explicaturos confidimus, si demonstramus, in admirabili illa coordinatione motuum, quos ipsius corporis partes inter se locatae ex se & sua natura suscitant, quique omnes nobilissimum in finem tendunt, naturæ vim positam esse. Neque enim ullus est artifex, cui non in opere, quod molitur, finis propositus sit, nullus porro est, qui non omnes partes machinæ omniaque instrumenta

disponat ad certum scopum. Scopus vero creatoris fuit, ut corpus nostrum motibus excitatum, & virtute sublimiori, quæ percipiendi vi polleat, donatum sit instrumentum, imo domicilium ipsius mentis cœlestis originis, ut in illo habitet, ex illo ideas hauriat, & suas functiones ad quas destinata est, exerceat. Essentia enim humanæ naturæ maxime in eo versatur, ut substantia a corpore maxime diversa unita sit arctissimo vinculo cum corpore vivo & animato. Ut itaque hæc conjunctio diu constet, opus est, ut corpus duret, quam corporis durationem & conservationem physico sensu vitam appellat.

7. At enim vero æque necessarium est, ut sensuum vis etiam in suis organis integra maneat ac illibata. Horum enim beneficio ipsa mens concipit ideas quæ cogitationum & rationis materia ac fundamentum sunt. Universi autem artificii in machina humana reconditi prima & præcipua ratio eo respicit, ut corpus in sua mistione & structura, cum alioquin corruptioni maxime patet, perduret atque conservetur, ut sensoriis etiam instructum sit, quibus objecta externa percipere & secundum perceptionem reagere motibus spontaneis possit. Quicquid vero eum in finem præstat, id perficit solo motu, non confuso, sed bene ordinato, & regulari, qui a recentioribus nomine mechanismi insignitur. Sicuti enim ob motum regularem & in certum finem ordinatum omnes construuntur machinæ, quæ constructio mechanismus dicitur: ita etiam nostra omnibus machinis tam naturalibus quam manufactis superior, unice a DEO summo & sapientissimo corporis nostri opifice ob certum & speciale motum contexta atque excitata est, eademque, quemadmodum omnes machinæ accurate & secundum proportionem, tempus, gradu ac portione agunt, non ex sua notitia, ratione, consilio, intentione & directione aliquid præstat in actibus na-

turalibus & vitalibus, sed secundum intellectum & rationem summi artificis id exequitur. Ingens tamen in eo deprehenditur differentia, quod in machinis arte humana factis plerumque simplex semper & idem modus sit operandi, in machinis vero divinis, plantis & animalibus variet illa operatio. Et quidem ratio est in procinto, siquidem in illis semper una eademque dispositio permanet causalis: v. g. in horologiis, machinis hydraulicis, hydraulicoque pneumaticis; in his vero variant causæ. Neminem enim rerum medicarum peritum ignorare oportet, res externas & interhas præcipue elementa, ætherem, aerem, aquam, alimenta cuiuscunq; generis & res non naturales varie disponere & afficere corpora & illorum motus. Vita enim machinæ, sanitas, morbus & mors unice a causis externis fluunt. Quapropter opus est, ut medicus naturæ rerum cognitionem compertam habeat, ut identidem bene intelligat, quos effectus, vel quare ratione eos exserant in corporibus humanis res naturales. In eo enim demum versari veram universæ scientie medicæ cognitionem existimo, & sine ea medicina manca, trunca ac debilis jure reputatur.

8. Quisque itaque clarissime perspicet, ad motuum œconomiam, qui vitam & sanitatem tuentur, & morbos etiam depellunt, minime necessarium esse concursum entis cuiusdam, quod notitia, perceptione, multo minus quod directione gaudeat. Ejus sententiae quoque fuerunt veteres & prudentiores recentiorum. HIPPOCRATES L. 1. de Dieta §. 6. hæc prodidit: *Corpora, quæ faciunt, non sciunt, quæ vero faciunt, scire sibi videntur, & quæ vident, non cognoscunt, attamen omnia in ipsis fiunt per divinam necessitatem & quæ volunt & quæ non volunt. Accedentibus vero illis hic, his vero illuc & inter se permixtis unumquodque destinatum fatum explet, & ad majus &* ad

ad minus. Referri huc meretur elegans-
tissimus circa eandem rem locus qui ex-
stat in Valleriola lib. I. locor. comm. c. 5.
*Lidoctas quidem animantium naturas di-
xit HIPPOCRATES*, hoc est, non consilio,
neque delectu agentes: sed profecto
quasi edictæ operantur, impelluntque
ad id, quod usus fit animanti, ut artifi-
ciosa ipsa hominis, miraculum omne su-
perans, structura facile declarat. Eam
enim tam mirabili partium nexu, firmi-
tudine, forma atque usu architectata na-
tura est, ut neque ad usum accommoda-
rius quicquam, neque ad speciem & or-
natum pulchrius spectari possit: provi-
dam vero & sollicitam indicant ea, que
in morbis gravissimis & exitialibus natu-
ra, ut servetur ager, molitur. Siquidem
adversus morbificam causam impetu vali-
do assurgens, & decretoria, excretiones
que vehementes molitur & concoctione,
discretione, tandemque vacuatione a le-
thalibus morbis ægrum sepe liberat. Idem
sensit ex recentioribus SYDENHA-
MIUS Sect. 2. de morb. acut. p. 158. Ego,
inquit, quoties naturam nomino, toties
causarum naturalium complexum quen-
dam significari volo, que quidem causæ
brute licet & omni consilio destituta, non
tamen sine summo consilio reguntur, dum
suas quæque operationes edunt suosque ef-
fectus exsequuntur. Nimirum supremum
illud Numen, cuius vi producta sunt om-
nia, & a cuius nutu dependent, infini-
ta sua sapientia sic disponit omnia, ut ad
opera destinata se certo tempore quodam
ordine atque methodo accingant, neque
sfrustra quicquam molita, neque nisi quod
optimum est ac toti rerum fabricæ suisque
privatis naturis maxime accommodum ex-
sequentia, perinde atque automata non
pro suo, sed artificis consilio moventur.
Et rectissime Baglivius p. 154. Naturæ
nomine non intelligo sapiens quoddam
phantasma, vagans, & consilio singu-
la dirigens, sed complexum quendam
generalem causarum naturalium, que li-
cet consilio destituantur, effectus tamen
suos parunt juxta leges a summo condito-
re inditas, atque ita ordinate, ut quasi
summo regi consilio videantur. Multo

vero pressius & rectius magnus ille Ro-
manorum Medicus LANCISIUS in
libro de natura corporis humani in
hunc modum differit: *Natura est vox
complexi & aggregati plurium causarum*
secundum eternas Dei regulas ad rerum
conservationem agentium, non usum
quid sive una causa, qua cunctæ anima-
lis actiones fiunt atque reguntur. *Natu-
ra animantium nihil aliud est, quam*
organica constructio partium solidarum
& peculiaris crassis fluidarum in vasis
contentarum determinatis, ut congruo
mutuo & plerumque alterno cum soli-
dis motu cieantur subservientibus par-
tibus, ethere, aeris pondere, elatere
ac motu, unde dependet vita. In ani-
mantium machinis fluida contra solida
nituntur. Isdem legibus mechanicis na-
tura & ars operatur & animantium
machine iisdem legibus mechanicis su-
biecta sunt ac artificiales & juxta
HIPPOCRAT. Lib. I. de dicta num.
13. ex manifestis ad obscura confide-
randa procedere debemus. Et ex recenti-
oribus Doctiss. Medicus Simson,
Scotus, de re medica p. 81. de natu-
ra corporis humani ita philosophatur:
Indefessus rerum naturalium contempla-
tor omnia naturæ opera concinna, ele-
gantia, utilia atque ex causarum,
quam libet, distantium mira tamen
conspirantium serie ubique inter so-
apta & connexa conperit, imprimis
vegetantia & animalia omnia singula-
isque eorum species propriis quibus-
dam certisque subjici legibus quarum
fundamenta solertissimus rerum om-
nium architectus ut geometria optimus
maximus in primis rerum seminibus
ponere voluit; quorum vi sola & fa-
cunditate insita e rudi primum & in-
digesta materie communis mole ex-
structas perfectasque tot miras specta-
bilesque rerum formas deprehendit.

9. Quum vero non fatis sit, stabi-
liendæ hujus sententiaz causa allegare
autoritatem, convenientissimum erit,
& ipsa ratione hujus rei veritatem con-
firmare. Quod si enim haec ipsa, que vi-
ta, sanitatis & morborum ac curationis

negotium spectant tantum ex corporum natura, motuum legibus & solo mechanismo perspicue possunt explicari, alienum certe est, in auxilium aliud quodam Ens notitia imo ratione, consilioque præditum, advocare. Minus etiam congruum fuerit, id ipsum in fibris motricibus & habitu corporis nostri, ubi nullus idearum, sine quibus nec ulla scientia concipi potest, datur proventus, collocare. Quod si porro totius mundi machina solis mechanicis legibus ornatissime regitur, & tot mirabiles effectus producit, id ipsum aliis cur denegare machinis velimus, causam plane non video. Neque vero hoc loco quidquam prædest eorum objectio, qui non concipi posse existimant, quomodo cuncti, tam secundum quam præter naturam in corpore nostro motus fieri possint sub certo tempore, certis gradibus, certum in finem, per congrua evocatoria ordinis, siquidem hæc cuncta nempe tempus, successio, gradus, intensio, remissio, motui inharent, & ad motus naturam spectant; directionem autem certam in organis cum notitia interna plane pernegasimus, neque alias agnoscimus, nisi quæ ex ipsa dispositione organorum profluit. Unde quod certa tempora requirantur ad ortum & successivam perfectionem corporis nostri, quod certis & statis temporibus fiant excretiones, certis periodis redeant morbi & solvantur, certo tempore ad appetitum, somnum & vigilias incitemur, hæc orania clarissime edocent, necessariis & corporeis ea fieri de causis. Id quod vel ex eo solo maxime judicandum, quod physicis causis, alimentorum & medicamentorum efficacia, hæc invicem immutari, crises morborum suspendi, periodi febrium accelerari, vigiliae consuetæ imminui possunt. Neque vero nostra est sententia, ex eodem fundamento consuetudinis, quæ in actibus moralibus, inclinationibus, propensionibus, vitiis, virtutibus, mōribusque locum habet, naturam deducere atque derivare. Non ignotum enim nobis sublimiorum virtutum & virium naturam

actionem & agendi modum esse, quam ut humanæ mentis angustia eam comprehendere & adsequi possit.

10. Neque hic valet ille mirificus consensus inter notiones animæ & corporis intercedens, cuius beneficio discimus, ex sanguinis motu, similem motum animum trahere. Ita si cum impietu fertur sanguis, animus quoque præceps, impatiens, atque impetuosus animadvertisit. Idem si segni cunctantique alveo progreditur, eadem animo lassitudo, segnities par. Ex eo tamen minime collendum, unum idemque esse principium, quod actibus moralibus & corporeis præfideat. Consensus utique appareat dilucide animæ & corporis, ex eotamen minime evincitur, illud, quod cogitat, quod percipit, facere corporis motus; multo minus vero ex habitu animæ, præsentim rationalis, iudicanda est motuum in corpore natura. Nam anima prudentissima & in summa tranquillitate constituta v. g. in senibus, non potest impeditre graves ægritudines, viscerum obstrunctiones, scirrhos, sanguinisque & feri stagnationes huic ætati perquam familiares. Deinde in turbulento statu motuum prænaturalium anima tranquilla & prudens subsistere & permanere potest. Quod vero in actibus naturalibus & vitalibus nulla præsens sit ratio, nulla consideratio, notitia, & directio, satis superque evincunt errores, qui subinde visuntur. In quem salutarem enim & rationalem finem spectant atroces illæ convulsiones? quid boni præstant funesti spastmi, qui a venenis excitati in ventriculo, pestem & perniciem corpori moliuntur? Quo spectant tot convulsionum genera, quæ a flatibus vel vermis in intestinis stagnantibus fiant? Quo summi acerbique dolores? Quo vehementes acutæque febres ad laxionem levissimam vel puncturam nerui tendinisque exorientes? Certe istæ enormes commotiones sunt pejores ipsa causa, cuius gratia secundum hypothesin a prudente natura insituuntur. Siquidem nisi arte succurratur exitium corpori & periculum vite affe-

afferunt, sique prudenti consilio & directione in morbis actiones & motus corporis administrantur, certe non perspicimus, quamobrem tam remota ab omni ratione alienæque in quibusdam affectibus motiones per incongrua loca, non debira proportione instituantur. Deberet in corporibus impuro sero turgidis, cachecticis, viscerum obstructinibus, scorbuticis, concitatori ac celebriore motu sanguis circumvolui, ut sanguinis crassities attereretur, emunctoria aperirentur, & ita superfluum ex corporis sphæra ejiceretur, cum tamen ex palfus debilitate contrarium observetur. Putredinosa quæ humoribus & sanguini in peste & malignis morbis imminet corruptio, requirit vigorem & intensiōnem motus circulatorii, quo illud, quod corruptum est, auferatur, & corpus ab ulteriori labore præservetur; cum tamen & vigoris virium & motuum in his affectibus summa debilitas, & jaclatura deprehendatur. Ubi bilis acris exsuperans varias passiones, tertianas febres intermitentes, continuas, ardentes, excitat, maximo cum æstu, siti inextinguibili, opus potius esset, si negotium cum prudentia gereretur, moderiori motu. In rheumatismis, catarrhis, arthriticis affectibus, materia peccans, acris salsa, tenuis vel etiam crassior, tartarea, per cutis meatus, aut renes eliminanda, ad articulos & fauces inclinatur, cum maxima molestia & sœpius periculo ægrotantis. Quæ porro prudenteria est, quæ ratio, quare sanguis abundans magno cum impetu in apoplecticis, in paralyticis ad caput feratur, funesto frequentissime eventu? ex terrore quod abortus, quod epilepsia, cordis palpitatione, & convulsiones nascantur? quænam salus inde expectanda est? Sæpe etiam sanguis & humores ejiciuntur, qui servandi erant, ut accident in hecticas, cachecticis, hydropicis. Et sunt utique adhuc plures vix enumerandi errores, ex quibus certe nec bona vel proficia intentio, quæ ex effectu debebat æstimari, multo minus ratio vel prudentia colligi potest. Reclissime itaque

Asclepiades, referente Cœlio Aureliano dixit, Naturam & prodeesse & nocere.

II. Neque majoris momenti æstimanda est eorum dubitatio, qui universum nostrum corpus ejusque partes tantum instrumenti & organi vices gerere, & hæc excitari moverique ab alia quam corporea substantia debere, profitentur. Sicuti accidit apud fabrum ferrarium, qui malleo pro arbitrio suo in variis utitur finem; at malleus ex toto non mere se habet passive, sed tantum respectu manus artificis, unaque concurrente sua reactione agit efficacissime. Concedimus quoque in vanoquoque motu corpus mobile considerari posse passive, dum impellitur a movente: nihilominus hoc ipsum reagit & effectum, qui moventi negatus est, auger atque modifieat. Quæ cuncta etiam concedimus in corpore nostro. Neutquam vero admittimus, dari in corpore nostro Ens quoddam, quod pro arbitrio, pro intentione sua sic utitur partibus musculosis ceu instrumento passivo ad motus vitales progressivos, secretorios & excretorios exercendos. Paucis ubi in physicis & medicis res & effectus rerum explicari & demonstrari possunt principiis, quæ in conceptum, quæ in sensu cadunt, quæ corporeis rebus propinquae sunt, insunt & quadrant, non confundiadum ad altius principium, cuius natura & proprietates directe non pertinent ad corpus vel ad ejus constitutionem aut operationem ordinario concurrunt. Longe aliter res se habet cum sensationibus, quæ in certis organis peculiari artificio constructis ab anima celebrantur, ita prorsus, ut hæc ipsa in organo auditus audiat, in oculo videat, in naribus odorem, in lingua gustum percipiat, ubi omnino hæc organa sese passive habent. Nihilominus tamen si non recte constructa constitutaque sunt & viatum fovent, animæ operatio & sensatio cessat, donec sagax & peritus Medicus arte per convenientia remedia administrata labem istam & vitium emendaverit atque correxerit.

12. Afferimus itaque corporis humani naturam nihil aliud esse, quam jum gem & perennem sanguinis & fluidorum in debita quantitate, temperie ac proportione existentium progressivum & in circulum abeuntem motum cum motibus convenientibus secretoriis & excretoriis junctum, qui primario ab alternativa cordis & arteriarum systole & diastole, neque minus a fibrarum universi corporis muscularium ac nervearum tensione, robore, tono, sive vimotrice elastica dependet atque efficitur, secundario vero a fluido tenuissimo aereo æthereo calido spirituoso, quod in liquido cerebri & nervorum ipsaque sanguine continetur. Sanguinis igitur jam descriptus motus circularis est unicum illud & maximum fundamentum, cui universa oeconomia animalis omnesque actiones, quæ in corpore accidunt innituntur. Hic est fons, autor, causa omnium eorum, quæ ad constitutionem perfectionemque corporis nostri pertinent. Quapropter non sine ingenti ratione hic in orbem motus, quoniam omnes actiones corporis moderatur, vitalis dicitur. Et vitam in motu consistere, ferme omnes uno ore medici affirmant. Neque opus est rationibus ad id confirmandum ex longinquo repetitis, quando experimentis exploratum est, quod simulac vel in toto corpore plane cessat & extinguitur hic humorum circuitus, sensuum ac rationis usus cum ipsa vita intercipiatur, corpore, quod beneficio hujus motus alioquin securum est a putredine, eandem tunc subeunte. Quodsi corporis membrum hoc sanguinis motu privatur, omnis confessim ejus perit usus & ad corruptionem inclinat. Præterea circulus hic firmum vinculum est, quo sanctior nostri pars, animus scilicet, quem de cœlo decerpsumus, amico feedere cum corpore conjungitur. Hie circulus quoque sustinet omnes sensus eorumque exercitia, hic nutrit, perficit & restaurat corpus, hic denique tonum, robur, motum vigoremque omnibus partibus elargitur. Idem a corruptione corpus, quo non quicquam

magis adfligitur, præservat, que universalia omnia vita nomine quatenus vel ad corpus vel simul ad totum hominem spectant, solent comprehendendi. Hic quoque circulus est, qui moderatus, æquabilis, secundum ordinem & regulam omnium partium actiones administrat, idest sanitatem efficit. Hic turbatus, morbos progignit omnis generis, eodemque everso corpus emoritur. Per quam curiosa enim est observatio, neminem mori, quin cadavera incisa causam mortis manifestam in sublato hoc sanguinis motu repræsentent: hinc vel inflammatio partis nobilioris, vel sanguinis & seri extra vasa secessio, vel polyposa concretio in vasibus majoribus hærens, vel visceris cuiusdam ingens corruptio & putrefactio in defunctis clarissime visitur. Imo quoque in morbis ipsis ad hunc sanguinis circuitum omnis & ratio & cogitatio medentis tendere debet. Ita syncopici, in quibus sensu & motu cessante, vita ad tempus desinit, iis remediis quæ motum collapsum restituunt & revocant, ut sunt frictiones - V. S. spiritus fortes naribus & ori infusi, interna spirituosa data, aquæ asperso frigidæ, a fatali meta retrahuntur. Crebriori vidimus experimento animantia, quibus nulla superesse videbatur vita, inflato aere in tracheam vel ductum thoracicum, ad vitam mox fuisse reducta, cordis motu restituto.

13. Præterea circulus sanguinis non tantum avertit mala a corpore, sed sanat etiam corpus, & hic est ille medicus, qui languores corporis curat, hæc est illa natura, quæ ex veterum etiam sapientium sententia medetur morbis, ac ab omni labore corpus defendit, firmam eidem præstans sanitatem. Quamdiu enim sanguis justo & legitimo modo per corpus fertur, tamdiu omnis corruptionis vis, ad quam paratissimum est corpus animalium, etiam sub calido cœlo & humido, qui hanc maxime fetet, infringitur ac impeditur. Et quamdiu decenti modo per venas transit sanguis, nullus morbus subsistere, nuliz pecc.

peccans materia progenerari potest. Pleraque enim morborum causæ originem suam ex imbecilliori & male disposito sanguinis motu per viscera trahunt. Ratio vero quare sanguinis motus a corpore putredinem arceat, idemque a mixtione sua destructione, & lassione quasvis internas pernicies machinæ intendente, defendat, est; quod a jugi & perenni sanguinis progressione & continua per innumeros canales ac tubulos multiplices pressione, diversa sanguinis elementa facili nezu in se coeuntia vel secedentia perpetuo & intime misceantur, uniantur, ut omnes & unum fluidum ex diversissimis particulis constans constituant, quod vel minimos canaliculos circuire, & non tantum omnes partes rigare & succos omnino utiles alendo, gignendo, sentiendo, movendo, necessarios elargiri, sed & inutiles superfluos, agiles, ad corruptionem inducendam proclives, iniquas tandem ipso illo intestino, sed per poros in minimos tubulos transpressorio motu dissolvere & per varia congrua emunctoria expellere possit. Quin imo ipse motus fluorum est ejus naturæ, ut non sinat putrefacere. Sola enim stasi, stagnatione & quiete humorum & mors & morbus præsentissime inducit, sola stagnatione humor decedit a nativa sua crassi, mixtione atque textura, motu vero unice conservatur. Neque vero vita directe & proxime a debita secretione & excretione pendet, sed a folo motu, ita etiam mors, quæ saepius celerrime ab animi pathemate, a spasmis, a causa externa proxima ratione incidit, a defectu excretionum non dependet. Videmus enim corpora quorum fucci impuritatibus & fordibus scalent, vivere. Videmus etiam corpora, motu celerrimo agitata sub magna copia excretionum perire. Formale itaque viæ & mixtione corporeæ non tam directe in excretionibus, sed potius in ipso motu intestino & progressivo versari judicamus, non negantes, excretiones suppressas morbos causaque morborum progenerare.

14. Cum itaque tota natura microcosmica, quæ proxima actionum in corpore causa, nil nisi sanguinis circulum & motum denotet, quem medicus siue in statu sano sive morbo homo veretur, perpetuo attendere, ac respicere debet, non immerito queritur, quomodo & a qua causa præcipua motus iste & oriatur & conservetur. Nos itaque cum contemplamur corporum interiora, deprehendimus omnino motuum instrumenta, quibus partes fluidæ impelluntur & agitantur, esse maxime fibras & musculos vi commovendi præditos. Ubicunque proinde humores feruntur, sive utiles sive inutiles, ibi reperies musculofas fibras ac tunicas, ex quibus etiam vasa omnis generis constant. Est vero geometrico-mechanica harum fibrarum musculofarum constructio, ut irrigatæ tenuissimo aeroæthereo elasticè indolis liquido in justo motu se conservent, contrahantque, & hajus contractionis vigore ac robore instar emboli liquida contenta propellant, quem motum actuum fibris proprium systolem Græci appellant. Quod vero contractivo motu gaudeant fibræ musculosæ, ex ipsa incisione muscularum in animalibus statim post mortem, vel in vivis etiam facta clarissime appareat. Et quod curiosum est: simulac deserit calor corpus, cessat quoque illarum contractio. Alter motus muscularum, qui priorem subsequitur, & magis passiæ sese habet, est ipsorum expansio, & fit a copia & impetu sanguinis in partes musculofas illabentis. Hoc duplici muscularum partium motu systoles & diastroles simplicissimo, totus humorum circuitus & ex eo dependens secretio- nium, excretionum atque economiæ vitalis & animalis universum negotium, continetur. Hic motus si fatus, integer & secundum regulam est, sanitatem efficit, turbatus vero morbos parit. Et mirabile est, quod infinitæ sapientie artifex Deus, certe simplicissima methodo ac via, unico nempe systoles ac diastroles motu, fibrarum motri-

motricium constrictione , dilatatione & impulsu ac progressu liquidorum , omnes actiones universi corporis & animæ functiones sustineat atque perficiat , adeo ut hujus motus reciprocatione & debito successu perpetuitas sanguinis circuli , sive perpetuus & continuus motus , qui fatigavit tot nobilissima ingenia , contineatur . Ad duplicum vero hunc motum , qui & in corde & in reliquis musculis celebratur , ibique pulsos , hic tonus & tensio dicitur , duo fluida requiruntur , unum mobilissimum elasticum , quod cerebrum & nervi subministrant , & maxime moventis vices gerit , alterum crassius , quod mobiles partes tuerit , sanguinis nempe & humorum massa . Nerveum fluidum fibrarum contractionem , dilatationem vero carundem sanguinis in vi cina partes appulsus magis efficit : qua distensione & mole sanguinis efficitur , ut nerveum majori copia in arteriam distentam infuat , & restitutionem atque contractionem rursus urgeat ; utope dilatatio arteriæ ad promovendam systolem & restitutionem facit , sicuti systole dum liquidum expellit , in vicina arteria promovet dia-

15. Deinceps ad continuandum hunc duplice et revera vitalem cordis & fibrarum musculosarum motum observanda est mirabilis illa consensio , quæ est inter eorū & cerebrum , & inter sanguinis & fluidi nervi motum . Quandocunque enim sanguis ministerio systoles cordis fertur ad caput per carotides , non modo ex sanguine subtilissimo fluidum nerveum generatur , sed & facto cerebri pulsu , arteriarum pressione influxus ejus in nervos promovetur . Inde evenit , ut si quando sanguinis motus fit in cerebro , eo ipso quoque nerveum fluidum deserat cor ac musculosas partes , syncope id docente : Contra , quo major est sanguinis appulsus ad cerebrum , sicuti fit in febribus a sudoriferis , a motu corporis , eo celerior quoque influxus succi nervi & appulsus ejus in cor fit , unde augetur hujus systole . Hac pulcherrima harmonia & consensu

cordis ac cerebri efficitur , ut unus saltem cordis pulsus & motus , ad motus propagandos & continuandos sit idoneus , non interrupta serie in universo corpore etiam per centum annos . Qua de causa syncopticis , si saltem semel incipiat rursus cor moveri , mox toti corpori redit vita , sensus motusque . Hoc est illud artificium summum mechanicum in structura corporis nostri reconditum , quod motus virales administrat , quod ex causis mere corporeis pendet , & natura a medicis appellatur , quæ maxime omnium in considerationem physicomedicam venire debet , si de vita , de sanitate , de morbis & illorum curacione quæstio incidit . Neque natura cum anima hoc in negotio est confundenda , quæ non motus ordinario efficit , sed potius illos percipit , estimat , judicat , dirigit , per meras ideas & actus immateriales , non tamen sine ordine , sine proportione . Quapropter non sine insigni ratione actiones naturales ab animalibus bene & recte veteres distinguuntur .

16. Ita satis deducta & exposita natura corporis nostri , quæ etiam secundum Hippocratem medicinæ est principium ac fundamentum , facile jam intelligi poterit , quando sermo est de natura corporis robusta , imbecilli , sensibili , morboſa , quomodo hæc debeat explicari . Valida igitur , robusta , & ad vitam longam idonea natura ea est , ubi corpus fibris compactis copiosis valde tensis formatur , ubi fluidum nerveum copiosum , vasa majora & ampla , & sanguine temperato plena : ita expedite ac promte sanguis & humores per totum corpus circulantur . Imbecillis contra natura dicitur , ubi fibrae laxioris & mollioris texturæ , non tanta copia adest nervi fluidi , vasa sunt minora : quæ omnia tardiore & languidiorum humorum motum præstant . Sensibilis natura dicitur , quæ fibris subtilioribus , tensis tamen & vigore motus animatis constat , ut ad leviusculum etiam impulsum motum excitent . Et tam expedita ad motum fibrarum prætitudo

título efficit etiam animi habitum expeditum, celerem & promptum. Torpens natura est, in qua crassiores fibre fluido elástico parcus imbutæ, ad motum & agilitatem parum promptæ sunt. Morbos natura ita accipienda est, quando fibræ motrices ad anomalous motus facile suscipiendo & propagando quasi habitum natræ sunt, ex repetito nempe exercitio, unde magna est vis hereditaria dispositionis, magna efficacia morborum pertinacum, qui quasi in habitum degenerarunt. Ita porro calida & secca natura, sive secundum Galenum temperamentum Cholericum est, quando a fibrarum prompto ac celeri motu sanguinis massa celeriori & concitatori motu per vasorum systema circumfertur. Si placidior & moderatior est fibrarum motus, & clementior sanguinis cursus per venas sanguineum dicant temperamentum. Si vero tonus fibrarum relaxatus, si debilis est, & segni itinere sanguis per tubulos migrat, phlegmaticum audit temperamentum. Melancholicum denique dixeris, sub quo densæ, crassæ & immobiliores fibræ tardiorum sanguinis circuitum efficiunt. Sequitur vero sanguinis cursus & animi habitus. Rectissime Hippocrates L. de aere, aquis & locis: *Mores naturæ comparés sunt, id est sanguinis circulo: sicuti id a me latius deductum est in Diff. de Temperamento fundamento morum in gentibus.*

17. Denique hac doctrina de natura bene intellecta, jam facile intelligi poterit, quomodo ætas, quomodo vietus, imo aer naturam immutet, & corpus ad varios mores, variisque ægritudines disponat. Hæc enim sunt, quæ maxime fibrarum structuram, corporis habitum, adeoque & humorum temperiem & motum immutant. Unde Hippocrates passim dicit: *Natura a natura, corpus a corpore differt: it. Sect. III. aph. 2. Alij naturæ ad eflatem, alij ad hyemem bene vel male se habent.* Tandem etiam ex hac doctrina intelligi potest illud, consuetudinem esse alteram naturam, id quod & de moralibus & de

naturalibus corporis actionibus valet. Si enim fibræ certæ partis semel iterumque a debito suo tono, tensione & motu recederunt, & vel spasmum vel atoniam passæ fuerunt, tunc rursus facile ex hac dispositione a leviori etiam causa incitatæ hunc motum repeterè solent.

18. De hac itaque jam sufficienter descripta natura pronunciarunt veteres, & etiam nos pronunciamus, quod morborum sit curatrix, quod sepe sola, nulla adjuta medici ope, ægritudines depellat. Hæc vero summa utilitatis res, quæ proxime spectat ad scopum medicum, ut paulo curatius expendatur, operæ esse pretium duco. Dicimus itaque, naturam non alio modo morbos curare quam motu & sanguinis circulo, sive in quibusdam partibus sive in universo corpore auctiore facto. Sicuti enim sanguinis motus proxime omnes actiones corporis dispensat, animæque operationes, inclinationes, mores efficit, sensum, motum & robur partibus elargitur, corpus nutrit, secretiones & excretiones producit, ita etiam hic sanguinis circulus corpus defendit a morbis, eosdemque tollit ac sanat. Diximus supra, motum sanguinis a cordis & arteriarum motu, systole & diastole, a muscularum tensione & relaxatione decenti, justa sanguinis & humorum copia ac temperie pendere: hinc quoque sanatio morborum per naturam ex eodem debet fundamento & ex iisdem causis explicari.

19. Natura vero morbis medetur motu progressivo auctiori, hoc ipso enim omnes stagnationes sanguinis & humorum, quæ vita perniciem struunt, quæ corruptionem moluntur, removentur & plethora, quæ secunda morborum mater est, tollitur, dum auctiori progressivo intestino motu sanguis, imo ipsa pinguedo corporis in serum excrementitium dissolvitur, quod postea per sudorem & urinam evacuat. Motu quoque auctiori serum superfluum impurum viscide in hinc inde subsistens, & fibris ac vasis impactum attenuatur, fun-

funditur, & foras ejicitur. Motu auctiori contumaces obstructions referantur, vasa humoribus infarcta aperiuntur; motu quoque auctiori sanguinis ad peripheriam corporis facta malignæ, sanguinæ acres sordes ex corpore propelluntur ad ejus ambitum. Ipse quoque sanguis purus mole peccans, ipsum serum quantitate exsuperans per congruas vias eliminatur, & hac ratione causis morbi sublati, corpus ab interitu vindicatur atque defenditur.

20. Hæc omnia præstat mirifica vis naturæ solentibus maxime duabus motionibus, spasmus nempe ac febri. Spasmus fibrarum certæ cujusdam partis, major tensio, & constrictio est. Febris vero magis spasmus est universalis totius corporis, fibras afficiens, in quo omnes fibrae majori tensione gaudent, unde celerior & frequentior sanguinis impulsus & ex hac motus celeritate intestina præ calida commotio: in spasmis, circuitus sanguinis maxime fit inæqualis. Dum enim ob majorem tensionem & contractionem fibrarum venæ comprimuntur, sanguinis transfluxus liberior inhibetur, unde sequitur in aliis & remotis partibus, major humorum confluxio, vasorum distensio & tandem, in iis locis ubi eminent, si minus membranis firmis subjacent, apertio, unde sanguis effunditur. Tales spontaneæ sanguinis effusiones cum levamento sæpius fiunt, & a practicis criticæ ac salutares vocantur, nullo modo vi vel subito colibenda. Ita sanguis per nares in juvenibus, in foemini per uterum, in senibus per venas sedis utilissime profunditur, si nempe superfluus est, sipeccat, si in debilibus naturis robore motus destitutus stagnat. Nam stagnatio maxime sanguinis, ex qua valorum, membranarum ac nervorum pressio oritur, spastmi & consequentis hæmorrhagie causa existit. Et sanguine superfluo evacuato reliquus in venis crux melius regitur, subigitur, ac depuratur.

21. Febrium quoque indoles soboles spastmi est, sed magis universalis: perficitur vero sequentem in modum. In-

cipit primo spasmus in exterioribus partibus a corde remotis & in integumentis corporis, cutis contrahitur, intremescit, in monticulos attollitur, inalgescit, venæ disparent, hinc repressus sanguis ad interiora, ibique retentus, mole sua implet vasa pulmonum & cordis interiora, inde anxietates efficit, & majori impetu ac copia illapsus in caput, largiore fluidi nervi in nervos cordis instillationem sollicitat. Quo sit, ut interiora pectoris viscera & mole sanguinis pressa, accedente crebriori siccii nervi instillatione, vehementius se contrahant, cor systole austra sanguinem impetu expellat, qui per tensas ubique in corpore fibras transfluens, attritione magna facta, calorem ingentem accendit. Hic motus austus & calor dissolutaria virtute gaudens, minuit succorum quantitatem, ipsos in serum resolvente & per evacuatoria copiosius excernendo. Quisque exinde facile perspiciet, febribus sæpius magnam esse corporis medicinam, præfertim plethorici, eacheptici & sero impuro scatentis. Febrilis quoque motus præsidio est humidioribus, dum exsiccatur, dum fibras laxas robustas efficit, & obstructa viscera reserat. Magnum itemque febris est medium adversus morbos, qui spastmi innititur, quod spastmi uplurimum fiunt ex sanguinis copia. Qua de causa tradente HIPPOCRATE L. V. aph. 70. qui quartana corripuntur, liberantur a convulsionibus, epilepsia, melancholia. Tum febris est medicina sanguinem depurans, quod sordes plurimas per emunctoria congrua liberalius ejicit. Memorabile est, quod scribit LANGIUS L.I. Ep. 16. p. 20 Vidi, inquit, plus centies scabiem per aliarum febrium, præcipue quartana crisi exortam sponte exelestere citra omne medicamentorum subsidium. Liberat etiam natura corpus per febiles commotiones & secretiones a sordibus malignis, & vitæ periculosis causticæ qualitatibus, ipsas ex interioribus ad exteriora propellendo, sicuti videmus in variolis, morbillis, erysipelate, purpura, arthritide, variisque exanthematicis,

bos, pustulis, glandularum tumoribus, anthracibus, scabie. Simulac enim hæc in habitu corporis apparent, protinus interiora fiunt pacata, anxietates, inquietudines cum febre sece remittunt. Si quando sanguis statim concipit in va-
sculis, ibique impactus detinetur & ingentem dolorem ac inflammationem creat, ipsa febris, quæ ut symptoma consequitur, ejus est indolis, ut motu sanguinis ad partem citatiore facto, illud sanguinis, quod ibi hæret, quod stagnat successivæ vel discutiat, vel ad motum ac ordinem reducat. Magna itaque præstat febris in medendo & sanum corpus reddendo, mirabilisque res est, infinitam sane divini opificis sapientiam ac providentiam declarans, quod ipse morbus remedio & præsidio corpori, quod ipsi causæ removenda, a qua excitatur, idonea sit. Voluit nempe im-
mensus Dei amor, ut perpetuo sub dolore afflictioneque lateat utilitas & salubritas. Evidem motus febrilis per se non bonus, non salutaris dicendus; nam per se & absolute nil nisi motus est deflectens a regula, qui exercitium actionum s. n. pervertit, turbat, qui quandoque etiam perpetuo fere noxius est, ut appareat in hec tica: salutaris autem fit relative & per accidens, quando causa morbi ita comparata est, ut jugulari & corrigi ab auctiori sanguinis motu possit.

22. Neque vero natura vitia ex san-
guine nata tantum tollit, & febri me-
detur, sed & superfluum & impurum fe-
rem magno cum emolumento educit.
Quod ipsum videamus in coryza, in tuf-
fi, diarrhæis, vomitu, sudoribus: quæ eva-
cuations consuetæ præservant sa-
pissime corpus a gravissimis morbis,
quod vel ex eo patet, dum imprudenter
suppressæ, vita periculum afferunt, &
morbū futurū certo prænunciant.
Fiunt & hæc evacuationum species non
sine motu sanguinis concitatiōri, non si-
ne extremonum strictura, nec sine motu
peristaltico ventriculi & intestinorum
auto. Augetur hic motus, ubi tunice-
barum partium nervæ, vel a mole ma-

terix vel ab ejus acrimonia premuntur & vellicantur. Is enim ost omnium fibra-
rum & tunicarum nerveo-carnofarum
genius, ut exterius mole nimia pressæ, vel
a stimulo falso, acri, puncta aut agitatæ
se fortius contrahant, quam contractio-
nen postea similis expansio sequitur, qua
ratione per universum intestinorum vo-
lumen expedita & celerrima fodiū fit
dejectio. Præterea & alii chronici & ve-
teres affectus sappissime sponte tolluntur
a natura, motu materia peccante vel ex-
tra corpus vel ad alias partes transmissa.
Ita vidimus asthma suffocativum per
erysipelas, per tumorem pedum cedema-
tosum sublatum. Vidimus epilepsiam &
melancholiā curatam per scabiem, mel-
ancholiā & insaniam per varices, per
hæmorrhoides, tumores pedum & ven-
tris per largius urinæ profluvium.

23. Hisce dictis morbis natura sola
medetur, parum juvantibus remediis; ita
plebeji, rustici, & populi, qui medicis de-
stituuntur, vel natura averfari solent re-
media, solius naturæ beneficio convale-
scunt, restituuntur, & sape longe felicius
iis, qui pluribus medicis ac medicamen-
tis usi fuerunt, dum varia moliendo po-
tentioribus, remora potius injicitur effi-
caci naturæ operationi. Memorabile est,
quod scribit SANCTORIUS Sect. I.
aph. 139. *Nobilium fere nemo cum reme-
diis sanatur, qui peste laborat, plebejū
vero sine iis plures sanantur.* Id quod cer-
tissime etiam valet de aliis morbis, qui
felicius curantur sine medicis, quam si a
medicis tractentur.

24. Eget vero natura in sua curatione
ordine, eget etiam tempore; unde ob-
servamus certo tempore prodire vario-
las, morbillos, erysipelas, certis tem-
poribus recurrere sanguinis criticas per
uterum & hæmorrhoides evacuationes;
certo tempore, maxime septimo die,
solvi graves inflammations, septimo,
undecimo vel decimo quarto die febres
continuas & ardentes solvi; certis quo-
que temporibus fieri in febribus eva-
cuationem per sudorem, per alvum;
& in gravidis a vehementi uteri hæmor-
rhagia abortu debito tempore.

Cer.

Certum etiam requiritur tempus, ut in coryza, in tussi, materia præparetur, quæ ad excernendum sit apta; destinatum etiam tempus desideratur ad materiam arthriticam podagricamque corrugendam, ut ad excussionem, ad transpirationem fiat idonea. Certa etiam tempora observat natura in repetendis motibus spasmodicis item febrilibus, unde recursus & paroxysmi morborum sunt statis periodis.

25. Verum enim vero hæc accurata temporum observatio minime designat superius quoddam libere, moraliter, cum prudentia & intentione agens principium, sed potius certum tempus, determinatos motus, seu effectus, denotat, qui sunt in corporibus & a corporibus. Quid enim aliud est tempus quam certus numerus, duratio & successus motuum. Quandocunque itaque singularis effectus in corpore nostro fieri debet, ut vel materia maligna mitigetur vel corrigatur, vel certa moles humorum dissolvatur, & evacuetur, certus numerus, gradusque motuum necessarius est, consequenter etiam certum tempus. Deinde, ut materia peccans, horum morbosorum motuum causa, mole vel motu inimica generetur, opus etiam est tempore. Ut fibrae motrices a spasmis & vehementioribus motibus debilitatem recipiant vigorem & robur, quo agitationem & impulsum causæ morbificæ vel mole vel qualitate agentis recipere, reagere & se rursus contrahere possint, opus pariter est certa temporis periodo. Ex quibus jam fascillatum erit, paroxysmorum sive motuum morbosorum recurrentium rationes repete.

26. Neque vero solum natura agit & sanat in tempore, & cum tempore, sed & per vias & emunatoria humori peccanti accommodata atque convenientia, quod excernendum est, ejicit: idque minus efficit direktione motuum ad has partes, vel consilio aut prudentia quadam, sed ex sola etiam mechanica ratione & necessitate. Rudes enim & crassi humoris per ampliores tubulos ac meatus pa-

tentiores, tenuiores per angustiores poros sua sponte feruntur. Ita biliosæ & viscosæ in prima regione substantes fordes, commode per alvum eliminantur. Serum superfluum salino-crassum opportune per urinarias vias & itinera evocatur. Salivalis tenuis latex per salivæ fontes, mucus per narium ductum, bronchia pulmonum, fauces & crassiora intestina evacuantur. Subcutaneæ vero constricti tubuli tenuissimum falsumque vaporem exterminant. Prout igitur humor exercentius crassior vel tenuior in morbo peccat, eo plus per hæc vel illa loca amat evacuari.

27. Quum itaque natura tam providus & sapiens multorum affectuum sit medicus, & sœpe sola sine alia externa ope feliciter illos tollat; merito talismodi in casibus medicum oportet esse plus spectatorem quam actorem. Plures enim dantur morbi ipsa teste experientia, qui sine medici ope sanescunt. Ita variolæ & morbilli certis temporibus tam benignæ indolis observantur, ut sine vehementia symptomatum descendant. Intermittentes febres, pleuritides, peripneumonizæ, carorrhales febres, nullam medici opem sœpe desiderant. Ardentæ, rheumaticæ, erysipelaceæ febres feliciter sanantur sine medico, quam eodem accidente. Quinetiam præstat non raro, si veritatem sauteri velimus, soli naturæ committere curationis negotium, quam imperiti medici experimentis sese tradere. Is enim, cum minus intelligit naturæ salutarem sanandi vim vel non attendit, varias corpori & ejus motibus noxas molitur, magno cum ægrotantis detimento. Id quod faciunt maxime illi, qui antequam materia cocta & præparata ad exitum sit, eandem agitant, commovent, & expellere conantur, nec non illi, qui per alias & incongruas vias, quibus peccans humor non respondet, eum educere student, qui motus improvide & intempestive augent, cum potius sint pacandi; vel qui motus deficiente, qui excitandi maxime erant, suppressunt atque extingunt. Peccas-

tur

tur hac in re toto die, quod ad modum dolendum est, dum medici imperiti suis arcans & generosis auxiliis nimium fidentes, nulla causa morbi, nulla methodo, nullo tempore observato, multum agrotantibus detrimenti afferre consuecant & quod viatrix natura ex tot obstaculis eluctata salutariter efficit, arroganter plerumque ac proserve sibi tribuant, magnamque inde gloriam ac præmium aucupantur. Non minimus agitur labor medici est, nosse naturæ ductum, genium, processum, vias & salutares motus curandi, ne illos turbet impediatque, aut ubi ipse agere atque adjuvare naturam debet, id soli naturæ permittat.

28. Absolvimus jam laudes naturæ medicatricis, ordo nunc exigit, ut quid ars valeat, & efficere possit in medendo, despiciamus. Non enim semper & ubique naturæ vires ad restitutionem & reparationem illius, quod lœsum est, sufficiunt, sed interdum plus valet doctrina ars quam natura. Nam ubi gravior solidarem partium lœsio, ubi insignis partis facta est jactura, vel prava dispositio aut confirmatio membra, ibi naturæ vires plane deficiunt. Ita nullus a natura effectus expectandus in luxatis, in fractis membris reponendis, excrescentiis tollendis, & in surâitate, quæ fit ab obturatione meatus auditorii, vel in cœcitate, quæ fit a panno pupillæ superincrecente, aut consummata cataracta. Nihil quoque præstare potest in uteri vel ani procidentia, in herniis, in extirpatione membra emortui, in calculo, secundinæ vel foetus extractione. Idem evenit in curandis ulceribus fistulosis, absolumendis tumoribus, evel lendis scirrhis, removendo cancro, exedenda cariosa excrescentia, aneurysmate curando, quibus ip casibus natura parum valet, multum vero, imo plurimum ars sibi vindicat, & maxime ea artis pars, quæ manu curat, & omnibus medicis eo commendatior esse debet, quo evidenter ejus est effectus.

29. At vero non tantum magna artis in externis vitiis tollendis est præstantia,

sed & ad internos se se extendit morbos. Ex quorum censu maxime eminent morbi sic dicti chronicæ, qui a natura vix tanguntur, sed artis exigunt necessitatem. Et ut exemplis rem declaremus, nunquam lues venerea solius vincitur naturæ viribus, sed validissima exigit remediorum genera, quæ segnes motus excitent, obstructiones contumaces glandularum excutiant, & impuram lympham per sudorem aut salivales fontes magna vi expellant. Quorū spectant sudores largi & salivationes lignorum decoctis, inedia, mercurio bene præparato, antimonialibus essentiis excitatæ, quorum decenti usu certe morbus contumacissimus evinci potest. Scorbuto affectus est rebellis & symptomatum atrocitate fere infamis, tot regiones pervagans, qui a natura minus, heroicis vero auxiliis commodissime depellitur. Quæ laude pollut remedia sale volatili acri balsamico imbuta, decocti ligni guajaci, sassafras, corylæ, pini, summiatum centaurii min. essent, alexipharm. tinctura bezoard. volatil. spir. cochlear. cum oleo suo probe saturatus, tinctura anrimouii acris, pilulae ex gummatis. inedia, motus & exercitatio corporis. In juvenili ætate & corpore existente calidiore diluentia, ut ferum laticeum cum herbis antiscorbuticis mixtum, acidularum & aquarum salubrium potus valde proficuus est. Phthisis ex pulmonum ulcere nata si sanationem adhuc recipit non a sola natura, sed ab arte maxime curatur. Neque ignotum est dentibus, quam insignem opem promittant hac in re lactis cura, balsamica temperata, decocta, quæ ingrediuntur scordium, hedera terrestris, sanicula, herb. agrim. plantaginis, flores millefol. hyperici, rad. symphyt. major. emplastra balsamica toti thoraci applicata, non omisso victu ex canceris, cochleis, ostreis, moderatori corporis motu, in que principio mali leniori V. Snc. Foeda scabies, foeditissima lepra, effectus naturæ prorsus eludunt, quæ tamen heroicis remediorum generibus decenter applicatis cedere solent. Hujus generis sunt mer-

mercurius dulc. regul. antim. medicinal. &c.
& lac sulphuris, tinct. antim. acris, tinct. sulphuris, cum decoctis emollientibus & diluentibus exhibita, non neglecto balneorum usu, sanguinis detractione & leniori alvi ductione. Podagra & arthritidis genera ex habitualibus sunt affectibus, nihilominus si non curantur, tamen multum levantur latetis cura, haemorrhoidum provocatio- ne, temperantia in vixu & venere & corporis motu usque thermarum & aquarum salubrium. Ingens & diuturnum malum est, quo hypochondriaci torquentur, cuius vis tamen si non tollitur, attamen imminuit recto usu thermarum, acidulare, martialium, temperate balsamicorum, sanguinis detractione, haemorrhoidum fluxu, & pilularum balsamicarum, qua intestinorum tonum roborant, usu. Defiderat quoque hic affectus motum corporis, justam diatam, abstinentiam a frigore, ab acidis, a leguminibus, a flatulentis.

30. In veteratam epilepsiam, quæ etiam per XX. annos ægrum traxit, naturæ beneficio curatam ignoramus. Novimus vero id factum ab emeticorum usu, & specificis antiepilepticis ex animali regno petitis. Colica convulsiva, præfertim quæ a saturni fumo improinde excepto metallurgos vexat, ad lethum vel insanabiles morbos deducit, nisi occurramus internis emollientibus, oleosis carminativis, extrinsecus balneis, & clysteribus mere oleosis ventri infundendis. Quis ignorat porro arsenici deleteriam vim tot funeribus famosam, si intus hauriatur, quod ut venenum omne cito jugulet, si naturæ expectes praesidium, quod promte contra præstat oleum & lac in copia haustum quæ & defendant ventriculi tunicas ab inflammatione ac erosione, & irritando vomitum virus e corpore rejiciunt. Morsus canis vel lupi rabidi ut plurimum funestus est, & omnem naturæ vim respuit, quam tamen ars suggerit, siquidem experimentis compertum est, frustum occisi illius animantis quod lasit

impositum parti affectæ prodesse. Paralyses & nervorum resolutiones sensu & motu privant corpus & partium usum auferunt, nihilominus, nisi inveteraverit malum, sub ætate florida tempore verno curationem ab arte recipiunt, quam præstant præter linimenta ex oleis nervinis balsamicis parata, & spinali medullæ inuncta, laconica balnea ex formicis parata, decocta ex lignis balsamicis, herbis cephalicis, & purgantibus facta, pilula cephalicæ purgantes, succinata cum spirit. salis ammoniaci, & spiritu cornu cervi mista. Guttam serenam incipientem discussam vidi mus usu pilularum cephalicarum, & liquore spirituoso balsamico fronti & temporibus crebrius cum linteо imposito. Deperditus auditus ingens est vitium, nihilo secius purgante fortiori cum cephalicis nervinis mixto, inedia & sudoriferorum usu quandoque superatur. Cachexia, leucophlegmatia, anasarca, tumoribus ventris & pedum oedematosis, quæ mala per se rarius aut nunquam sanescunt, magnum auxilium & spem valetudinis promittunt salia lixiviosa in copia sumta, extracta amara cum balsamicis, it. martialia cum debito regimine motuque corporis propinata. Quæ menstruarum difficulti obstructione laborant, opem tandem inveniunt ex V. Snc. usu thermarum, pilularum balsamicarum, martialium, & motu corporis. Gonorrhœa exigit quoque artis opem, neque a natura sponte superatur, sed latius serpens etiam ipsam sanguinis massam inquinat, commode vero tollitur, si præmissa fuerint purgantia, balsamicis gummatibus & subadstringentibus pilularum forma exhibitis, it. injectionibus quæ & purificant consolidantque. Sævum & contumax malum fluor albus in feminis est, qui artis multoque magis naturæ vires saepius eludit, infusis tamen purgantibus & roborantibus ex rhabarb. fibris helleb. nigri, meliss. cort. sassafras, res. ligni aloes, guajaci paratis, it. suffimigis ex tacamahaca cinnab. succino curationem tandem admittit. Lumbrici

in

in intestinis hærentes, quam sæva nero generi inducere soleant pathemata, experientia docet quotidiana. Frustraneus hic est omnis naturæ conatus, qui magis adjuvandus est mercurialium & acriorum stimulantium, it. aſæ fœtidæ, myrræ, tanaceti, camphoræ, sem. fantonici, que specifica adversus eos virtute gaudent, adſumtione. Viscosa materia ad calculosam concretionem vergens in renibus vel in vesica urinaria ſubſtens commodiffime educitur ſub fabuli vel muci forma tinctura cantharid. tartarisata, clyſſo antimonii tartarif. li- quore ſilicuſ, uſu thermarum Carolinarum, pulvere Volckameri, & in plebejis allii uſu. Eximie vero mitigate cruciatus ex renum calculo oriundos fruſtuſ alkekengi, ſemen cumini, amygd. amaræ, uſu thermarum Carolinarum, mel & ejus generis plura. In eſſrāni maniacorum delirio compescendo omne naturæ molimen ſupervacuum eſt, ſicuti contra pulvrey ex herbis ſpecificis parato, cum ſpiritu vini ſumpto, illud penitus ſublatum animadvertemus. Imo vidimus quoque, ab epoto aſinino ſanguine cum lacte illud levatum ac egregie mitigatum. Periculofus apoplexia morbus ſola ſæpius ſanguinis largiori detractione ex manu diſcutitur, quale auxilium natura non ſubministrat. Contracturæ partium omne naturæ auxilium renunt, axungiæ vero animantium cum oleis nervinis mixta, item ſotus adfecti membra ex ſanguine animantium calenti, potus aquarum ſalubrium acidularum integratatem quandoque partis restituunt. Tertiana autunmalis & quartana contumax diutius protractæ vilcera & inprimis hepar, unde hydrops naſcitur, corrumpunt: ad eas vero expugnandas modum faciunt mercurius dulcis & reguli antim. medicin. martialium ac chinæ chinæ opportunityus uſuſ.

31. At vero in allegandis curationibus, quas ars potius quam natura perficit, prolixiores eſſe nolumus, cum ex dictis clarissimum ſit, medicum, arte ſua, modo illam recte didicerit, corpo-

ris humani miseriis egregie poſſe ſuccurrere. Et certe, quid medicus ualeat, quid ejus ars efficiat, longe clarius in curandis passionibus chronicis manifestum ſit, quam ex cura acutorum morborum appetet. Hic enim natura plus ualeat arte, ibi ars plus natura. In quam rem elegantia ſunt verba, quibus Corn. Cels. libro tertio operis ſui präfatur: *Magis tamen, inquit, ignoscendum eſt medico parum proficienſi in acutis morbis, quam in longis.* Hic enim breve ſpacium eſt, intra quod ſi quod auxilium non profuit, aeger extinguitur. Ibi & deliberationi & remediorum mutationi tempus patet, adeo ut raro, ſi inter initia accessit medicus, obsequens aeger ſine illius vitio pereat. Neque tamen extimandum, in hiſce curationibus naturam plane non ſuccurrere, ſed potius ita ſentiendum, naturam & horum morborum & harum passionum curam abſolvere, non vero ſolam, ſed arte adjutam. Unde etiam multum intereſt, quam naturam in hiſce languoribus medendi nactus fuerit artifex, ſi enim plane imbecillis, debilis & languida fuerit, ſi motus naturales prorsus deficiunt, fibræ penitus tono ac robore exutæ, viſcera obſtructa & corrupta ſunt, nihil efficere potheſt: ergo & ars ſub favore naturæ militat, & ſub ejus präſidio morbosas depellit aegritudines. Quin etiam quod maximum, in horum quoque morborum curatione imitari dēbet naturam. Hæc enim motu fibrarum auſtiori, humorum motu intenſiori faſto, & excretionibus liberioribus & liberalioribus acutæ paſſiones tollit. Et ſane, quæ ſupra laudavimus medicamenta non alio modo operantur, quam quod cunctantem, ſegnem & languidam naturam erigant, mo- tus ſuſcient in ſolidis & fluidis partibus maiores, intenſiores, excreto- ria aperiant, & ipsas excretiones adaugeant. Propterea & acutæ & chronicæ paſſiones motu adauerto curan- tur.

32. Verum enim vero neque in acutis passionibus natura semper sola bene peragit negotium suum, sed utique & ars ut ipsi subveniat eamque adjuvet necesse est. In inflammationibus præsertim viscerum & in corporibus sanguineis V. S. maximum & necessarium est præsidium, & sine ea saepe etiam inter initia præcipue morbi repetenda vix peripneumonia, angina, uteri & renum inflammationes feliciter curantur. In febribus synochis & ardentibus magnum quoque a V. S. ne. peti potest auxilium. In variolis, morbillis, imo intermittentibus febribus utile sapienter est sanguinem detrahere, si vasa nimium ipso turgent. Non direte quidem sanguinis missio tollit febrem vel inflammationem, sed tam symptomatum vehementiam avertendo, quam circulum humorum promptiore efficiendo magnum in curando momentum affert. In sanguinis nimio per pulmones, per uterum, per hemorrhoides profluvio sanguinem mittere convenient, ut impetus fluxionis a parte laborante avertatur. In gravioribus artuum vagis doloribus solamen ingens saepe affertur, si sanguis mititur.

33. Emeticorum quoque prudens usus multum naturam adjuvat in medendis acutis passionibus, ubi colluvies est ex intemperantia & diete vitio plurimarum sordium acidarum, biliofarum, viscidarum in febribus, sive malignæ fuerint, sive intermittentes, sive lentæ. Necesfarium tum est, ex duodeni & ventriculi sinu has fordes exonerare, ne plus oneri sint naturæ, peccantem materiam foveant, augeant, & graviora symptomata inducant. In variolarum & morbillorum morbo emetica divinam saeferunt opem, quippe natura sapienter in principio hanc evacuationem intendens medicis viam monstrat. Certissima & multiplici experientia compertum est, a medicis Berolinensibus peritissimis, securè non modo, sed cum magnœtiā levamine & in principio & in medio ac declinatione morbi dari emetica, prudenter & parca manu porrecta. Experimentum id jam tribus vicibus fecimus

felicissimo successu tribus in infantibus, periculose ex variolis decumbentibus. Hi maxime circa tempus suppurationis summa anxietate, inquietudine, difficultate spiritus cum suffocationis metu & virium jactura correpti, data quarta parte tartari emeticæ in liquido, per sedes & vomitum incredibilem viscidæ humoris copiam excreverunt, unde mox cessantibus symptomatis viribusque receptis vita periculo correpti fuerunt. Tentavimus id paucis abhinc diebus in infante trium annorum. Laborabat non ita pridem morbillis, qui quarto die, ipsis jam se ostendentibus mirum cœpit languere cum spiritus difficultate, somno fere nullo eoque pavido. Mox algebat, mox incalcebat corpus, dedimus septimam partem grani tartari emeticæ cum aliquot guttulis essentiæ castorei & cochleari aquæ menthæ, a cuius usu non vomuit, sed ter dejecti per alvum copiosam viscidam viridissimam male olentem materiam. Factum exinde, ut mox resumeret vires & meliuscule se haberet, largiter in cute protrusis maculis. Hæret ut plurimum, ut nostra fert sententia, somes plurimorum exanthematum, variolarum, morbillorum, purpuræ primis in viis, & quam maxime in flexura duodeni, & ex lympha salivali & bile corrupta producitur: quin etiam observavimus, insultus arthriticos consuetos perpetuo fere mitiores, quando statim inter initia leni emetico, vel solo velcum laxante mixto prima regio sordibus evacuata fuerit. Novimus chronicam purpuram non prius corpus deseruisse, quam post simili modo factam per vomitum expurgationem. Fauci periculosæ inflammations, aphæ sordidæ acutæ & malignæ febribus non raro supervenire consuecant, nullam aliam ob causam, quam quod morbi tempore ob alvi per aliquot dies adstrictionem sordium corruptarum subnata fuerit in intestinis copia. Juvat ibi quoque lenioribus clysteribus, salibus abstensivis corruptam materiam detergere & educere. Contumacia intermittentium sapienter non nisi emeticis & ex metallorum familia

milia sumtis purgantibus vincitur. Pestis, dysenteria, etiam contagiosa ut plurimum mineram, ac somitem alit primo in intestino: unde quæ blando vomitu hanc ipsam evehunt dare consultum est, ex experientia id attenta ac frequenti confirmante. Sæpius factum, ut unico emetico & subsecuto sudorifico in principio febris malignæ darto, totius morbi vis & impetus simul & semel sublatus fuerit.

34. Magna quoque est vis & efficacia sudoriferorum & diaphoreticorum, quorum prudens usus naturam in morbis acutis egregie adjuvat. Unicum auxilium in peste in sudoriferi potentis, quale est acetum alexipharmacum, matuра exhibitione positum esse, omnes uno ore affirmant. Malignæ quæcunque & quæ associantur inflammationibus, continuum eorum, quæ diaphoresin clementer movent, usum quo, nec quicquam datur præstantius, postulant. Blande enim & successive materia maligna corrigi, & stasis sanguinis dissolvit, amat. Nitrosa etiam magna sunt remedia, quibus naturæ languentia in acutis, ubi ingens æstus & quasi interiorum incendium jungitur, succurrimus, id quod obtinet in ardentibus, cholericis, inflammatoriis febris, necnon in tertiana continua æque ac intermittente: sedato sanguinis, vehementiore æstu, omnia pacatoria sunt & expeditius morbus procedit ejusque sanatio. Fixiora terrea, temperantia, diluentia, in acutis, quibus exanthemata sociantur, ab acri caustica materia subnata, admodum sunt proficia. Hujusmodi etiam in fluxionibus, acribus, diarrhoea, dysenteria, dare pernecessarium est. Neque anodynus, præcipue correctis carere potest peritus medicus, in juvando naturæ opere circa sanationem acutorum occupata. Commendamus hujus scopi causa theriac, coelest, Wildegansi pilulas, & emulsiva papaveracea. Ubi enim arroctas dolorum & spasmorum urget, & ex hac metus est febris gravioris, vigiliarum, delirii aut convulsionum, iucundissimum hæc ipsa afferunt alleva-

mentum. In dysenterico etiam fluxu pulcherrima hæc sunt medicamenta.

35. Multum quoque medicus præstare & naturæ auxiliari potest commodo regimine, quod sæpius plus valet remedium pharmaceuticis. Ita non modo proficuum sed & necessarium est in omnibus inflammationibus & febribus exanthematicis, præsertim in principio & statu, moderatori calore frui lecti & hypocauti, in puro & temperatori acre versari in quiete & transpiratione servare corpus, evare affectus & omnem excessivum internum & externum calorem. Imperandus quoque semper tenuis, vietus, & humidum, largius offrendum, circumcidendum vinum & excludenda omnia, quæ valde nutriunt. Expedit quoque nosse, quomodo æger se habere debeat circa morbi declinationem, circa critica tempora, quod excretiones non sint sistendæ nec ad inconvenientia loca urgenda, sed immoderatiores placide moderanda. In blanda diaphoresi corpus semper servandum, quam temperatoriibus analeptis juscumque calidis excitare convenit. Quæ cuncta faris superque declarant, utique & artem valere ac medicinam in acutis, passionibus persanandis, non modo ad evitanda pericula, sed & ut celerius a securiori, via secunda recuperetur valentudo.

36. Ex his jam dictis clarissime intelligitur, naturam in negotio sanandorum morborum corpori eximio esse præsidio, dum ipsa sola nonnullos curat. Vidimus quoque ingentem artis medicæ præstantiam in adjuvandis & moderandis naturæ conatibus, vel etiam in excitandis languentis & quiescentis naturæ officiis, ut tam naturæ quam artii sua constet laus, sua gloria. Sequitur jam ut etiam de artis medicæ præstantia in avertendis morbis dicamus. Profecto, hoc in negotio medicinæ usus eminentissimus. Cum enim certum sit, & a rebus, quæ appellari solent a medicis non naturales, aere, vieti, motu, excretis, retentis, animi affectibus, & quæ sunt generis alia, pendere sanitatem & mor-

bos proficisci; certe ut ea sciamus quæ prossint & noceant humanis corporibus, & specialiter certis subjectis, pars medicina est utilissima. Natura hic nullum selectum novit sed prudentiæ opus est, ut scrutemur eas res, ratione & experientia in consilium ducta. Et ita præscribere sanitatis leges convenient, ut imminentia mala avertere possimus, profecto enim medicina ingens usus est in præservandis adfectibus, & utinam majori studio ac labore hanc medicinæ partem agitarent illi, qui medicina scientiam sibi vindicant, utinam etiam qui sanam & longam vitam ducere exoptant, medicos peritos consulenterent, vel sui ipsius corporis medici essent. Potest ars medica tollere morbos, sed longe potentior valet eos præcavere & ut ne fiant impedire. Est quoque tutius cavere, ne corpus in morbos proruat, quam ipsos præsentes depellere. Quid aer, quid aqua, motus, vietus, animi tranquillitas, cibi quantitas & qualitas, quid V. S. purgatio, abstinentia, balneorum, aquarum salubrium, thermarum usus hac in re possit, iis non ignotum est, qui harum rerum naturam, operandi modum, vires, effectus & naturas hominum accuratius perspectas habent.

37. Neque etiam promiscue omnibus corporibus idem regimen vitæ convenient, sed etiam in eo necessarium est distinguere subjecta. Rectissime enim Hippocrates: Corpus, inquit, a corpore, natura a natura differt, & sepiissime quod alteri inimicum, alteri est amicum. Quam maximopere igitur in hac re commendamus, naturas hominum scrutari atque cognoscere. Omnes quidem hoc clamant uno ore, sed quid intellectum hoc ipso velint, destituti claris rationibus applicare non satagunt. Ex iis vero, quæ supra posuimus, haud difficile erit ea explicare. Qua propter naturam corporis humani cognoscere significat, nosse vires, nosse robur

partium, atoniam vel motuum ataxias. Ad cognitionem quoque naturæ humanæ pertinet, habitus corporis scientiam in numerato habere, quænam sit vasorum copia, amplitudo, viscerum constitutio, qualis sanguinis copia, temperies, mixtio, qualis sit ejus motus & circuitus, quod ex pulsu, calore & transpiratione judicamus, qualis sit tonus ventriculi & intestinorum, quod ex appetitu, digestione & alvi excretionibus patet, qualis habitus animi sit, & simul corporis, ad has vel illas passiones: quales ingenii vires, inclinationes, quæ etiam cuncta corporis naturam, fibrarum motum ac tonum & humorum circulum manifestant. Jungi hisce omnibus debet parentum constitutio, solum natale, ætas, virtus genus, clima, vietus, que universa mirifice naturam corporis immutant; & ut rem in pauca contrahamus, cardo universæ scientiæ medicæ unice in eo versatur, ut naturam hominum in statu sano & ægrotato perspectam habeamus, & quomodo arte, i. e. motus & medicamentorum præscriptione, nec non ipsa manuali operatione eam adjuvarebeamus.

Finire placet nostram dissertationem veteri Medici Damasceni dicto: aph. 23. 24. Vietus & natura curant morbos, medicus utrinque minister est, proinde si naturam iuveris, medici munus prestiteris. Id enim solum est officium medici. Si naturam succumbere permiseris, nihil egeris, & carnificem magis quam medicum representabis.

DISSERTATIO II.

DE RECTA ET SIMPLICISSIMA
NATURÆ MEDENDI
METHODO.

§. I.

Quemadmodum ineffabilis sapientia, in universa rerum natura-
lium œconomia, cuncta certo nu-
mero, mensura ac pondere administrat,
& nihil sine ordine, sine fine, sine cau-
sis fini proportionatis perficitur; ita
quoque in œconomia corporis nostri vi-
vi & sani omnia, quæ fiunt, certo or-
dine certoque cauſarum nexus atque suc-
cessu continentur. Vita & sanitas a
convenienti structura solidarum &
dispositione fluidarum partium, a certis
quoque motibus, quibus separantur uti-
lia & inutilia excernuntur, dependet.
Neque aliter amissa sanitas recuperatur,
vel morbus, interitum corpori min-
tans, profligatur, nisi sub certo mo-
tuum ordine, successu, seu tempore.
Sive enim natura sola, quæ ſaþe optime
gravissimis morbis medetur, sive arte
adjuta sanet morbos & ab interitu &
cauſis laedentibus corpus vindicet: certa
ſemper methodo, certo ordine, certo
tempore, certis motibus cauſæ morbi-
ſæ oppositis id perficit. Hanc itaque
methodum, qua ipsa natura felicif-
fime utitur, hunc medendi ordinem,
is, qui artis opera feliciter
exercere cupit, maxime omnium ex-
quisite nosse debet, quia solidior medi-
cus ſine ejus cognitione nihil cum certi-
tudine, cum ſecuritate, cum prompti-
tudine in curando expedire potest. Equi-
dem nullus fere medentum est, qui ſi-
ne methodo in curando ſe procedere fa-
teatur, ſed omnes eam ſumme eſſe ne-
cessariam afſeverant. Quisque, qui ra-
tionalem medicinam profitetur, clama-
bit, cauſas morborum removendas &
ob id apta remedia invenienda eſſe: ſed
ſicuti in genere id recte dictum eſt, ita
poſtmodum in applicatione miras hal-

linationes & ingentes errores ani-
madvertimus. Quisque enim fere, pro
ſuo captu vel arbitrio aut hypothefi-
bus, ſive potius principiorum fictio-
nibus & pro doctrina a præceptoribus
hausta, diſſidentes & quæ explicari
minus queunt, morborum ſibi fingit
cauſas, unde non poteſt aliter fieri,
qui etiam in remedii inveniendis,
inque iis adplicandis non una & con-
ſtant ſit conſenſio, quod non in me-
diocre medentium, neutiquam vero
in artis, quæ firmis gaudet fundamen-
tis, opprobrium & ægrotorum dam-
num vergit. Rechte enim, effato HIP-
POCRATIS, kib. 1. de viſtus ratione
§. 15. medicorum controverſia justam
ignorantiae ſuspicionem, eorum vero
concordia magnam ſpem oſtendit. Jam
maxime id dictum valere debet de
medendi morbis methodo, in qua ſi
diſſentiant medentes, non leve igno-
rantiae vel incertitudinis indicium eſt.
Quis enim ſibi perſuadeat, ſub tanto
diſſencionum numero & contraria ſen-
tientium diuertio veritatem, quæ una
eſt, non multiplex, quæ ſimplex &
facilis, non confita, non perplexa,
conſiſtere poſſit?

2. Nos itaque, ſicuti non ſine ſin-
gulari auxilio divino didicimus in me-
dicina, ſive ad theoriam ſive ad pra-
xim pertineat, omnes hypotheses,
quæ nonniſi principiorum fictiones
ſunt, & ſub quibus veritas & certi-
tudo ſtare nequit, contemnere, imo
nihili habere: ita in pathologicis ſeu
legitimis morborum cauſis adquiren-
dis & remediorum prudenti admini-
ſtratione hoc tenendum eſte pleniffi-
me ſtatuimus. Et ſicuti in tota me-
dicina explicanda, ſive in iis rebus,
quæ ad interitum vel ſalutem corpo-
ris pertinent, nullo alio, quam uni-
co, eoque veriſimo, ſimplificiſſimo &
quod in natura corporis nostri con-
tinetur, haecne uſi ſumus principio
& nihil aliud eſt, quam ſanguinis
& humorum liber & moderatus
ex debita partium ſolidarum con-
ſtrictione & dilatatione proficiens

progressivus motus : ita etiam ex hoc ipso vera medendi via ac methodus est deducenda , imo rectissime inde deducitur . Quodsi enim verum est , uti verissimum , quod sine arte & ope medicorum saepius felicissime gravissimi morbi sanentur & agrotantes solius naturæ & corporis viribus sani fiant & ab interitu vindicentur : quod si etiam verissimum est , naturam prævalere arti , quæ tantum imitatrix & adjutrix esse esse debet : rectissime sane concluditur , eam methodum , qua natura sola curat morbos & cuius auctor sapientissimus Deus est , coghoscendam ac imitandam esse . Hanc itaque naturæ in morbis curandis methodum , quæ viam curandi artifici medico monstrat , invenire ac perscrutari & certas inde medendi leges & regulas concinnare , instituimus .

3. Prius vero quam certam & rectam morbis medendi viam ac methodum exponamus , scopo nostro maxime conveniens erit , eum ordinem ac modum ostendere , quo corpus nostrum , in se maxime corruptibile , a corruptione præsentanea perpetuo vindicetur sive vivum ac integrum maneat : siquidem vix alia methodus , sed fere eadem est , qua corpus a morbis & morte preservatur , & qua ipsi morbi , sive potius eorum causæ , expugnantur & a corpore depelluntur . Consistit vero totum mysterium , arcanum & artificium quo conservatio corporis & morborum sanatio perficitur , in eo tantummodo machinæ nostræ , ingeniosissime elaboratæ , apparatus atque structura , ut sanguis & reliqui flores perenni ac libero inque orbem vergente motu ac cursu progrederiantur , eorumque utiles partes in usum segregentur , inutiles vero , excrementiz & superfluæ , per varia & convenientia loca atque emunctoria , foras ejiciantur , idque beneficio simplicissimi motus dilatationis & constrictio nis , qui in motricibus & elasticis cordis & arteriarum atque fibrarum machinis viget . Quamdiu itaque hi motus integri sunt & recte procedunt & vita & sanitas , sive vigor & integritas actionum , tam cor-

poris quam animi adest ; simul ac vero ii conservatorii & vitales motus , vel in parte vel in toto corpore , extinguntur , mors & foeda corruptio sequitur . Quapropter , si corpus ab excrementiis sordibus non recte & sufficienter liberatur , morborum seminia producuntur , quæ , ad ~~exper~~ perduta , motibus , qui fiunt secundum naturam , turbandis & pervertendis , in quo morborum formalis ratio consistit , apta atque idonea fiunt .

4. Neque vero tantum vita & sanitas a debitibus egestionibus humorum impurorum dependet ; sed & opus est , ut in eorum locum rursus benigni & temperati substituantur . Quodsi enim corporis nostri conservationem , sive vitam ejusque causas , paulo accuratius intueamur , continuo fluxu & refluxu , sive circulo : posthac influxu , & effluxu , sive ingestionibus & egestionibus eam contineri recte animadvertisimus . Quid enim manifestius est , quam iugi illo & perenni progressivo & intestino calido sanguinis motu humores benignos ac temperatos , quales ad naturam corporis integrum servandam requiruntur , successive falsos , intemperatos adeoque inutiles & effectos reddi & propterea e corpore eliminandos esse ? Quid porro clarius est , quam quod in eorum locum rursus benigni , gelatinosi , blande temperati per alimentorum ingestionem ac digestiōnem , surrogari debeant : quod si non accidit , totalis tandem virium defectus & postea presso pede subsequens mors expectanda est ; unde non sine magna ratione peritiores medentum , eos morbos , qui diuturnum internum calorem , cum plenaria appetitus destructione junctum habent , periculosisimos dijudicant .

5. Ecquis itaque est , qui non clarissime perspicit , integratem corporis nostri in debitibus ingestionibus & egestionibus unice confitere & ex hisce quoque male se habentibus , morborum , imo mortis originem ac fontem esse derivandum ? Cogitet itaque quisque velim , hominem robustum , qui ad debitum corpo-

corporis augmentum pervenit, sub tanta & quotidiana ingestorum copia, quæ intra septimanam in nonnullis vel ad centenarium se extendit, pondere notabiliter non crescere. Quid aliud exinde dijudicare possumus, quam copiæ eorum, quæ ingeruntur, excretiones exquisite respondere debere. Structuræ itaque corporis nostri artificium eo maxime collineat, ut ingestio, digestioni alimentorum, utilium separationi & inutilium excretioni vacet, unde tantum colatorium, excretoriorum & emunctiorum apparatus undique conspicimus.

6. Nihil itaque ex dictis clarius elucescit, quam plurimorum morborum originem ex eo petendam esse, quod humores inutiles, impuri, superflui, non recte & convenienter ejiciantur, sed remaneant, & copia pariter ac perversa mixtione & temperie motus ordinatos turbent & benignos vitales succos contaminent: ex copia enim & impuritate succorum periculosæ in vasis & visceribus stagnationes, infarctus, stases, tubolorum minimorum obstructions, indurations subnascuntur, quæ almax morborum, tam acutorum quam chronicorum, genitrices sunt, siquidem humorum stases acutas, eorum vero stagnationes & viscerum obstructions chronicas magis passiones ingenerant & causarum morbificarum generationem absolvunt. Quid jam clariss & evidenter est, quam morborum præservacionem in eo unico requiescere, ut ingestiones naturæ cujuscunque corporis convenientes fiant, evacuationes vero debito modo, quantitate, proportione, loco, perficiantur. Quapropter sapientissima natura, sive conditio & ordo motuum, quo natura morbos præcavet, præmonstrat quoque medico viam, quid in negotio præservationis a morbis agere, intendere vel moliri debeat. Quod si enim id consilio suo recte perficit, ut boni & temperati succi corpori accedant, omnes vero inutiles & superflui secedant, recte officio suo in eo funetus est.

7. Operè jam erit pretium perspicere, qua ratione & qua methodo ac via ipsa natura, cui plane mirabilem in sanandis morbis energiam veteres adscripterunt, corpus a morbis & causis morbiæ facis liberet: eo, quod cognitio hujus methodi, qua natura utitur, ad imitandum, vel ad naturam deficiente adjuvandam medico summe necessaria judicatur. Omnis autem perfecta morborum sanatio, & sana ratione id dictante, & auctoritate optimorum medicorum adsentiente, hæc est, ut causæ, quæ cœconomiam motum naturalium turbant eamque prorsus pervertunt, e corpore removeantur atque ejiciantur. Reæssime enim, docente GALENO Lib. I. methodi medendi: *Perfecta curatio a causis exorditur*. Et secundum CELSUM, *is recte curat, quem causa origo non fallit, quia causa investigatio ejusque primordia & occasio in affectionis & remediorum cognitionem amplissimam deducunt*. Et perite FERNELIUS Lib. I. Cap. IV. methodi medendi adserit: morbos ablique causarum præcognitione nec præcaveri, nec feliciter curari posse.

8. Quodsi itaque sola natura, sponte & suis viribus usa, sine ope & arte medici & sine medicamentorum apparatu, morbos subinde sanat, & ægros in integrum restituit, idque causas morborum in totum removendo præstat, jure meritoque queritur: quænam sint illæ morborum causæ, & quo modo, & quo ordine ac methodo ex a natura vincentur. Jam vero supra dictum est, & iterum monemus ac repetimus, sicuti naturæ nihil magis est ad conservacionem corporis amicum, quam motus, tam progressivus, quam excretorius: ita ipsi nihil esse infestius & destructioni invehenda aptius, quam sanguinis & humorum quietem, stasin, stagnationem, extravasationem, vaforum occlusionem, impurarum sordium retentionem, viscerum indurationem: siquidem hæ ipsæ causæ efficacissimæ sunt ad motus febribles, spastmodicos, convulsivos, in quibus cunctis maxime motuum morbosorum natura consistit,

inducendos, neque minus illæ putredinem & corruptionem, quæ & mixtione humorum & structuræ solidorum infen-sissima est, producunt, quam recentiores medicorum malignitatis nomine insigniunt.

9. Hæ sunt præcipue, quibus corpus humanum adfligitur, morbificæ causæ, quas utique removere oportet, si officio suo in curando natura recte perfungi velit. Jam vero ad id exsequendum non convenientius excogitari poterit medium & remedium, ipso motu statim solidorum, quam fluidorum auctiori facto. Isenim ejus indolis est, ut humores subsistentes, eorumque stases & stagnationes, e sede sua movere, resolvere, in motum redigere & obstructiones vasorum referare possit. Is quoque densos, crassos ac immobiles humores fluxiles mobilesque reddit: is denique valde idoneus est, ad copia delinquentes humores vel sanguinem per congrua loca evacuandum, ne minus ad extremitatos, ferosos, falsos humores, per diversi generis emunctoria, proscribendos, biliosos & viscidos per alvum, falsos aquosos per urinam, subtiliores per universale illud cutis emunctorum excernendo.

10. Jam vero memoratu admodum dignum est, omnem morbificam causam, sive quantitate seu mole, sive temperie & activitate infensa sit, principaliter agere & afficere partes subtiliori sensu & motu præditas, quales nervæ & membranaceæ sunt, quas moleste distendit, lancinat, vel erodit aut comprimit, & hac ratione in illis ipsis reactionem quandam sive motum, qui a naturali deflebit, intensorem, qui in spastica fibrarum constrictione consistit, suscitare. Hæc spastica partium motricium & musculosarum ac nervearum constrictio veram motuum morborum, proximam & formalem causam fere unice constituit & absolvit. Hæc enim ipsa est, quæ omnibus motibus, qui alias secundum naturam & ordinem fiunt, turbandis & pervertendis apta est. Hæc functiones & actiones partium

lædendi invertendique potentia valet: ex hac denique omnium symptomatum, quæ morbis sociantur, origo petenda est. Hic vero spasticus motus, quod plane mirabile, idem ille quoque est, quo natura utiliter utitur ad ipsam causam morbi, quæ motus hos morbosos fasciat, vincendam ac jugulandam, inque eo certe infinitam divini architecti sapientiam & providentiam in construenda machina nostra admirari oportet, quod motus morbos subinde remedio & præsidio sint ipsis morborum causis corrigendis & removendis.

11. Cum vero hic magnum arcanum naturæ in medendo, & res maximi momenti proponatur, utique non alienum, sed scopo nostro maxime consentaneum fore judico, si mentem nostram circa hoc negotium paulo pressius explicemus. Observatur nempe in omnibus motibus morbosis & paroxysmis spasmus, & hic recte primo universalem & particularem, deinde in salutarem & perniciem dispeficitur. Universalis, si totum vasorum genus, præcipue vero cor & arteriarum ac fibrarum systema, adfligit, & per constrictionem præternatralē earum systole & diastole majori facta sanguinis progressionem velociter reddit, recte dicitur febris, quam pulsuum frequentia, quæ ex singulorum celeritate nascitur, certissime indicat. Sæpe ille spasmus tantum in certis partibus consistit, quas constringendo coartat, sanguinisque liberum progressum impedit, adeoque inæqualem sanguinis circuitum efficiendo, sanguinis copiam ad alias partes apertas magno cum impetu urget. Et hæc spastica affectio particularis maxime partes nervosas & membranaceas obsidet, ut sunt, ventriculus cum toto intestinorum volumine, in quo tragœdiam suam frequentissime ludit, quod morbi illi spastmodici, qui malihysterici vel hypochondriaci nomine veniunt, pathematum diversitate satis superque clarum ac perspicuum reddunt.

12. Visitur hic spasmus in omnibus hæmorrhagiis, nimis sanguinis ad par-

tes congestionibus, humorum decubitu inque omnibus doloribus, anxietatibus, excretionibus suppressis. Hic spasmos vehementior, si duram matrem, quæ totum cerebrum ac cerebellum involvit & nervorum omnium, imo ossium membranas constituit, ferit, non modo celerrima fluidi nervi per totum membranarum & nervorum systema fit træctio, sed & citra voluntatem artus vel constringuntur, vel distenduntur, aut validissime commoventur, & sic epilepsia, sive convulsio universalis, nascitur. Hi sunt præcipui illi motus naturæ, qui in morborum impetu vel paroxysmo nunquam non advertuntur.

13. Sequitur jam, ut paulo accurati intueamur, quinam ex hisce motibus morbos saluti & causis morborum removendis apti sint, & quinam potius ad perniciem & corporis interitum, adeoque ad ipsam mortem, tendant. Error enim est ad praxin cum ratione exercendam valde noxiis, omnes morbos & maxime febribes motus esse in se & sua natura salutares. Salutares itaque spasmos & motus morbos dicimus, qui ita sunt comparati, ut causam morborum, sive spasmadicorum motuum auferant, quod optime efficitur, si humores stasin vel stagnationem concipientes resolvuntur, acres, cauſifici temperantur & corriguntur, & qui ad excretiones pessantis materiae vergunt eliminantur. Exitiosos vero & multum periculi habentes eos spasmos & motus judicamus, qui cutem & omnis generis emunctoria constringunt, materiam peccantem intus detinent & ad ima visceræ & interiora vitalia pellunt neque eam evacuant. Et sicuti salutares famitas, ita perniciosos mors subsequi solet.

14. Evidem ea indeo atque ingenium est omnium spasmorum, ut ab ambitu corporis ad interiora sanguinem & humores pellant, ut emunctoriorum minimos ductus constringendo excretiones quodammodo sufflamentum, atamen hi salutares sunt, si certa temporis periodo ac termino emunctoria ante constricta rursus relaxantur, plus

aperiuntur & motus postea sanguinis atque humorum major ad corporis ambitum & partes externas fit, transpiratio augetur, sudor fluit, urinæ crassæ miniguntur & alvus excrementa biliosa viscida copiose deponit.

15. Ex his itaque excretionibus, quæ certis temporibus & diebus morbos & spasmos subsequuntur, salutarem horum motuum effectum & dextrum eventum dijudicamus; unde has excretiones medici criticas appellare solent, quia morbum judicant. Solent autem hæ ipsæ, si salutariter eveniant, die maxime impari, qui criticus dicitur, accedere, qualis est tertius vel dimidius septimi, septimus, nonus, undecimus, decimus tertius, siquidem in hisce diebus vel ad mortem, vel ad sanitatem morbi fit inclinatio. Quodsi enim hisce diebus symptomatum notabilis est remissio & excretiones sequuntur, optimum salutis est signum: si vero symptomata adhuc persistant, spasmi urgent & excretiones non animadvertisunt, certum periculum est expectandum. Quin imo hisce diebus mors ut plurimum morbi tragediam claudere solet. Ex hisce itaque clarissime intelligimus, plures motuum morbosorum, quamvis in se & sua natura a regula deficiant, dirigente scilicet divina providentia, sapientissime esse salutares cauſisque morbificis expugnandis idoneos morbisque optime mederi; hinc ita perspicuum, qua ratione recte natura morborum medicatrix a sapientioribus veterum medicorum salutetur.

16. Igitur arcana illa & a Deo corpori humano indita methodus, lex ac norma, qua & secundum quam ipsa natura medetur morbis, in eo maxime versatur, ut a causa morbi, sive mole sive virtute & potentia peccet, motus spastici in genere vaseculoſo & etiam membranoso excitentur, qui ad ipsam causam morbi removendam vel convenienti tempore ejiciendam spectent. Hi si felicissime succedunt, sola natura curat morbos & medicus tantum spectator est, si autem sola id non præstare potest, medicus illam viam ac methodum sequi, natu-

turam adjuvare, impedimenta tollere, motus moderari vel excitare, ad convenientia loca materiam ducere, ab incongruis reducere, variis remediorum generibus debet. Et in eo jam unice medentis auxilium, intentio & sanandi ratio conquiescere & fundata esse debet, ut methodum naturæ, si occupata est, ad materiam subsistente dissolventam, removendam, corrigendam & per convenientia loca debito tempore expellendam, prudens medicus observet, sequatur, adjuvet, vel eandem in salutarem finem dirigit.

17. Quum autem verum fundatum rationalis, certæ, tutæ & innoxiae praxeos in hac naturæ methodo situm sit, non sine singulari fructu atque utilitate fore judico, si paulo specialius hic agamus & quibusdam exemplis sententiam nostram clariorem reddamus. Animadvertisimus videlicet, sanguinem in vasis, præsertim in sexu sequiori, ætate juvenili, habitu corporis existente spongiose & molli, vitæ genere delicatiore & quietiore, statis temporibus vel temporum periodis, vere maxime & autumno, redundare, stagnare, & hinc inde in vasis majoribus impeditius moveri, quo fit, ut excitetur spasmus, qui ima abdominis maxime petit, unde dolor circa lumbos, flatulentia in abdomine, alvi astrigio, extremorum refrigeratio, urinæ tenuitas visitur, quo spasmus deinde & compressione venarum in mesenterio & abdomine efficitur, ut sanguis majori nisu & imperu in feminis ad uterum, in sexu nobiliori & provectione etate ad haemorrhoides, in adolescencia ad caput & nares pellatur, hinc majori ibi facta collectione, vasa extrema intra tunicas teneriores narium, ani vel uteri jacentia, nimium distenduntur, & tandem aperiuntur atque notabilem sanguinis copiam effundunt. Ecquis est, qui non hic animadvertisat, salutarem & utilissimam hanc sanguinis esse excretionem, quia liberat corpus a sanguinis copia, quæ libero vitalis sanguinis pro-

gressu contraria fuit, ingens corpori periculum minitando. Si itaque hic sola omnia natura recte in movendo & excernendo exsequitur, nihil moliri debet medicus. Quid enim imprudentius ex cogitari potest? quid magis methodo sanandi contrarium est, ac si medicus has excretiones salutiferas externis vel internis constringentibus, aut motus hos sistentibus, opiatris, anodynisi, cohíbere velit? Nihil enim certius est, quam gravissimos & summe periculosos morbos apertissime inde progenerari. Et quoniam salutares ejusmodi sanguinis evacuationes sunt, quisimo a plurimis malis liberant, hinc si non recte procedant, quid faciendum sit medico, ipsius naturæ methodus sanaque ratio dictitat. Vel enim motus isti spastici non sunt sufficiētes ad sanguinem expellendum, vel sanguis nimis crassus, tenax ac viscidus est, vel viscœ, per quas debet fieri evacuatio, obstructæ aut constrictæ sunt: unde videmus emmenagogorum moderatorum cum sufficienti humido, item potus thee, coffee, balneorum. fotuum eo tempore, quo natura molitur excretionem, esse usum efficacissimum.

18. Quodsi vero non sanguinis copia peccat, sed potius serum acre, causticum membranosis partibus insidet imi ventris, & enormes sanguinis profusiones in impuris, cachecticis corporibus concitat, quemadmodum id saepius fieri animadvertisimus in purpura, variolis, morbillis, in corporibus potissimum scorbuticis & arthriticis, tunc minime salutares, sed potius exitiosæ excretiones habenda sunt, eo quod non removenda causæ morbificæ, quæ tenuissima materia acris est, accommodatae sunt, sed sanguinem, qui potius servari debebat, una cum viribus effundunt. Tali itaque in casu medico omnino opera danda est, ut qua fieri potest celeritate, has perniciose ejectiones compescat, quod tamen non violentia, non stypticis & constringentibus expedire consultum est, sed potius spasticae strictruræ sunt relaxandæ, humor acris insidens tem-

temperandus, discutiendus, quod non commodius ac diaphoreticis cum anodyno junctis praestatur. Eadem ratio est excretionum sanguinarum, quæ ex obstructione, induratione, vel infarctu viscerum nascuntur in cacheoticis, hydropticis, tunc enim sanguinis rejectiones per nares, per haemorrhoides vel etiam per vomitum frequentiores maxime detrimentosæ esse solent, quia non auferunt morbi causam, sed potius vires consumendo tristiorum morbi existunt procurant.

19. Maxime vero omnium febres tam acutæ, quam chronicæ ex eorum morborum numero sunt, qui frequentissime salutares corpus a presentanea noxa vindicant. Febres enim sunt illud medium seu potius remedium, quo natura subinde ad depellendas morbificas causas felicititer utitur. Sunt vero identidem motiones febriles salutares probe distinguenda a perniciibus quæ magis interitum, quam salutem adferunt; siquidem illæ ejus sunt indolis, ut causis febrium expugnandis aptæ sint, hæ vero potius majorem corpori noxam vires detrahendo inferunt, tantum abest, ut causæ febrili auferendæ sufficiant. Pleraque ex febribus acutis inflammatoriarum sunt & fixam stasis sanguinis in tubulosa partium aut viscerum substantia pro causa agnoscunt, quæ dum spasmus in universo genere fibroso & vasculo so sufficit, sanguinem per totum systema vasorum celerius pellit & majori sanguinis ad partem inflamatam adfluxu utique fit, ut sanguis subsistens & firmissime inclusus successive abstergatur, eluat, resolvatur inque ordinem redigatur, quod plerumque circa septimum diem, si recte & ordine res procedit, accedit. Et si tunc spasmus cum omnibus symptomatibus ipsaque febre remittit, cortex cutis glandulosus relaxatur, transpiratio restituitur, sudor fit liberius & hac ratione sub febrili commotione generata multæ excrementitia salino-sulphureæ fortes solius naturæ beneficio utiliter evacuantur. Et hac naturæ methodo plures, praesertim ple-

beji, sine ullius Medici ope, saepe felicititer ex febribus, praesertim continuis, evadunt.

20. Hæc naturæ methodus curandi quam maxime medico monstrat viam, quid in hujus generis febribus facere vel omittere debeat. Lex enim curandi hæc est: impactus tubulis sanguis successive & paulatim citatori sanguinis appulsi resolvendus est. Ex eo jam facile colligitur, quia a sanguinis abundantia, qua nimium vasa distenta sunt & turgent, impeditur sanguinis per partem inflamatam liberior transpulsus, ut potius exinde major sanguinis in parte inflamatam fiat stagnatio, ipsaque inflammatio incrementum capiat, tali in casu nihil praesentius esse, quam providam sanguinis detractionem, eamque non procul a parte affecta institutam, partim ut major stasis & inflammatio impediatur, partim etiam ut liberior universo sanguini cursus & transgressio per partem affectam concilietur.

21. Tum & illud ex prima & principe morbis medendi lege nature addiscimus, non valde nimiam esse sanguinis quantitatem exauriendam, siquidem detracta nimia sanguinis copia non sufficiens fit ad partem affectam ejus appulus, quo tamen stasis, quæ causa morbi est, dissolvi debeat. Quare graviter ii peccant medici, qui in febribus inflammatoriis, quando sanguis deficit, repetitas moliuntur venæctiones, quibus nihil aliud perficiunt, quam ut inflamatam partem celerrime ad sphacelum perdueant. Et quia sanguinis decenti & crebriori appulsi pars a periculosa stasi liberari debet, facile patet, eum medicum egregie naturæ auxiliari, qui partem affectam emolliente fotu, cataplasmate & temperato calore sovet: sicut contra ii gravissime delinquent, qui vel stupefacientia, sedativa, infrigidantia, vel etiam nimis calida spirituosa adiplicant. Et cum in minimis & capillaribus vasculis sanguis & humores stasis ac inflammationem concipiunt atque ex his ipsis eluendi sunt, per hæc tamen sanguis crassus & densus difficulter

lime transit, facile apparet, ea omnia, quæ humores fluxiles reddunt, quæ diluunt, humectant & immodicum calorem, quo serum tenue absumitur, contemperant, remedia esse convenientissima: contra omnia, quæ humores intrassant, quæ calorem augent, humidum absument, uti opiate & calidiora sudorifera in omni inflammationum genere noxiissima esse.

22. In exanthematicis febribus, quæ jungi solent variolis, morbillis, purpura, petechiis, bubonibus pestilentialibus, serum sanguinis causticum, acre, tenue, in partibus membranaceis præsertim in ventriculo & intestinis acerbas spasticas constrictiones, nec non humorum ad varias partes congestiones efficit, simulque febrem accedit, cuius beneficio sanguis, a partibus exterioribus ad interiores, ubi materia peccans hæret, appellatur, ut copiosioris feri & sanguinis adfluxu materia acris caustica temperatur, corrigatur, resolvatur & apta ad excernendum fiat. Quod si naturæ beneficio id feliciter accidit, spasmorum omniumque fere symptomatum fit remissio, pori & tubuli subcutanei relaxantur & sanguinis ad summam cutem & ambitum corporis fit major adfluxus, unde materia morbifica caustica ibi seceruntur. Ita sæpe naturæ solius beneficio pestis & variola & morbilli citra singularem apparatum medicamentorum sanantur. Bene enim SANCTORIUS S. I. a. 139. monet: *plebejos magis liberari a peste, quam divites, qui multis medicamentis utuntur.* Quodsi igitur hac via, quæ Deum auctorem agnoscit, natura sola hos morbos curat, utique etiam medicus, qui naturæ minister nuncupatur, huic via insistere debet, si natura sola id perficere impeditur. Regula namque exanthematicis hisce febribus medendi hæc est: materia acris caustica vitalibus partibus inhærens, uberiori sanguinis appulso contemperanda est, ut apta ad excretionem per ambitum corporis fiat.

23. Ex quo jam conficitur: omnia ea, quæ ad contemperandam materiam

acrem faciunt, & quæ succos sanguinis dulces, gelatinosos, benignos ingenerant, naturæ vacillanti egregie opitulari. Hinc patet, præstantissimum in hisce morbis usum esse decoctorum, quæ leniunt & demulcent acrimoniam, qualia parari solent ex dactylis, sicibus, radice scorzonerae, chinæ, rasura cornu cervi, glyzyrrhicae, floribus papaveris rheados, semine scenicali. Patet quoque porro, plane eximium esse alium bezoardicorum, quæ fixioris indolis sunt & acrimoniae humorum temperande egregie serviant. Neque ex dictis amplius obscurum esse poterit, quam valde graviter & perverse in curando procedant ii, qui statim ab initio, antequam materia cocta, temperata & ad exclusionem apta redditia fuit, sudoriferis valentioribus & expellentibus hos morbos tractant, quibus nihil aliud efficiunt, quam ut acerbiora symptomata ipsamque mortem funestam accersant. Ulterius ex jā dictis elucescit, cum materia excernenda sit per cutem, quæ ejus congruum est emunctorium, nefarios eorum esse ausus, qui eo tempore, quo transmitti ipsa debet ad habitum corporis, valentiora purgantia, diuretica aut emetica, vel etiam acida refrigerantia aut opiate propinant, aut corpora aeri libero exponunt.

22. Quodsi quæstio moveatur: num in dictis morbis sanguinem mittere aut alvum ducere vel vomitum proritare conveniat? soluenda hæc ipsa identidem est ex naturæ solemini curandi methodo. Nimium abundans sanguis quando ob spasmum febrilem ad interiora reprimitur, non modo liberior ejus transitus per partes membranaceas nervosas, quas materia morbifica occupat, necessarius impeditur, sed ulterius ingentes & periculosæ in capite inque pectore congestiones & exinde immodica hemorrhagiaz vel inflammations aut deliriori possunt; quare tali in statu ad hæc avertenda convenientissima utique erit sanguinis missio, quæ ipsa quoque, experientia teste, variolarum felicem exitum sæpius egregie secundat. Quod vero

vero attinet ad emetica leniora & evanuantia , hæc quidem directe ad deliniendam & ad exitum disponendam materiam exanthematicam nihil faciunt ; quod si vero prima regio faburra virtuorum vel biliosorum vel acidoviseidorum humorum obfusa est , utique & hanc inter initia morbi expurgare oportet . Spectat hoc *aphorismus* 22. HIPPOCRATIS l. i. materiam in principio morborum acutorum evacuandam esse si turget , & quidem hanc ob rationem , ne ad massam sanguinis delata attemperationem materiae causticæ ejusque exclusionem impedit .

25. Sunt quoque arthriticæ , rheumaticæ & catarrhales febres ejus ingenii , ut plerumque salutis & remedii quidam secum habeant . Peccat in his morbis maxime copiosum serum excrementium , tenuë , saluum , quod ob segniorem factam transpirationem retentum & ad interiora , atmosphæra præsertim per ventos boreales compresa , repulsum , in glandulis asperæ arteriæ vel fauicium locis vel membranis articulorum aut muscularum hærens identem ibi spasticæ stricturnas exercet , unde extremonum horripilatio , refrigeratio , laßitudo corporis gravativa , appetitus prostratio , alvi constringatio , frequentior ad urinam stimulus , calor sub vesperam & noctem auctior , sternutatio , raffis , dolor artuum , subsequuntur . Nihilominus tamen sub hisce motibus contrariis , qui vergunt ab ambitu corporis ad interiora , latitat quoddam remedium ; nam largiori seri & sanguinis , ad partes quæ stimulo salino agitantur , adfluxu uberiori reddito , tubuli spastico constricti ampliores fuent & materia caustica attemperatur sive coquitur , atque adeo hæc ipsa ad excretionem cum copioso humore viscido in tussi & coryza , vel ad exhalationem per cutim in arthritide & variis rheumatismi speciebus idonea redditur .

26. Hic processus nature iterum monstrat medico , quid in ejusmodi morbis prosit vel obfit , & quid facere aut omittere debeat . Prima enī & præcipua

ejus cura esse debet , ut remedii acrem , salsam materiam contemperet , deinde ut non prius quam ea cocta & maturata fuerit , ejus ejectionem moliatur . Tum ut per convenientia emunctoria ac loca ejus excretionem promoveat , minime vero eam ad alia incongrua excretoria per improvide adhibita moventia , purgantia , emetica trahat . Denique ut nullo modo peccantis materiae excretionem , quæ optime per transpirationem transit imprudenti topicorum , adstringentium ac repellentium usu impediatur .

27. Maxime omnium vero intermitentes febres remedii & præsidii quidam pro conservatione corporis complectuntur . Plerumque contumaces intermitentes , quales sunt quæ autumno oriuntur vel hyeme adfigunt , & quartanae domicilium ac sedem causæ altius in visceribus , in hepatis nempe , lienis ac pancreatis obstructione & infarctu infixam habent , quod vel ex eo cognoscitur , dum vel sponte vel improvida medicina tractatae facile in icterum , anasarcam , ascitem , tumores pedum œdematosos , ingentem lienis tumorem transeunt , eaque corpora , quæ sanguine crasso abundant , maxime infestare solent . Jam vero nihil , quod magis idoneum sit ad obstructions has vilceanum & infarctus resolvendos excogitari potest , quam celestior & citior sanguinis ad hæc viscera abdominis appulsus ac motus , quo egregie obstructions expediunt & humores in ordinem ac motum redigi possant ; hinc etiam fit , ut etiam felicitissime sponte sèpius desinant ejusmodi febres . Quia vero obstructions graves a sanguine nimis copioso & crasso minus dextre superantur & sub frequentibus paroxysmis ipsa sanguinis & humorum massa valde consumuntur , vel intemperiem calidam biliosam contrahit ipsæque vires simul exhauriuntur , utique medico incumbit , naturæ optimum processum opera & arte sua , quantum fieri potest secundare omniaque auxiliorum genera eo dirigere , ut obstruções & infar-

infarctus, viscerum beneficio sebris, motus melius expediantur.

28. Huc pertinet maxime prudens & circumspctus pro diversitate corporum usus saluum, aperientium, quæ humores colligant & dissolvunt, decoctorum & infusorum, quæ ex radicibus & herbis amaris & aromaticis incidentibus balsamicis composita fuerunt, congruorum quoque evacuantium, ut sunt nostræ pilulæ balsamicæ, item mercurialium ritè preparatorum usus: quæ debito tempore & ordine administrata, medicamenta utique ad debellandas has contumaces febres & ad corpus ab imminentibus periculis præservandum magnæ efficaciae sunt. Contra vero clarissime quoque ex his dictis dilucentur, quam nefaria & perversa ea, intermitentes contumaciores sanandi sit methodus, que mox in principio purgantia, validiora & emetica, item sudorifera, opia & adstringentia, in quorum classem rectissime etiam chinæ chinæ refertur, liberaliori dosi commendat. Nihil enim aliud inde efficitur, quam ut obstruktiones contumaciores reddant, pessimas recidivas vel mala longe graviora accersant, quæ nullam postea sanationem recipiunt.

29. Dantur vero adhuc aliae & plures salutares motiones & egestiones, quibus natura stimulata, ut sic loquar, a causis morbificis, eas foras ad habitum corporis felicissime protrudit, sicuti videmus, in cutis descoctionibus, in scabie, leprosa, tinea capitis, achoribus faciei & varii exulcerationibus cutis, maculis adcutem protrusis, tumoribus erysipela- ceis, serpiginosis, in quibus affectibus sicuti felicissime caustica maligna materia a sanguine separatur & excluditur ita, infelicissime improvida, medicina tam externa, quam interna, repellitur, retrahitur, quod nunquam sine maximo vita periculo & gravissimis subsequentibus pathematibus fieri solet.

30. Febriles haec tenus consideravimus motiones salutares, sive quæ in salute corporis, & causarum nocentium morbi- ficarum propulsionem vergunt, præci- pue si prudenti ratione & arte a medico.

secundentur. Sequitur nunc, ut eas, quæ potius damno & exitio sunt corpori & a quibus nihil boni vel salutaris expe- standum est, accuratori quadam inda- gine prosequamur. Cognoscuntur vero hæ ipsæ ex eo, si non removendis causis, a quibus febris oritur, serviunt, sed potius corporis destructionem promovent. Sicuti enim idoneum remedium & recta ac genuina medendi methodus hec est, quæ ad causas morborum avertendas spe- ciat: ita omne remedium præsertim va- lens, quod motus vehementes excitat & quod morbificis causis amoliendis mi- nus quadrat, jure meritoque damnan- dum est. Quodsi itaque intueamur eas, febres sive febriles spasticas generis ner- vosi & vasculosi commotiones, quæ a sphacelo interno, ut sunt malignæ, vel a corruptione lenta viscerum, aut apople- xie, ut sunt hectice, oriuntur, & quæ phthisicis, cachecticis ac hydropticis superveniunt, certissime eæ ad mor- tem ducunt, quia reliquias boni sanguini- & vires celeriter ac penitus tandem consumunt.

31. Dein quoque ab adsumto veneno, caustico, a lassione vel punctura externa partium nervosarum ac tendinosarum, a calculo in uretheribus stagnante, a bi- le caustica, vermis, ab intestino in hernia incarcerato, a gravissimo dolore febres fieri, quas veteres symptomaticas dixerunt, experientia in dies edocet. Sed ubiunque hæ ipsæ accedunt, certe nihil boni, sed plus damni inde expe- standum est; unde qua fieri potest cele- ritate & dexteritate hi ipsi motus siste- di sunt, quia frustra caulis, a quibus na- scuntur, opponuntur, quas expugnare nulla ratione possunt, sed potius cum ad- affectam & irritatam partem majorem sanguinis affluxum afferunt, ingentem inflammationem, postea sphacelatio- nem concitant. Ita etiam res se habet cum intermittentibus quibusdam, vide- licet iis, quæ a transpiratione prohibita, ab iracundia, a cibo cum nausea sumto & male digesto, a faburra vitiosorum in prima regione humorum, a bile acri- caustica proveniunt, ubi certe febries isti

isti impetus ac commotiones parum fasciunt & juvant ad auferendum dictas has causas. Sed potius tunc expedit vel emeticus, vel salibus deterisivis aut convenienter laxante & acrimoniam temperantibus has causas adgredi & postea, si sponte nolunt recedere motus omnino febriles roborantibus tonicis, inter quæ primum locum cortex chinæ tenet, sistere & componere. Neque semper inconsultum est, ante plenariam causarum febrium intermittentium expugnationem specifica antifebrilia, quæ motus cohibent, interponere, maxime si vires agrotantis id urgent, & unus paroxysmus alterum brevi tempore excipit. At vero minime conquiescente sic paroxysmo mox defitendum est a remediis, quæ causis dicata sunt, sed potius tunc majori cura eas removere oportet.

32. Reliquum jam est, ut etiam eos naturæ motus validos, qui in membranis cerebri fortiter constrictis incipiunt & totum sistema nervorum & musculorum in consensem rapiunt, consideremus, ut sunt epilepsia vel violenti certarium partium convulsivi motus, ut singultus vehemens, immanis tussis, pertinax cordis palpitatio, vomitio inanis, quæ rariissime vel plane non utiles & salutifera sunt. Quandoquidem epilepsia, quæ ex doloris saevitia, difficultate dentitionis, torminibus atrocioribus infantum, calculi doloribus vel a vermis intestinorum tunicas nerveas erodentibus, aut lassione cerebri vel fractura & festucis craniī nascitur, quæ variolis in principio vel fine succedit, nullo modo causæ, a qua fuscitur, amovendæ idonea est. Neque cordis palpitatio, cuius causa ut plurimum polypo sum intra cordis thalamos hærens concretum est, bono & salutari fine contingit, eo quod validissima hæc commotio hanc causam vincere minime valet.

33. Porro singultus & vomitus inanis a ventriculi inflammatione & virulenta insidente materia frequentius accidit & omni utilitate & medendi scopo desituit, præsertim quando materia vellicans intra membranas ventriculi hæret,

sicuti in purpura repulsa, variolis & morbillis recendentibus fieri solet. Ita etiam tussis illa ferina & secca, quam dura pulmonis substantie inherentia tuberculæ generant, nullam utilitatem habet, ut potius vires consumat, vigilias accersat & ventriculum ad vomitum concitet. Neque dejectionum copia cum ingentibus ventris torminibus in dysenteria vel a caustico acri purgante ullam habet utilitatem, quia non copia humorum, sed maligna qualitas nocet, cui scustra tanta sanguinis & seri expulsio opponitur, qua vires magis pereunt & bona ac temperati humores inutiliter excluduntur. At multo magis usu & fructu illi carent motus fortiores, qui gravem animi affectum, iracundiam vel terorem subsequi solent, qui adeo intempestivi sunt, ut subinde vitam in summum discrimen conjiciant.

34. Ex hisce jam deductis clarius apparet arbitror, motus morbosos salutares, a pernicioſis & exitialibus cum insigni cura esse distinguendos, siquidem illi non facile sistendi, sed eo dirigendi sunt, ut feliciter causam morbi oppugnant & corpus sanitati reddant; hi vero, quia bonos succos & vires exhauiunt & non nisi perniciem creant, attem & prudehtiam medici utique desiderant, ita prorsus, ut, qua fieri potest celeritate, sistantur: quorum tamen causæ, ut simul remediis tollantur, minime negligi debent.

35. Consideravimus hactenus sollicita indagine morbos, qui acuti vocari solent & spectavimus eorum motus, quomodo & quantum ad corporis restitutionem vel interitum tendant. Ostendimus quoque naturam solam hos morbos sepe feliciter sanare. Sed alia jam est ratio chronicorum, qui a natura sola non vincuntur, sed utique medici opem ac medendi methodum atque scientiam desiderant. Reste enim in præfatione COELII AURELIANI adseritur: *Celeres passiones sua sponte solvuntur, nunc fortuna, nunc natura savente, fluore sudoris, sanguinis vel ventris. Chronicæ vero solius medici peritiam poscent.*

cum neque natura, neque fortuna solvantur. Spectat huc quoque verissimum dictum CELSI Lib. III. Cap. 1. p. 112. Magis ignoscendum est medico, parum proficiens in acutis morbis, quam in longis. Id enim breve spatum est, intra quod, si auxilium non profuerit, ager extinguitur. Ibi & deliberatione mutationi remediorum tempus patet, adeo ut raro, si inter initia medicus accessit, obsequens eger sine illius vita pereat. Nam sicuti in morbis acutis vehementes & spastici motus observantur, qui celeius tempora decurrunt, ita in chronicis hi rarius, neque continuo, sed cum notabili intermissione visuntur.

36. Deinde morborum chronicorum generatio successive, acutorum vero saepe celeriter sit, & illorum causæ plerumque sunt obstructiones & indurations minimorum vasculorum in emunctoriis & glandulosis visceribus, quorum munus potissimum hoc est, ut excrementios, inutiles & superfluos pravos humores separent, eosque evacuent. At si horum excretio ab obstructionibus impeditur, ingens & continua impuritas succis infertur, unde cacochymia, sive malum scorbuticum, quod cacochymia excellentior gradus est & plurimorum morborum chronicorum primaria & vera origo, provenit. Accedit, quod viscera & emunctoria glandulosa obstruta, indurata, tumefacta, perquam facile in corruptionem putridam, exulcerationem cancerosam, vel in abscessum abeant, aut funestis lymphæ extravasationibus occasionem subministrent. Quicunque itaque medicus hisce morbis mederi vult, id tempestive ut faciat & adhuc inter initia, quando inter obstructionem & remedii efficaciam datur proportio, necesse est. Et quia hos morbos natura motibus suis rarius adgreditur, dum languore potius, & motuum defecitu ea corpora laborant, idcirco medicus potius sua arte ac opera & exquisitisimis remediis has longas & contumaces passiones vincere & oppugnare debet.

37. Nunc vero quæstio oritur: qua methodo in sanandis hisce longis morbis

uti, & qua via medicus procedere debat? Hæc autem, ut paucis rem expediamus, est ipse ille motus, qui vitæ & sanitatis causa & auctor est, sive, ut cum veteribus loquar, ipsa natura, & secundum nostram sententiam liber per omnia vascula ac tubulos itus ac redditus sanguinis & humorum atque salva & libata omnis generis sordium excretionem, quæ functionum corporis nostri integritatem potissimum tuetur. Cum vero dicti morbi ab obstructionibus nascentur, quæ liberum sanguinis cursum ac iter intercipiunt & liberiorem excrementorum sequestrationem & evacuationem impediant, rectissime hinc concludit ratio, obstructiones, ubicunque etiam constant, quam fieri potest citissime esse solvendas, atque humores vitiosos & copiose ac intemperie peccantes, per congrua emunctoria educendos. Jam vero ipsa sana ratio suggerit, non prius obstructiones vasorum solvi & inutiles humores evacuari posse, antequam hi mobiles, fluxiles & ad excretionem apti redditi fuerint. Frustra enim materiae motum & propulsionem tentamus, si inepta ad motum fuerit. Omnis itaque scopus, omnis methodus, omnis intentio medentium in sanandis perlongis morbis eo utique tendere debet, ut humores crassi fluxiles & mobiles afficiantur, duries emolliantur, viæ adstrictæ relaxentur, & postea validiori facto sanguinis impulsu & strictura partium solidarum majori impacti humores resolvantur & obstructa referentur.

38. Ex quibus jam manifesto apparet, quam potens & egregius hunc ad scopum obtinendum thermarum, acidularum & aliarum aquarum medicatarum, infusorum, decoctorum, fumum, balneorum & omnipium, quæ incidente, aperiente virtute praedita sunt, sit usus: & quod ante præparationem & mobilitatem materiae nunquam validiora, purgantia, diuretica, sudorifera, salivantia, mercurialia, metallica locum invenant. Quæ regula amplissimi usus in morbis chronicis, scorbuto, lue venerea, hydrope, quartana, melancholia hypo-

kypochondriaca , calculo , asthmate , sanandis magnopere tenenda & custodienda est . Siquidem nihil naturæ aduersius & quod magis sanationem impedit , excogitari potest , ac valentioribus evacuantibus uti , antequam viæ apertæ atque liberæ , & materia ad excernen- dum promta ac parata fuerit . Quid enim imprudentius est , quam fecibus duris obstruta intestina forti purgante exercere : vel calculum fortiter pellere , ubi a doloris & spasmi atrocia uretheres & viæ urinariae fuerint spasmus constrictæ calculo- que obfusæ ; aut aquas hydropicas vali- diori purgante educere , si humores instar tragacanthæ viscidi intra tunicas mem- branarum subsistant : vel sudorem pelle- re summa cute ex spasio constricta .

39. Ex omnibus itaque hucusque di- ductis liquido constare existimaverim , medendi evijsunque generis morbis methodum , quam omni studio & opere sequi & observare debet medicus , in eo maxime requiescere & fundari , ut vel natura vel artis motibus statim aut stagnationes humorum dissolvantur , obstruc- tiones viscerum referentur & humores impuri excretionitii , qui in vitio sunt , primo ad excretionem præparentur , & postea a corpore debito tempore & per convenientia loca sufficienter evacuen- tur : ut hac ratione sanguini & humorib- rursus liber cursus cum debitiss excretionibus restituatur ; quod si accidit , sa- nitas & integritas omnium actionum ægrotanti corpori rursus accedit .

40. Perspicimus exinde , quam sim- plex , quam facilis & compendiosa sit ea methodus sanandi morbos , qua ipsa na- tura sive coordinatio motuum , a struc- tura machinæ nostræ dependentium , qua infinitam sapientiam Dei seu auto- rem agnoscit , utitur & quam identidem ars sequi , adjuvare & imitari debet . Quo facilitior autem & simplicior hæc via sanandi est , eo minus cognita , imo ab- dita plurimis est , qui artem salutarem profitentur & exercent . Quam pauci sunt , qui unquam cogitarunt de natura curandi methodo ? quare non sine ra- tione ipsam nos arcana denominamus ,

quem titulum etiam maxime ob eam causam , quod , ut omnia arcana , ma- ximiæ estimari debeat , quia amplissimi & plane eximii in medendo usus est . Quam plures sunt , qui infelicissimo au- su arcana ad certos morbos curandos , imo universalia remedia ad omnes expu- gnandos , magno studio ac labore con- quirunt ? quæ tamen accuratius re per- pensa spem plerumque fallunt , imo me- dicorum ignorantiam manifesto coar- guunt , eo quod nulla remedia dentur , quæ certis morbis semper cum fructu op- ponit possint , sed quæ potius tollendis causis , quarum ingens & diversa est ra- tio in tam diversis corporibus auferendis accommodata esse debent . Neque etiam medicamenta tantum curant , sed potius ipsa natura per medicamenta conve- nienter adjuta . Communiter vero me- dici , quod turpe & pessimum dictu , mysterium hoc naturæ in medendo igno- rant , quod tamen ut arcanum esset am- plectendum . Quapropter & olim peri- tores medicorum methodum medendi verum arcanum nominare non dubita- runt . CL. SCHERBIUS citante HOFF- MANNO in *Institutionibus* pag . 20 . haec ipsam secretum secretorum secre- tum appellavit , & de CAPIVAC- CIO , eximio Italiae aevi sui Medico , referunt , quod dicere solitus fuerit : discite meam medendi methodum , & habebitis omnia mea arcana . Et quem- admodum mechanici nihil absque nor- ma & perpendiculo agere debent : ita medicum sine methodo nunquam adgre- di debere morbum adseverabant .

41. Tametsi vero cordatores veter- rum medicorum exquisita corporis hu- mani scientia , tam mechanica quam anatomica desituti fuerint , nihilomi- nus valde semper in cura morborum erant solliciti , ut naturæ ordinem in ea sequerentur , & occasionses & tem- pora movendi & quieti conve- nientia observarent , adeo ut nostri temporis medicos hac in re non pa- rum superaverint . Cum HIPPOCRA- TE semper urgebant : naturam optimam esse morborum medicatricem , eam- que

que solam multos morbos vincere; item naturam imp̄l̄sam artis peritis, quæ facienda sint, demonstrare: nihil salutatiter fieri posse, nisi quod ipsi naturæ convenienter fiat. Et medicum naturæ ministrum, scribit *Henricus ab HEER* obs. V. motum naturæ dominæ suæ observare, nihil ea operante temere mutare debere, nisi ut vel effrenem frenet, vel ut pigrorē exciter. Et DURETUS de humorum purgatione pag. 17. prodidit: naturæ imitatorem, observatorem & adjutorem fidelissimum præstare se si debet, qui artis magister præstantissimus dici & esse velit. Legem autem ac methodum naturæ eam esse dicebant, ut coctione & crisi morbos a corpore propulsent: perpetuo enim urgebant coctionem, maturationem live materiæ peccantis correctionem: & fluorilitatem excretionibus semper præcedere debere, haisque diversas operationes naturam statim temporibus perficere ac per convenientia quoque loca excretiones moliri. Motus vero naturæ perniciiales habebant, quando illa nec ordinem, nec locum, nec tempus servabat.

42. Veram autem naturæ sanandi methodum, quæ etiam artis esse debet, per paucis, sed præstantissimi usus aphorismis magnus noster HIPPOCRATES complexus est. Hi aphorismi autem auro cariores mere practici sunt sequentes; videlicet: aph. 20. Sect. I. Concocta medicari oportet, non cruda, neque in principio nisi materia turgeat. Et aph. 21. Sect. I. Que ducere oportet, quo maxime repant, eo ducenta sunt per convenientia loca. Et aph. 9. Sect. II. Corpora quæcunque quis purgare voluerit, fluida facere oportet. Item aph. 29. Incipientibus morbis, si quid movendum videatur move, vigentibus vero quiescere oportet. Et aph. 20. Sect. I. Quæ judicantur & judicata sunt integre, neque more oportet, neque novare, neque medicamentis, neque aliis irritantibus, sed sinere.

43. Universalis vero regula practica, quam non satis possum omnibus, qui cum ratione artis opera exercere volunt,

commendare, hac est: quod medicus, quando natura est in motu, movere non debeat. Per motum vero naturæ intelligimus morborum paroxysmos, exacerbationes, spasmos & intensiones motuum in partibus solidis ac fluidis, item quæ ad excretiones nimias tendunt. Nam quando corpus nostrum spasmis & motibus vehementibus agitur, plerumque exteriores partes cum summa cuncte spasio constrictæ sunt, & motus humorum a circumferentia ad centrum vergunt, alvus, renes & reliqua emunctoria propter nimiam constrictionem non rite munere suo funguntur. Nihil jam est imprudentius, quam tali in casu motus producere eosque augere & emeticō & forti purgante aut sudorifero valido peccantes humores excludere velle. Quantum damni & periculi exinde miseris & gravioribus accedit, si in paroxysmis, ubi omnia spacio constricta sunt, ejusmodi pellentia & moventia adhibeantur, dici vix potest; nihil enim excernunt vel operantur, morbi vero & symptomatum vim certissime adaugent. Quiescendum tunc potius est, vel parum augendum, & tunc plus cunctando proficitur, quam maturando. Rei natura ipsaque ratio dicitur, effrenes motus potius tunc esse moderandos, violentos spasmos sedandos. Unde in omni morborum vigore & impetu diluentia, temperantia, humectantia, blanda diaphoretica & moderate nitrola ac sedativa non sine eximio fructu exhibentur. Egregie hoc quadrat illud OVIDII.

Dum furor in cursu est currenti cede furori;

Difficiles aditus impetus omnis habet.

Adgrediar melius tunc, cum sua vulnera tangi

Jam finit, O veris vocibus aptus erit.

Opportunum vero tempus agendi vel movendi in acutis est principium, vel quando morbi magna est remissio, in reliquis & chronicis extra paroxysmum & quando spasmorum & motuum vehementium fit intermissio, tunc si opus est

&

& materia turget, eam movere & evacuare oportet, & tunc etiam evacuantia operantur & faciunt, quod facere debent.

44. Postremo, id semper in omnibus evacuationibus tenendum est, monente HIPPOCRATE, ut humores pro diversa eorum conditione per convenientia loca educantur. Nam si arte educendi sunt viscidit, lenti, copia peccantes humores, ut in tussi humida, fluore albo, gonorrhœa benigna, purgante id fieri commode potest, quia colic mucosæ glandulae congruum omnis muci emunctorum constituunt. Serum copiosius in habitu corporis collectum in cacheoticis & hydropicis vel per urinam vel per alvum commodissime educitur, inopportune vero per cutem ejus, excretio suscipitur. In hypochondriacorum prima regione ingens cruditatum & humorum acido-biliosorum colluvies hæret, quæ perperam diureticis aut sudoriferis, optime vero clemente laxante per alvum egeritur. Humor biliosus copiosior mediante ira in intestina effusus & acreidine dotatus pessimo consilio emeticco aut sudorem pellente remedio, consultissime vero premisso temperante per alvum educitur. Quandoquidem non semel, sed iteratis vicibus tali in casu a validioribus commoventibus funestas ventriculi inflammationes, hecticas febres, partium contracturas & tremores notavimus. Quandocunque fecibus alvinis intestina turgent, perniciosa admodum sunt vomitoria, aut quæ fortiter sudorem movent. Si vero excrementitium serum subtile acre eliminandum est, infelicissime ad alvinam regionem ducitur.

45. Ultimo loco & hanc magni usus regulam practicam notandam esse existimo: quando natura molitur excretiones per loca convenientia, ex nullo modo fisti, vel impediri, multo minus reprimi debent. Quantum periculi ægrotantibus ab imprudenti adstringentium vel repellentium usu in arthritide, podagra, erysipelite, scabie, variolis, antiquis ulceribus, diarrhoea vel cataracta suppresso, gonorrhœa vel fluore al-

bo celeriter cohibito vel excretionibus per sudorem & alvum in febribus acutis, intercepitis, accedar, tristissima proli dolor indies sæpe in vulgari praxi exempla confirmant. Verum hac vice de medendo generaliter quæ dicta sunt, sufficiant, specialia enim & peculiaria, quæ in cuiusvis morbi cura observanda veniunt, peculiarem quoq; tractationē requirunt.

DISSESSATIO III.

DE MEDICAMENTORUM PRUDENTI APPLICATIONE.
IN TEMPORE.

§. I.

R Ectissime agnovit sapientissimus Salomo, in universo omnia statu, tempore fieri & solere & debere, eaque arreptis quasi ex hujus alteratione occasionibus tandem fixam & propositam suę quoque mutationis metam attingere. Neque minus inter salutaria & albo calculo notanda septem sapientum Græciorum apophthegmata illud Pittaci principem sibi vindicat locum: *Tempus cognoscere*, quo ipse vult, ut in eo maxime mortales cogitationes defigant omnemque naventeram, quo omnes quas moluntur actiones, desideratum ut finem attinrent, justo & opportuno tempore fiant. Ea nempe est a sapientissimo universi conditore rerum omnium connexio, coordinatio & harmonia, qua singulæ ad certas statasque temporum vices suum ortum, incrementum, vigorem & statutum imo quoque decrementum habeant, adeo ut res secundum diversa temporum momenta diversas nanciscantur ad certum finem & scopum aptitudines. Id quod uti ubique extra nos videmus, ita quoque in nobis animadvertisimus, certum tempus requiri ad conceptionem, formationem, gestationem foetus in utero. Certo ac statu tempore moveri incipit infans in utero, certo tempore affectat exitum: eruptio dentium sua habet tempora & hominis nutritio & auctio certis

solventur temporibus : intellectus & judicium certa saltet etate eminet : pueritas seu ad generationem aptitudo certo incipit & finitur spatio : in sanguine & humoribus certa temperies ac dispositio sub pueritia, sub adolescentia, sub virili & extrema etate subnascitur : chylificatio, sanguinis circulatio, secretiones, quo spectant etiam menses, certa mensura motuum ceu statu tempore continentur & absolvuntur.

2. Neque minus in statu praeter naturam morbi alii infantili, alii juvenili, alii senili etate sunt familiares omnesque definita & certa habent tempora & principium & incrementum, statum seu subsistentiam & denique decrementum & finem. Morbos recurrere certis horis, certo die, certo anni spatio & accuratissime statas suas servare periodos res aperi-
tissima est. Porro omnes in morbis motus excretorios, quique vel ad salutem, vel ad mortem tendunt, natura certo tempore instituit : sic enim variolæ sua tempora habent eruptionis, suppurationis & deflorescentiæ, morborum solutiones per sudorem, urinam, diarrhoeam justo sunt tempore. Uno verbo : natura in omnibus operibus suis & maxime in sanitate hominis conservanda & morbis curandi mensuræ, numeri, ordinis & temporis est observantissima, decernente sic ex liberrima voluntate omnipotente naturæ Auctore, omniumque qui sunt in universo, motuum causa prima & principali.

3. Quæ cum ita sint Medicis, qui præter scientiam a prudentia maxime commendandus est in curationibus suis ad tempus respicere, illoque opportune uti debet. Id quod jam dudum antiquissimus sapientia medicæ parens HIPPOCRATES confirmat qui Lib. IV. de rat. vii. p. 56. scribit : In omnibus morbis præcipue in acutis, potissimumque in quibus vehementia febris subest, tempus adhibendi medicinam maximæ habere facultatem. Idem Lib. I. aphor. I. conquestus est : Occasionem medendi esse celerem seu momentosam. Vult Divus ille Senex momentum temporis ab ipso medico saepius tam in apti-

remedii præscriptione, quam in illius applicatione arripiendum esse : nam in momento, imo saepius in puncto vita & mors hominis consistit & magnum emolumen-
tum, imo grande periculum corpori inde contingere potest ; ut adeo occasio medendi curationis non inepta die possit anima : deinde occasio præcepit & momentosa est, quæ difficillime revocari potest, qua elapsa inclinatio non nunquam fit vel ad mortem vel ad dete-
rius, nam aliud statim morem, aliam naturam, aliud motum assumit ipse morbus, & alia subito mutatio in corpo-
re nostro advertitur. Propterea sapien-
ter, Pindarus iuxta iurisprudentias ; nec inconcinnæ ait Poeta :

Temporibus Medicina juvat, data tempore prosum,

Et data non apto tempore vina nocent :

4. Et certe non minima prudentis medici nota est, si rationem temporis in applicationem medicamentorum ha-
bet sollicitam, maxime cum præsentis-
sum alias remedium hoc tempore pro-
fit & proficiat, alio autem assumptum
maximum damnum afferat morbumque
deteriore reddit. Optimum hinc me-
dicamentum est, quod opportune datur,
& revera in apta remedii contra mor-
bum inventione & in legitima ejusdem
ratione temporis applicatione vera me-
dendi methodus, rectum medici judi-
cium & felix curæ successus consistit. Et
quatinus sexcenta contra unum morbum
habeamus remedia, nisi illorum appli-
cationem ratione ordinis, doseos, &
maxime ratione temporis compertam
habeamus, certe nihil laude digni in
medicationibus præstat valemus. Sed
mirandum est & turpe dictu, silere hic
pene omnes medicorum & Practicorum
libros, & quart. scitu res est necessaria
tam profunde eam silentio esse sepultam.

5. Accedit adhuc : quum medicus na-
turæ, quæ effato magni HIPPOCRA-
TIS optima morborum est medicatrix, sit
minister & imitator, eo magis opus
est ut ad ipsius motus, ad tempora,
quibus illa ad sanandum uti solet,
attendant & respiciat, ipsam
que

que in operando juvet: Nam felix medicatio cui adjutrix natura succurrit, irrita vero quæ repugnante natura tentatur. Medicina leges naturæ legibus consentaneas esse debere jam dudum Fernelius in Prefat. Lib. 1. Therapeuticæ dixit. Uti enim in macrocosmo solis, lunæ, siderumque cursus & conversiones, tempore statum mutationes, oceanique aestus & reciprocatio ex ordine certo & constanza immutabili reguntur: sic etiam in microcosmo confilio rectaque ratione natura prudenter administrat & providenter tutatur omnia, ac stabili quadam & rata lege actiones suas perficit: quum autem naturæ nulla cognitio vel voluntatis quoddam arbitrium insit, secundum quod omnia administret; facile apparet, naturæ ordinatos motus & summam illam ipsi insitam vim, qua existunt, conservantur & administrantur singula, dependere a divina quadam mente architectrice & conservatrice, ut eo ardenter majorique cum sollicitudine medicus naturæ salutarem ductum scrutari, illum sequi & imitari teneatur.

6. His decursis plenius jam ipsa adeunda est tractatio de medicamentorum secundum certa tempora applicatione. Et quoniam ex superioribus didicimus naturæ ipsi inditam esse vim se conservandi & motus certo tempore efficiendi in sui conservationem & causæ morbifica remotionem: medicus omnino ceu minister naturæ ante omnia naturam ægrotantis corporis cognitam habere, motus naturæ inordinatos sistere & nimis languentes promovere, impedimenta tollere & materiam motibus vitalibus convenientem suppeditare & præcipue tempora, quibus natura in morbis sanandis utitur, observare debet; secus si fecerit præter & contra naturam facit & frustra tentat omnia. Primum itaque officium medici est, ut in tempore præveniat morbo, nam in tempore hic prævenire omnium rerum est primum: Nimirum quia omne illud quocunque temperiei, mixturae & motui partium machine fluidarum incongruum, improportionatum & inconveniens, simulque activitate

lædandi quadam imbutum est, causam morbificam constituit & motus naturæ turbare morbumque producere aptum est, hinc medicus id ante intimam cum succis vitalibus mixtionem in principio avertere, sive morbo prævenire studeat & allaboret. Natura enim adhuc vigens medicamento adjuta faciliter expugnare morborum poterit, ac si nimirum morbo delata ac fracta est: hinc affectus qui aliquantulum protrahitur & levioribus praesidiis tempestive summis sanari potuerat, vix nisi valentioribus & difficiliori negotio profligandus est.

7. Experti id saepius sumus in febre lenta & corporis consumptione, quæ post intermitentes diuturnas vel perperam curatas ex laburra vitiosorum humorum primas vias occupante nascitur: si protinus in initio leni quodam emeticō depleamus ventriculum & primam regionem a colluvie vitiosorum humorum, prævenire possumus huic febi quæ non raro periculum ingens habet conjunctum; quod si vero increverit, & sanguinis crassi destrœta solidarum partium substantiam consumserit, & emetica & omnes purgationes adhibita mortem citius accersere consuecant. Miasma aeris vehiculo haustum & cum salivali humore in ventriculum delatum conveniente emerico alexipharmacij conjugatione nobilitato statim extirpari potest commodissime: ita plures a morbis contagiosis, peste, dysenteria maligna, morbo Hungarico servari & liberari possunt: Quod si autem jam virales corporis humoræ, inficerit ac disturbaverit, abstinendum ab omni purgatione est ceu summe nociva, inordinatos magis motus in sanguine & genere nervoso excitante. Sicut enim in omnibus heroicis ac magna activitatis remedis: ita maxime in emeticis usur pandis ratio temporis habenda est exquisitissima: Ita antimoniale emeticum non multo post vehementem iram exhibitum lethale ut plurimum & instar veneni habendum est. Vidimus hoc modo plures in funestam ventriculi inflammationem vel in graves passiones chronicas, phthisin, hepticam

præcipitos. Idem vero remedium tertio vel quarto post iram die adhibitum tantum abest ut noceat, ut potius humorum colluviem biliosorum expellendo a febre lenta aliisque chronicis malis corpus immune præstet.

8. Maxime vero omnium dignitas & utilitas ~~euuropi~~ ex admirandis curatiōnibus morborum præservatoriis clarissime elucet. Hydrops, phthisis, hecūta sunt omnium consensu ex insanabilibus præcipui, sed perfaci li negotio, convenienti medicina in tempore adhibita, ut V.Sne. & sufficienti diluentium, qui viscidos humores dissolvunt, usu averti possunt felicissime. Nam eorum originem si spectemus, ea potissimum ex plēthora vel ex largiori potu frigido corpori ex fortiori motu vel iracundia incalescēti aut sudanti immisso repetenda est. Moleſtissima illa & contumax affectio, quæ vulgo dicitur hypochondriaca, uti facillime præcaveri, ita difficultime si inveteraverit & radices egerit, curari potest; siquidem hæc ipsa plerumque ex vita deside & immobili, nimis ciborum, qui flatu, cruditates ingenerant alvumque adstringunt, voracitate, vel ex perperam tractatis & male curatis febribus intermittentibus, aut excretionibus sanguinis aliorumque humorum criticis retentis prognascitur. Quare solo motu & exercitatione corporis sufficienti, ciborum abstinentia, aquarum & maxime mineralium potu, sanguinis decentimissione, item rhabarbarinis & temperatis stomachicis roborantibus in tempore adhibitis certoque & longo satis tempore continuatis, eam optime vinci ac superari posse multiplici sane experientia confirmatum habemus. Sed dolendum magnopere est, quod plurimi ægrotantium non statim medicum accessant & consulant, imo magis adhuc dolendum, quod plures medicorum ex perversis suis ad usum nihil pertinentibus, quas in academiis a Professoribus in præxi minus versatis didicerunt, opinionibus gravissimorum affectuum initia, quæ plerumque parva sunt & levia, non recte intelligent, adeoque ~~euuropi~~ salu-

taris & rectæ medendi methodi ignari ex minori deterius subinde malum efficiant.

9. Notum porro Medicis imo mulierculis notissimum est, quod gravidæ atque in primis plethoricæ quæque mobilioris animi sunt, si semel abortum passa fuerint, repetitis vicibus in eum facillime recidant. Eundem tamen primis mensibus tempestivis remedis & cerebriori, sed moderatori sanguinis in superioribus partibus missione, bono dīcta & vitæ regimine atque linimentis spirituosis roborantibus arceri posse, iten-didem experientia multiplici edocti sumus. Denique & medicis & mulierculis non ignotum esse arbitror, puerperis, maxime ex retentis vel suppressis lochiis, graves imo funestas sèpius affectiones, acutæ nempe inflammatorias febres vel sine vel cum purpura juncetas, affectiones cardialgicas, syncopticas, suffocativas supervenire, quibus tamen omnibus prudens & peritus medicus selectione venæ, blandis temperateque balsamicis laxantibus & antispasmodicis mature & tempestive, aliquot post partum diebus, exhibitis occurtere & prævenire potest quam felicissime.

10. Præstantissimum utique & magna efficacia præsidium ad morbos graves sanandos est V.S. opportuno tempore administrata, quæ neglecto tempore tanquam gladius est in manu furiosi. In acutis & inflammatoriis febribus, præsertim synochis, quæ mane exacerbationes suas habent, inter initia V.S. eaque, urgente necessitate, repetita faciliorem efficit morbi progressum provehitque in diebus criticis solutionem, cum contra ex præpostera ejus administratione quam facile circa diem criticum septimum contentiones motuum hemorrhagicæ sed irritæ & subsequentes mentis alienationes tanquam mortis prodromi obtingant. Ad intermittentium tam tertianæ quam quartanæ contumaciam infringendam, non alienum est, ubi sanguis nimium abundaverit, venam secare, sed hac cautione, ut nunquam fiat circa frigoris & horripilationis, tempus, multo minus eo præsente.

sente. Graves exinde convulsivas partium trahentes cum summa præcordiorum anxietate, difficulti respiratione summoque virium lapsu multoties vidi mus & observavimus. Affectus catarrales, rheumaticos, arthriticos, erysipelaceos & ipsam quoque podagram, V. Sbus debito tempore ac mensura admissis, accedente simul accurata diæta, potu diluenti & sufficiente nec non corporis motu, in totum averti posse tam certum est quam quod certissimum. Sed paucioribus minimeque iis, qui veræ pathologia & genuinæ *svxigies* in mendendo ignari sunt, id capere concessum est.

11. Fluxus hæmorrhoidalis in consuetis, aut ubi natura jamjam inclinat, bene & sine turbatione procedens a gravibus omnino morbis corpus immune servat. Quum vero ex facilis ipse in ordine, tempore & mensura variis de causis turbari vel cohiberi possit, quam graves & sœpe immedicabiles inde affectus oriuntur, dici vix satis potest. Nil hilominus pauca sunt remedia, modo debito tempore & ordine usurpentur, quæ salutarem hanc excretionem in ordine servant eamque aberrantem in ordinem redigunt. Ex quibus præcipue sanguinis detracatio, conveniens vita & diæta regimen, temperante balsamica & stomachica carminativa primam & principem locum obtinent. Quin imo hac ipsa remedia, quod probe animadverendum, prudenter & tempestive adhibita tantæ sunt virtutis & efficaciam, ut molestissimum hunc fluxum, qui debilis & languidae naturæ index est, declinare feliciter possint.

12. Porro medicus in morbis, qui evacuationibus criticis ab ipsa natura factis circa certa tempora terminari solent, exquisite nature motus servare & tempora criticarum evacuationum in medicamentorum applicatione etiam atque etiam observare debet, ne præpostero illorum usu naturam turbet & a negotio suo avocet. Inter tales morbos criticos morbus variolarum meretur reperi, qui distincta sua habet tempora,

nimirum ebullitionis, eruptionis, suppurationis & exsiccationis. Eruptionem macularum utplurimum circa tertium vel IV. diem natura instituit, oclusus tunc cæteris evacuatoriis, maxime alvo, quo vi unita ad cutis peripheriam materiam morbificam eo felicius propellere possit: quod si quis tunc temporis purgantia & fibras intestinales irritantia adhibendo naturam avocare ventit, in ingens vitæ discrimen ægros precipitaret, plurimis lethalibus exemplis id satis testantibus: e contrario in principio statim morbi leniora purgantia, primam regionem ab impuris biliosis & viscidis foribus expurgantia non nocent. Imo observati sœpius sunt sua sponte ærgi in principio morbi maxima cum euphoria purgati: nam natura a copia humorum oppressa, jam liberata motus salutares criticos instituit expeditius ad cutis corticem. Atque porro cum Medicus ante ordinarium eruptionia natura præfinitum tempus vel regimine calidiori, vel sudoriferis calidis & repellentibus materiam morbificam ad expulsionem foras vult cogere, tum maiores turbas concirando, intensiores anxietates accersit & recessionem macularum, quæ vi expulsa fuerunt, majori cum virium prostratione procreat: quare ratione necari quam officiosissime solent plures hoc morbo laborantes. Præstat potius semper ante eruptionem motus inordinatos sanguinis & humorum restinguere acrimoniamque humorum temperare terreis, anodynis, acidulis, quam regimine calidiori & calidis motus exorbitantes, ardorem & aerimoniam augere & sœpissime lethalia symptoma accersere. Unde quovis tempore variolarum cane & ange pejus fugiendum est regimen nimis calidum. Atque in eo genuina & methodica eaque felicissima variolarum curatio potissimum versatur. Quodsi autem jam eruptio facta est & tumultus naturæ sedatus, non nocebit dia-phoreticis blandioribus & absorbentibus, myrrha & croco in exili quantitate adjectis, naturam in excretionis negotio conservare & suppurationem pro-

moveare : circa diem autem nonum , cum de novo ab inflammatione & suppuratione suscitentur in sanguine tumultus & motus inordinati , iterum ab omnibus calidis absinere debemus ; tunc enim calida etiam in minima dosi adhibita v.g. Ess. myrrha ardorem , dolorem & symptomata exasperare solent .

13. In febribus malignis petechialibus & quæ conjunctæ sunt cum exanthematibus , medicus naturæ crises & tempora exactissime observare tenetur . Hisce in morbis totum ferme negotium curandi incumbit naturæ , quæ si robusta est , si vires corporis conservatrices morbo vincendo pares sunt , si sanguis temperamento quasi alexipharmaco instrutus est , sola felicissime saepe citra medicam opem curare & absolvere sanationem solet . Quicquid enim medicus efficere poterit , id saltim in principio facere debet , plethoram minuendo , superfluos humores evacuando & emunctoria aperta fervando : reliquo tempore naturam minime turbare , sed temperatis , terreis , absorbentibus , acidulis & vires reficiens præsidis ejus motus circumspete dirigere debet . Ante omnia autem circa dies criticos se prudenter debet gerere medicus , adjuvando & moderando , non impediendo ipsas criticas excretiones , ita quando circa illud tempus sudor contingit , ut ille moderate , quantum fieri potest , promovendus , vires roborandæ , & stimulus naturæ labescenti addendus sit . Quare circa tempus criticos medicamentum in pauca dosi datum alexipharmacum , diaphoreticum , quale est nitrum cum camphora mixtum , vel sola Essentia scordii , sudorem saepe calidum copiosum cum viuum notabili refectione , somno & pulsa subsequente naturali excitat . Non rarius etiam in febribus malignis solvitur morbus per alvum , quo tempore constringentia vel anodyna propinari nunquam debent , sed tantum confortantia præbenda sunt , ut cornu cervi vel ebur phil. preparatum , succinum , cinnamomum & hujus generis alia .

14. Ante omnia autem id medicus ca-

vere debet , ne in febribus petechialibus medicamentis sudoriferis , volatilibus , calidis utatur ; expulsionem enim nimium cum promovoent , vidimus fere semper rem non bene successisse : apparent quidem petechiae , sed cum majori virium imminutione & graviori symptomatum saevitia , ac saepissime recedunt ; satius est itaque ipsi naturæ relinquere negotium expulsionis & lenissime semper procedere . Firmissime enim convictus credo , plures a præpostero calidorum & expellentium usu lethalem sibi diem accersere petechias laborantes . Spectat huc illud LIVII Lib. XXII . Cap. 18. Medicos interdum plus quiete , quam movendo atque agendo perficere . Deinde cavendum , ne motus naturæ per purgantia turbentur , ideoque petechias comparentibus illa omittantur . Id quod locum habet non tantum in febribus acutis & ubi natura per metastasis aut evacuationem præter alvinam adhuc aliam crisi molitur ; sed in chronicis quoque v. g. lue venerea , scorbuto , si bubones aut qualescumque excretiones & efflorescentia apparent .

15. Evidem multi sunt ex recentioribus , qui dierum criticorum , quos antiquissimi medici admodum respexerunt , existentiam penitus negandam esse sustinere volunt ; sed hos ipsos in exercitio artis non satis esse versatos ego quidem convictus sum . Causam hujus præposterae assertiois Clariſs. BAGLIVVS Lib. 2. Prax. Cap. 12. egregiam allegare videtur : Mirari , inquit , desinent Practicantes , si hodie nec frequenter , nec perfecte succedant crises , ut olim in Gracia ; siquidem illi Grecarum legum ignari , vel obrectatores a principio morbi ad declinationem usque purgantibus , diaphoretieis , phlebotomis , aliisque imprudenter & intempestive adhibitis , grossos fere conficiunt , undimpossibile est , ut humores per tam die versas remediorum seditiones distracti , ad critice despumationis negotium suo tempore disponantur , neque dierum criticorum regule , ab antiquis traditis , observari queant .

16. Notum est, intermittentes febres non raro spontaneis obortis sudoribus absque ullo medicamento terminari, imo paroxysmo remittente, maxime in tertianis subsequi blandum & calidam sudorem: & vice versa circa tempus hororis & in principio febris nunquam naturam instituere diaphoresin, sed firmissime tunc poros subcutaneos esse oclusos. Unde prudentis medici est, in sanatione harum febrium naturam ceducem & viam monstrantem sollicito sequi & imitari: siquidem haec sibi relata raro evacuationem movet, nisi materia cocta fuerit. Nunquam itaque tempore inhorrescentiae vel mox ante illud tutum est, medicamentum sudoriferum idque calidum sulphureum propinare: utpote calor, ardor, oris siccitas, praecordiorum anxietas & irrequia membrorum jactatio magis tunc incrementa capiunt, omniaque exasperantur: e contrario finito paroxysmo & diebus intercalaribus ubi cutis spiracula hiant & sanguini circulus suus restitutur, diaphoretica cum amaris roborantibus vel specificis antifebribus nupta, abstinentia simul ab aere frigido & humido, vix copioso & crasto, acido, saepius iterumque repetita, præmissa primæ regionis expurgatione, sola frequenter citra recidivæ metum febres etiam contumacissimas expugnant felicissime. Hunc in scopum laudatæ virtutis deprehendi sequens elixir antifebile, medicamentum in quartanis etiam diurnioribus utilissimum. Recip. Extra Eti Scordii, Gentianæ, Centaurii minoris, cascarillæ ana drachman j. Eff. chinæ chin. Tincturæ tartari ana unc. 1. & dñijd. Extract. croc. castorei ana gr. X. olei Caryophyll. gutt. X. De hoc elixirio sumat æger singulis tribus horis, incipiendo statim post paroxysmum, gutt. XL. sum vehiculo convenienti, ut vino cum aqua diluto.

17. Pictæ morbi dantur critici, qui cum præcedente horrore, subsequentे sanguinis ebullitione, pulsu aucto & excretione ad partes extremas frontis, uiunt erysipelas, arthriti, rheumatismi,

pleuritis spuria, in quibus, ubi natura secretionem molitur, abstinentium est a V. S. evacuantibus medicamentisque acidis, quæ cuncta perspirationem & motum sanguinis ad externas partes præpediendo materiam corpori infensam intus retinent & funesta symptomata accessere valent. Ad præcavendos vero hos morbos & statim in principio, si plethora adest, V. S. si colluvie vitiosorum humorum prima regio scatet, leniora emetica & per alvum evacuantia &c. locum omnino habere possunt, magis etiam tunc blandiora diaphoretica, uis est Diaſcord. Fracast. cum lap. cancer. & nitro mixtum, item Decoct. C. C. Scorzonerae, Rad. chin. chin. conducunt.

18. Ex his jam liquido constare potest, cur in arthrite, erysipelate, externa poros stipantia & evaporationem materiæ peregrinæ prohibentia, sive sint liquida, sive emplastra, tantam noxam creare & symptomata exasperare possint. Nota sunt exempla, quod materia caustica erysipelacea in transpiratione sua impedita medicamentis externis adstringentibus profundius serperet, ulcera cacoethica, cærofa, ipsamque gangrenam produxerit. Magis ex usu & re hic sunt, quæ blande poros aperiunt, spicula salina materiæ morbos temperant & corrigunt & transpirationem juvante. Talia maxime sunt ipsa secca vel etiam liquida spirituosa camphorata, non autem oleosa, quamvis sint destillata. Commendari merentur flores sambuci, chamom. vulgaris, melilot. sem. 4. carminat. myrra, camphora, bacca juniperi, farina fabarum, crocus, nucista &c. Exemplum aliquod referam: Nimurum vir obelus 40. annorum vivacissimi ingenii, muneri præpositus amplissimo, ex podagra laborans, ab empirico sumptum emplastrum ex alumine, albumine ovi & camphora tempore invasionis parti affecte applicabat, mox horror ingens, ardor, formus turbulentus cum affectu comatoſo sequebatur, in quo omnis ferme memoria perit. V. Sectione & sudoriferis adhibitis servatus quidem est, ast memorie debilitate summa ad hunc usque diem laborat.

19. Con-

19. Constat satis, foeminas singulo mensis spatio, statu suo tempore & circa lunæ phases purgari per uterum ingenti cum naturæ levamine. Optimum itaque stratagema practicum est in mensum evacuatione suppressa, circa tempus illud quo natura consuevit exoriente, præmissis prius levibus evanquibus propinare pellentia & specifica sic dicta emmenagoga. Deinde ut ductu ipsius naturæ obtainere finem facilius possumus, caveant foeminae circa fluxus hujus ordinarium tempus, ne acidis, viscidis, infrigidantibus & instantibus cibis abutentes fluxum illum consuetum impedianter; mille enim inde oriri solent mala: nec tunc temporis V. S. in manu instituenda est, quæ sistere hunc fluxum protinus solet. Itaque tunc eo motum naturæ dirigat medicus, quo hi fluant, secus frustanei erunt conatus.

20. Denique medicus si recte officio suo satisfacere velit, omni cura & consilio in id debet incumbere, ut sciat quo ordine causæ morborum proxime vel remotæ sint tollendæ, in ea enim versatur magna medici prudentia & felix morborum medicatio. Sic. v. g. in partu difficiili pessime illi faciunt, qui non observantes legitimum partus tempus proponant confortantia, calida & irritantia siveque femellas sæpe inebriant, ut deinde motus horrendi spasmodes, vel etiam febres inflammatoriae post partum invadant. Optimum contra est, expectare legitimum tempus, & cum ipsa natura inclinante promovere exclusiōnem foetus, datis tunc genuinis resolubilibus & antispasmodicis. Inter haec excellit maxime pulv. sequ. cuius usus est probatissimus. v. g. R. succini drach. ij. Borracis Venetæ drach. j. & dimid. Croci, fell. anguill. Scrupul. j. Ol. Cinnamom. gutt. viij.

21. Sic quoque porro calculus in renibus existens si intempestivo pellentium & acrius usu in ureters pellitur, illos pertransiens ingentes excitat torturas, rotum nervorum systema sivepius in confessum rapiendo, imo lethalem urinæ suppressionem accersendo. Priga itaque

& optima intentio medici hic est calculum illum solidum magnitudinis plus iusto majoris prius atterere, comminuere, & resolvere, viasque per quas transire debet emollientibus & lubricantibus probe disponere & aptas reddere, ut sic faciliorem lapis inveniat exitum. Talem in finem jam merentur laudari omnia emollientia, clysteres, oleum amygdalarum duce, it. salina intrinsecus adhibenda v. g. solut. oc. cancer. terra foliata tartari, arcanum duplicatum, sal diureticum medium & neutrum ex sale succini & oc. cancer. paratum, aqua cochlearum, nec non decoctum hederæ terrestris, alkekengi, asparagi, aqua Seletti &c.

22. Affectus cutanei ex sale caustico erodente subnati, quales sunt scabies, lepra, mercurialibus extrinsecis applicatis, item sulphuratis egregie sanantur, quod si autem quis illis uti velit ante diminutionem plethoræ & correctionem cæcochymæ debitamque evacuationem, maxima oriuntur mala: observatum namque est malignas febres, paralyses, apoplexiam, lethargum exinde oriri.

23. China chinæ decantatum & revera divinum contra intermittentes praesidium est, præpostera autem applicatio ne ingentes sæpe noxas creat, dum intermittentes in continuas vel lentas verit, & firmando obstructions, periculosiores recidivas, cachexiam, icterum, hydropem gignit, id quod satis historie morborum testantur. Et docet experientia, si mox ante paroxysmum, vel quando ægri inhibitorescunt, ipsa china chinæ detur, semper exasperari febrem & sanguina fieri symptomata, ita ut hac ratione multos e medio tulerit, annotante sic Sydenhamio Tract. de Febribus. Quod si autem præmissis primari regionem expurgantibus, quæ impuritate facile sordefcens mali fomitem præbere solet, ac si veheementia hujus morbi prius infraicta, transpiratio liberior redditæ atque v. iscerum obstructio referata fuerit, laudatus cortex tempore intermissionis crebris & repetitis vicibus exhibeatyr, incipiendo statim post paroxysmum.

xysmum & ad eundem ferme continua-
do, incredibilem in fuganda febre osten-
dit efficaciam. Tantum est legitimo
tempore propinare remedia.

24. Opium divinas medentibus solet
porrigere manus, improvide autem pro-
pinatum venenum non raro evadit. Sic
in compescendis doloribus chronicis non
nisi cute porisque apertis propinari, vel
diaphoreticis conjungi debet. Notavi
nuperrime feminam, quæ ex cardialgia
hysterica laborabat cum alvo clausa ac
constricta, cui dum propinabatur extrac-
tum opii solutum in effusione castorei,
mox tentabatur respirationis difficultate,
præcordiorum angustia, virium
omnium defectu, pulsu debili, sudore
frigido & internarum partium ardore:
soluta autem alvo mox protinus remit-
tebat atrocia hæc symptomata. Opiata
arthriticorum solent esse solatum,
inter initia morbi exhibita, nunquam
autem, quando natura in extreto est
occupata juvant; dolorem quidem quo-
dammodo mitigant, vires autem magis
convellunt & fixiorem ac diuturniorem
reddunt morbum. Opiata vigilarum
certum sunt remedium, horum nihil
ominus tam pro his quam pro dolore
curando administratio, in primis intrin-
seca, singularem exigit prudentiam,
ne scilicet adhibeantur in morbis acutis
instante crisi, utpote quam turbant &
inhibit, nec ubi evacuatio quædam
desideratur aut speratur, v. g. in pleuri-
tide, ubi quidem in morbi principio re-
fracta dosi talia convenient, progressu
vero morbi & ubi expectoratio immi-
nant, nocent & suffocant.

25. Res in foro medico notissima est,
quantum in pellendis morbis chronicis
medicamenta sale volatili oleoso instru-
eta possideant; nihilominus præpostere
adhibita ingens damnuna creare possunt:
Sic saepius observatum est in morbis, qui
ex cruditatibus primarum viarum, hu-
morum escochymia & viscidarum par-
ticularum in sanguine abundantia oriuntur,
ante debitam factam alterationem
& expurgationem salia volatilia calida
non tantum symptomata exacerbasse;

verum etiam affectus comatosos, imo
paralygin, apoplexiā excitasse, utpo-
te quæ impuros humores magis in tubu-
los corporis tenuissimos intrudunt, &
ebullitione intrinsecas aucta, venas di-
latant & postmodum aperient. Id quod
etiam atque etiam tenendum est circa
sudorifera volatilia, humores exagitanta-
ria, quæ in omni sanguinis & seri impuri
exuberantia v. g. in cachexia, in hydro-
pe mirum nocere solent ante dēbitam
evacuationem vel humorum correctio-
nem. Sic quoque in hysterice caute uti
debemus volatilibus. Eleganter hac de
re historiam B. ETTMULLERUS in
Dissertatione de præcipitantium usu &
abusu pag. 74. refert: *Fœmina hysterica*
scorbutica, inquit, *similque splenética*,
præter sensibilia eaque spasmatica abdo-
minis pathemata ad melancholiā decli-
nabat, una cum mensium ultra tres men-
ses suppressione. Hęc ab exhibito spir.
salis Ammon. cum spir. cochlearie com-
mixto, mirum offendebatur, omnibus
symptomatibus notabiliter exasperatis,
sed sepositis hisce & datis absorbentibus,
maritalibus, coralliatis salibus fixis
feliciter restituta.

26. Eadem quoque tenenda est regula
circa diureticorum usum, quæ consenserit
omnium Medicorum, quando ventri-
culus nimium repletus, vel intestina
colluvie humorum consarcinata sunt,
nocent: fuge itaque diuretica potentiora
in febrium principio, augmento, &
statu, aut quavis crassorum humorum
abundantia, crassos enim & crudos hu-
mores ad vias urinarias deturbant & fe-
bres, si quæ adsunt, intendunt vel no-
vas pariunt. Sternutatoria in apoplexia
ac reliquis soporosis affectibus, si à ma-
teria serosa aut pituitosa, circa cere-
brum congesta dependent, mox quoque
in patoxylmi principio conducent; sive
vero a plethora sanguinisque stagnatio-
ne oriuntur, non nisi sanguinis missione
aliisque evacuationibus universalibus
præmissis, in usum sunt vocanda. Mo-
lesti feminis fluxus præsidia certissima
sunt os sepiæ, radix tormentillæ, vi-
scus quercinus, succinum, alumen,
terra

terra catechu, quæ egregie sistunt hunc fluxum & fibras relaxatas constringunt, si convenientibus purgantibus, sudoriferis balsamicis ante tractati fuerint egri, quod si autem prius dantur constringentia, bobones, tumores testium, appetitus prostratus, tornina ventris & varia incommoda oriri solent.

27. Tandem occurrat notabilis quaestio dum inter medicos agitata, si nimurum indicationes adint V. S. & purgationis, quodnam remedium sit præferendum? Galenus rectissime a phlebotomia semper incipiendum esse judicat, nec sine ratione; a purgante enim commotus sanguis abundans in motus inordinatos facilius exagitari potest. Nam quando per V. S. vasa sunt depleta, purgans feliciter & commodius heterogeneas a sanguine segregare potest portiones. Hinc VALESIUS in methodo medendi L. 10. cap. 2. dicit: Ego multo consultius puto ubi debilitas non obstat a missione sanguinis clystere uti: quo re jam circa V. S. bene gesta, quod per eam motum exagitatumque est, trahatur in intestina, per que & evacuetur, quod sapius vidimus adeo feliciter cedere, ut evacuatus simul & expurgatus sine pharmaco homo sit. Laxantia vero commode præmittuntur venæctioni.

28. Deinde medicus in curationibus suis tempora quoque anni observare debet; pro horum enim varietate ingens & varia alteratio totius corporis fit, medico scitu summe necessaria: imo morbi uti certis anni temporibus saltem sunt familiares & exasperantur: sic etiam alii certis saltim temporibus sanabiles existunt. Omnes morbi fixiores, diurniores v. g. paralyses, contracturæ, quartana, symptomata hysterica & hypochondriaca, arthritis, podagra, lues venerea facilioris sunt curationis tempore vernali, quam autumnali vel brumali; aer enim subtilioribus partculis lucidis & elasticis instructus tunc temporis motum intestinum sanguinis auget, spiritibus materiam ubiorem prabet & transpirationem magis promovet, quam hyeme, ubi omnia constipa-

ta sunt, motu partium fluidarum a centro ad circumferentiam labascente. Sic quoque febres tertianæ & omnes intermittentes citius curantur tempore verno & sub principio æstatis, quam autumno vel hyeme.

29. Deinde circa evacuationes observandum quoque est anni tempus. In morbis chronicis purgatio fiat vere, cui succedit autumnus, eo quod his temporibus peculiarem magis patiantur humoris coctionem, & a se invicem fecernibiles magis sint, quam hyeme: æstate vero sanguinis massam jam in motu existentem dissolvant & fundant. Quidam in initio veris, quidam in fine purgandi sunt, seu mense Mayo; quandoquidem pro varietate humoris peccantis, vitæ generis & subjectorum, omnibus eodem tempore haud convenit evacuatio, i. e. qui humoribus crassis scatent, in principio veris purgantur, antequam hidiliquescant & morbos pariant; quibus vero biliosi & tenues contigerunt humoris, in fine veris purgationem commode ferunt, ne succedente æstate commoveantur. Vomitoria aptius dantur vere & æstate, ubi agiliores sunt humores quam hyeme. Purgantia autem & maxime vehementia in nimio solis æstu vianda sunt: sic quoque V. S. magis tempore verno & ante æquinoctia quam circa solstitia & media æstate conductit. HIPPOCR. ipse S. 4. aphor. 4. æstate vero hyeme natus potius evacuare jubet. Salivatio mercurialis vere longe felicius instituitur ad curandam luem venereum, quam si nimius adest solis æstus & frigus intensissimum.

30. Observandum quoque est a medico ratione applicationis medicamentorum tempus diei, sic v. g. tempore matutino melius assumuntur vomitoria, quam tempore vespertino aut post meridiem: it. medicamenta stomachica melius operantur, quando ventriculus vacuus est, quam si cibi est repletus. Mane ruditur quoque vena melius, non tamen, nisi ob vires tunc temporis a perfecta digestione, item a somno refocillatas & magis vigentes, ita ut hoc diei tem-

tempus videatur correspondere verno. Opiata autem & quæ somnum producent, melius circa tempus nocturnum adhibentur, quod valet etiam de illis remediis, quæ pituitosorum humorum distillationi velificantur, quoniam circa noctem gravior & compressior atmosphera transpirationem retardat & pituitosorum in corpore humores accumulat; quare etiam omnes catarrhales morbi circa tempus somni exacerbationes suas habent. Idem tenendum circa acidulas, martialia, quæ semper sub auroram felicius operationes suas exerunt, quam si natura jam cibis est fatigata. Diuretica itidem mane exhibeantur, ne si ventriculus nimium repletus, eorum vis obtundatur, aut si diuretica fortiora fuerint, crudiora alimenta quoque simul moveant. Diaphoretica mane & vesperi commode dantur, hisce enim temporibus sudor facilis promanat, nec ventriculi coctio turbatur. Nec statim ab assumto medicamine ad sudorem urgendum corpus est, sed ad minimum elapso horulæ spatio post, cum sudoriferum massam humorum subiit, illamque exagitavit, alias aut nullus, aut notabiliter enervans prodit sudor. Vomitoria, quarta vel quinta hora ante paroxysmum data cum salib. duplicat, antifebrilib. profunt: contra vero sibi horio vel ultima hora ante paroxysmum vomitorium exhibeamus, sape exasperamus paroxysmum.

31. Lunæ, quæ humorum dicitur domina, positiones & phases attendendæ quoque veniunt a medico, & quemadmodum illa pro diversitate situs varias vicissitudines & mutabilitates, ratione tempestatum, in macrocosmo facit; itemque ratione vegetabilium accretionis: sic quoque in microcosmo idem experiri licet. Docent id dies decretoriū critici, qui plenumque circa lunæ mutationē accedunt, item paroxysmi epileptici, qui saepe statua sua tempora circa lunæ mutations habent: Morbi ex nervis obstrutis, item ex decubitu pituitosorum humorum natii, vel ex glandulis tumefactis & obstrutis proficiscentes circa plenam lunam niplarimum incrementa sumunt, horum

vero imminutio fit sub lunæ decremento. Quantum porro luna efficiat, luculenter apparet ex sanguinis fluxu, quæ foeminis omni mensium spatio contingere solet, quique accurate suos servat ritmos, & quæ v.g. purgari solent circa novilunium, illis semper circa idem tempus recurrit fluxus & contra. Struæ, scrophulæ & pedum tumores majores semper circa augmentum lunæ fiunt; decrecente vero luna decrescunt. Unde optime illi regunt, qui in cuiusvis ætatis subiecto lunæ decrementum eligunt, si per inferiore evanquandum fuerit. Ut ut enim in augmentatione lunæ facilior videatur purgatio, quod humores tunc copiosiores magis existant; adeo tamen tuta non est, ne ad aliquod corporis membrum illi cum impetu ruant.

32. Ultimo tandem circa diætam & victimæ agrorum quedam annotanda erunt, nam victimus ratio præscribenda etiam est ex morborum temporibus, secundum omnem saniorum practicorum sententiam. In acutarum initio debilis quodammodo esse debet, in incremento lenior, in statu tenuissimus. Bene dicit Fernelius in Libr. I. methodi medendi p.28. Cum sevissima symptomata vigent & natura in morbis coctione tota incumbit, alio avertenda non est, neque plenioris cibi coctione distrahenda. Et quo brevior futurus est morbus, eo victimus tenuior pro cuiusque temporis conditione imperandus, quo vero longior, eo minus tenuis. Et cum plerique morbi, maxime febres certis horis concidentur vehementius & exasperentur, horum quoque noctantum in medendo, sed in aliendo summa habenda est ratio; verissime enim inquit HIPPOCR. Aphor. 2. lib. I. In accessionibus cibo abstinere oportet, nam illum adhibere noxiū. Natura enim cibi coctione avocatur a morbo, a causæ morbiifica coctione. Sic observatum sepius in acutis & malignis est, jucunda alimentosa & substantifaca, nondum satis morbi vilabefactata, noxia fuisse, naturamque vietam, & mortuos fuisse & gros: hinc magis vel in decessione vel in declinatione morborum cibus adhibendus est.

DIS.

DISSERTATIO IV.

DE PRUDENTI MEDICAMENTORUM CONTINUATIONE.

§. I.

Vera medendi ægritudinibus humani corporis methodus uti maxime in eo consistit, ut ex adcurate descripta & pleniori morbi historia causas morbi, ex quibus ortum duxit, per scrutetur medicus, postea iis tollendis apta remedia inveniat eaque convenienti tempore, proportione & ordine adipicere sciat; ita sagacis & periti medentis officium in eo omni versatur, ut pauca & selecta, usu longo cognita & præstantia medicamenta in familiari habeat usum, neque facile ea mutet, sed tempore, si opus est, satis longo & probe continuato iis utatur. Et profecto quando medicus, quamdiu cum convenienti & accommodato medicamento continuandum sit, recte didicit, optimus & præstantissimus artifex habendus est. Sæpiissime contingere vidimus, ut ex probe pensata & perspecta morbi historia, quæ adhibenda sint ad mōrbum tollendum remedia, medicus cognoverit; sed ramen ipse nescius, quam diu usus eorum continuandus, sine exoptato plane frustratus est. In præsenti igitur, solidis non minus rationum momentis, quam selectioribus observationibus demonstratum dabimus, quam utile & necessarium sit, modum & tempus, per quod aptum remedium producendum sit, rite cognoscere.

2. Vulgaris & maxime detestandus mos est artem exercentium, ut, ad ægrum vocati, si minus statim singularem a medicamentis exhibitis effectum percipiunt, mox mutent remedia, & quasi per saltus, ex quatuor mundi angulis, uti loquitur WALDSCHMIDIIUS in Inst. ration. p. 134, remedias ibi invicem contraria accersant, non absque magno & sonico ægrotantium

danno, quos, si quid aliud, certe talis medicamentorum varietas deprimit atque pessundat. Ipse SENECA Epist. II. Nil aq[ue], inquit, sanitatem ægrotantium impedit, quam remediorum crebra mutatio. Etenim diversæ activitatis, a diversa textura particularum, ratione figuræ, magnitudinis & motus variarum dependentis, medicamina, non semper principia custodiunt sanguinis mixturæ & motibus vitalibus congrua, sed frequentissime excessivis qualitatibus & virtutibus instructa, hinc nisi recte opponantur causæ morbificæ, contrarias potius, irregulares & anomalas in machina nostra luscitant motiones, benignum morbum in malignum non raro convertendo, ut hac ratione plus officiant ægrotis, quam pro sint tales medici. Frequentius etiam per experientiam constitutæ, ægros tali modo tractatos, cum sauitate redire in gratiam non potuisse, nisi leposito, quibus magis pessundata ac impedita haec tenus natura fuerat, remediorum sibi invicem contrariantium usum, quæ deinde ultro ac sponte majores vires recuperans causæ morbificæ mitiganda vel expellenda maxime fuit idonea.

3. Præterea, hac remediorum varietas, ignorantiam medici designat & palam facit certissimam: si enim morbi causam, quæ non diversimoda, sed unica, sapienter est, viresque medicamentorum probe pernosceret medicus, non tam fluctuaret in ipsorum usu, sed multo magis judicio practico, recta ratione & experientia suffulto, quod raro fallit, innixus, in circumspecta horum continuatione perseveraret atque persistaret. Hinc non minus eleganter, quam vere, VERULAMIIUS: Varietas, inquit, remediorum ignorantie filia est. Præstat itaque omnia remedia nosse, sed paucis, selectis & rite cognitis uti. Pulchra sunt, quæ hanc in rem scribit WEDELIUS de Medic. Facult. cognosc. & applic. Res se habet hæc, inquit, instat amicorum: Magis astimamus unum vel alterum amicum, quam centum notos, multi etiam amicitiam offerunt, pauci merentur Ita

Ita etiam curiose selectum & expertum medicamentum reliquis omnibus preferendum est: qui omnes habet amicos, neutrum habet: qui omnia novit, neutrum novit. Verum pace tanti viri dixerim, nec remediorum, etiam optimorum, delectum sufficere, sed multum adhuc interesse, ut noscat medicus iis recte uti, i.e. sciat, qua dosi medicamentum suum offerendum; quandom sit continuandum, & quando ab hujus usu desistendum. In hisce maxime felicis curationis cardo & arcanum vertitur, & medicamentum tali modo administratum, merito manus Dei auxiliatrix; perverse vero exhibitum, gladius in manu furioso jure appellatur.

4. Neque priscis medicis remediorum per longam temporis seriem continuatum in curatione morborum usum ignoratum, sed summopere potius commendatum fuisse, insignis præter alia locus apud COEL. AURELIANUM, antiquissimum & optimum historiam morborum scriptorem, indicat, qui Libr. de passionibus chronicis V. cap. II. p. 562. exstat, ubi annalium medicamentorum, quæ continuo anno in arthriticis passionibus adhibenda sunt, meminit, egregiam in fine adjiciens observationem & judicium SORANI: Non probandam esse diuturnam medicaminis in omnibus morbis sumptionem, quia nonnulli ex jugi medicamine poto in celeres vel acutas incederunt passiones, alii apoplectici, alii pneumonici interierunt, quidam continua difficultate spiritus affecti fuerunt. Sed haec cuncta utique de remedii validis magna corporis nostri tum solidum fluida alterandi potentia instructiis valent, neiquam vero de iis, que per epicrasin leniter operantur, intelligenda sunt. Idem laudatissimus Auctor eodem loco haec habet: In articulorum passione usus adhibendus aquarum, tum calidarum, tum frigidarum, ut sunt in Italia Albuleg & Cotilie, sed earum affectuanda repetitio. Quæ verba quum nos ad verum & efficacem thermarum & acidularum usum in rebellibus morbis sanandis perducant, hunc ipsum exem-

plis rationibusque confirmare, haud erit inutile. Ita primo omnium occurrit egregia observatio de largissimo thermarum usu, quam nobis Decuria II. anni I. Ephem. N. C. subministrat: Reverendus pater, multis ventris tormentibus & compressionibus pectoris vexatus, suauem quorundam ad thermas Carolinas se contulit, sicut tum annorum XLVII. & bibere coepit thermales aquas in tanta copia, ut fidem superasse videatur: bibebat nempe LXIV. diebus 26089. sextarios, sextarius autem unus erat unc. XII. Et addit, si citius discessisset, & humores commoti non expurgari fuissent, in pejorem corporis statum incidisset, & omnia media adhibita in cassum abiissent. Ab eo tempore euratus egregie fuit, & ter quaterque in anno thermas istas invisit, sex septimanarum spatio inibi commoratus. Eadem observatio meminit Baronis cuiusdam podagræ tormentibus vexati, qui quovis anni tempore, in media etiam hyeme has thermas frequenter, pedes dolentes calide immisit aque, egregio cum levamine, bibens subinde calidæ immensam quantitatem, ad urceos quandoque XV. vel fistulum ad potum usitatorum a ducentis ad quinginta. Regulae vero instar sit Medicis, qui has aquas assumendas alis suadent, ut perpendendo corporis constitutionem judicent, num hoc ipsum tantæ aquarum quantitatæ perferendæ aptum sit atque idoneum, præsertim cum acidularum thermarumque usus viscera sana, robusta, non inflammativa aut scirrhosa, imprimis autem robur ventriculi exponat. Permittentia igitur & prohibentia inter se probe sunt conferenda & prudenter expendenda.

5. Sed rationem tam mirabilis aquarum salubrium effectus inquirentes facile perspicimus, nec soli aquæ, nec mineralibus, aut salibus in ea contentis tantam sanandi inesse vim & efficaciam, sed quicquid ad agrotantes exinde redundat commodi, id potius multo & per multas hebdomadas dilato harum aquarum usui esse tribendum: Neque deest ratio: Quum enim aqua particu-

larum lubricitate & mobilitate omnis facile figuræ poros subeat, alcali suo, quod foveat, acidum vitiosum temperet, sanguinique humidas partes restituat, non mirum est, quod magna in copia hausta viscerum infarctus eluendo, visceralaque & glutinosa vasorum obstracula promissime dissolvendo, tanta præstet, quanta alia, licet potentiora remedia efficere haud valeant, utpote quæ in parva dosi adsumita, partim in primis viis infringuntur, partim ad massam sanguinis delata ita immutantur, ut integris viribus ad locum adfectum penetrae vix queant.

6. Lac, asinum præsertim & lactiferum, quod adversus insultum arthriticum, phthisin & atrophiam, si ab acrimonia lymphæ originem ducunt, præstantissimum afferat remedium, CELSI lib. IV. cap. XXIV. & PLINII lib. XXVIII. cap. IX. testimonis atque elegi firmum est ratumve. Omne vero quod præstat, præstat autem eximum, continuato, ut verissime scribit PECHLINUS, Observ. XXIII. efficit usum, quo nempe, per iteratas circulationes, salis arthritis aculei, instar aliorum salium, quæ sèpius calcinata sèpiusve lota spicula lna amittunt, obtundantur & separato per alcum aut renes tartareo fermento, velut positis reduviis, novus recollusque sanguis emergat. At, recte subjungit, hanc ego curam hoc absolutorem fore confido, quod laetus usus est diutinior & diata in cæteris morofior. Verum cum deficiant statim ad prima experimenta delicatuli nostri, nec lactis usum cum decenti diata, quæ tamen hic omne fert punctum, continent, mirum non est, si desiderato effectu frustrati ægri sunt, fuerunt, erunt. Nee tamen omitendum arbitror, magna circa hoc remedium, in primis ratione subjectorum aut individuorum, opus esse cautione, in quibus medicus probe attendat, num ventriculus & primæ viæ, ipsaque vita ratio tale remedium permittant aut prohibeant. Merito enim, consensu peritissimorum medicorum, abstinemus a lacte, quando acore & coagulo prima

regio obsessa, ventriculi adeat debilitas & morbi magis ex exsuperantia, quam defectu humorum videntur enati.

7. Lignorum & radicum appropriatarum decocta ex aqua, decenter usurpata, in rebellibus chronicis affectibus, qui a lenta, viscida pituita, viscera & minimos tubulos infarciente nascuntur, cuius generis sunt cachexia scorbutica & lues gallica, vincendis & expugnandis mirabilem certe effectum prætant, sed tota encheirens & artificium, ut longiore usu & largiori in quantitate adsumantur, consilisit. Quod si non observatur, parum proficient. Species vero, quæ in hæc decocta recipiuntur, præstantissimæ sunt: guajacum & ejus cortex, lignum aloes, sassafras cum cortice, radix chinæ, sarsaparilla, eichor, pimpinellæ ex quibus aqua per coctionem subtile acre & resinosum, ex quibus constant, elementum extrahit & imbibit, quod cum aquo sufficienti vehiculo in massam sanguinis delatum lentes & glutinosos humores hinc inde in tubulosa partium substantia stagnantes potenter fundendo & resolvendo per corporis emunctoria, in primis per subcutaneum cribrum sub forma madoris vel sudoris expellit. Conveniens autem hujus ad sanguinem depurandum efficacissimi remedii modus utendi hic est: duplex nimirum ex dictis ingredientibus parandum est decoctum, alterum valde saturatum & potentius, alterum magis temperatum & uberiori aquæ quantitate dilutum. Illo semel vel bis de die debita quantitate sumto cum regimine sudor est elicendus, temperatum vero loco potus ordinarii liberaliter intra & extra cibum hauriendum est. Hac cura cum exacta viæ ratione per sex vel septem hebdomadas usurpata atroces dolores scorbuticos, efflorescentias & tumores in cute pessimi moris, item exulcerationes, quæ ex lue vel Gallica vel scorbutica suboriantur, aliosque graves affectus, longe felicius & securius sublatos vidimus, ac si minus tuta & suspecta mercuriali salivatione fuissent tractati.

8. Herbarum pro genio morbi accommoda-

medatarum infusa ex aqua calida, longiori tempore & majori quantitate exhibita, tantam profecto tum in avertendis, tum in sanandis, contumacibus etiam & longis morbis, ostendunt efficaciam, quæ ab aliis magnifica alias famæ & ex regno minerali petitis remedii exspectari non potest. Et utut non negandum sit, appropriato, quod infunditur, vegetabili e. g. veronica, hyslopio & marrubio in pectoris passionibus, melissæ, betonicæ, salviae in capititis morbis, floribus tiliæ, primulæ veris, in nervorum affectibus, semini scenicali & rad. valerianæ in oculorum vitiis, summitatibus millefol. in calculo, herba fumaria & scordii in scabie & impunitatibus cutis, arnicæ in stashi sanguinis a vehementi contusione producta, multum efficacia tribui posse; nihilominus ratiem, si velimus eloqui, quod res est, maximam auxilii & allevamenti partem largiori aquæ elidæ potui in acceptis referendam esse, jure meritoque censendum est. Siquidem subtile, aqueum, calide in copia sumtum & particulis medicinalibus imbutum fluidum per intima corporis minimosque tubulos transiens, humores lento, viscidos dissolvendo, stagnationes & obstructiones, quæ fœcunda morborum genitrices sunt, removet falsosque & acres fluores inde dilatos ac temperatos tum per renale, tum per subcutaneum cribrum evacuat: qua ratione magnis omnino morbis præsidio & auxilio est.

9. Ego quidem sancte affirmare possum, quod gravia oculorum vicia, epiphoram, cataractam spuriam, ophthalmiam quoque, solo herba veronica & seminis scenicali, infuso calido inter initia largissime ad octo vel decem libras quotidie hausto ad miraculum usque intra aliquot dies profligaverira: ita in psora quoque & scabie, quæ maligni quidpiam videbatur recondere, infuso herba veron. & rad. glyzyrrh. diluto quotidie ad aliquot mensuras exhibito, præmissis pilulis ex extracto fumariae, rhabarbari & mercurio dulci concinnatis, tantum profeci, ut vix quispiam ab

aliis heroicis in his morbis alias consuetis remedii intra aliquot mensium spatium meliorem sibi effectum potuisset polliceri.

10. Neque in chronicis tantum passionibus, sed etiam in acutis magnum & præsidium & auxilium in diutius continuato remediorum, præfertim liquidorum, usu reponendum esse exercitatis medicis est compertissimum. Nam acutæ febres, inflammatoriae & sic dictæ causæ, quæ ex commota nimis bile oriuntur, vel quæ pleuritidi veræ ac peripneumoniae junguntur, vel variolis & morbillis superveniunt, vix per alia remediorum genera, sive diaphoretica, sive bezoardica, levaminis quidpiam recipiant, aut perfecte sanantur, nisi ptisanæ ex mundo hordeo, rasura C. C. rad. graminis & scorzonerae. bene præparatae largior & sæpe repetitus usus accesserit, cuius beneficio humorum peccantium acrimonia & visciditas corrigitur, stases, quæ inflammations cident, solvantur & totus humorum motus ad corporis peripheriam, ut melior procedat transpiratio, convertitur.

11. At vero, benigna & leniora remedia magna in quantitate & repetitio vicibus in usum trahi posse, haud quidquam superest dubii, sed alia adhuc incidit quæstio: num etiam medicamentorum validiorum, ut sunt emetica & purgantia, repetitus in morbis usus salutaris esse possit ac debeat. Utut vero rariora sint exempla, ubi frequens emeticæ usus indicetur; non tamen desunt, sed in ampliori praxi omnino occurunt morbi, ad quos in prima herba extirpandos sagax peritulque medicus iis ab initio commode sæpius uti possit. Et scire licet, quod, uti emetica & purgantia tum tutiora, tum selectiora in sanandis morbis circumspactus medicus frequenti in usu habere debet, ita maxime hoc opus sit, ubi sæpius iterumque illa ipsa sunt propinanda. Quum vero nostris temporibus præter radicem Ipecacuanæ tartarumque emeticum, in forma præcipue liquida sumtum, aliud, quod majori efficacia

& securitate se commendet remedium
vix detur præstantius; his binis medi-
caminibus optimo cum successu in variis
morborum generibus, non una, sed ite-
ratis vicibus usus sum.

12. Ita, exemplo sit, in dysenteria
ante decem abhinc annos hic loci & in
comitatu Mansfeldensi graviter grassan-
te, a Nobilibus quibusdam ego in con-
silio vocatus id potissimum omnibus
viribus laboravi, ut inter initia protinus
gravi morbo occurreretur. Qui vero,
quum a valde acri, corrosiva, viscida,
firmiterque duodeni ploris inhærente bi-
le præcipuum causam duceret & origi-
nem, primum ordinavi aliquot pulveris
absorbentis doses, quibus postea usum
pulveris Ipecacuanæ ad scrupul. unum
vel drachm. dirid. subjunxi, superbib-
bendo lac calidum aqua dilutum, vel
juseulum avenaceum, qua ratione dein
faciles muci viscidæ ex atro nonnunquam
viridescentes sequebantur vomitus. Po-
stremo, accessit quoque ex oleo amygd.
dulcium cum aqua mentha spirituosa &
aliquot guttulis laudani opati Sydenha-
mi parata porio. Quibus medicamentis
postero tertio die iteratis, mox una
cum omnibus symptomatibus sat diris &
dejectione per alvum sanguinea, teter
morus quievit. Alio tempore eundem
gravem morbum divina adjutus gratia
sequenti methodo oppugnavi: Primo
dedi rhabarbarum ad scrupul. duos cum
guttulis VIII. olei nucis moschatae ex-
pressi, itemque loco rhabarbari pilulas
XV. Becherianas in lacte solutas propi-
navi. Circa vesperam vero guttas XL.
essent. cascarillæ aquosæ, probe satura-
tæ adhibui, quibus, interposito pro po-
tu decocto C. C. cum lacte permixto,
per quatuor vel quinque & ultra dies
continuavi.

13. Ex intermittentibus febribus per-
peram & nimis fessinanter chinæ chinæ
cortice suppressis vel pejores recidivas,
vel lentas febres subnasci, non novum
nee insolitus est, ad quas inter initia
statim extirpandas hac methodo felicis-
sime usus sum: Dedi videlicet die inter-
calari tartari emeticæ grana II. in unc. 1.

aqua menthae soluta, idque repetiti ali-
quot vicibus. Postea vel elixirum no-
strum viscerale, vel aliud stomachicum
cum eff. cascarillæ anatica portione re-
mixtum porrexì sicque febrem feliciter
discussi. Simili fere nec multum distanti
ratione intermittentum, tam tertianæ,
quam quartanæ contumaciam electuario
quodam ex Cort. Chin. rhabarb. mercur.
dulci & rob Juniperi conflato, per inte-
gram & ultra septimanam dato non sine
felici successu debellare molitus sum:
nam, somitem harum febrium bilem
degenerem, viscidam, primis viis ma-
ximeque duodeni tunicis firmiter impa-
ctam præcipuum causam esse, recte ju-
dicavi, idque potissimum ex eo, quod
ex præcedente voracitate & transpira-
tione prohibita, accende simul iracu-
diæ affectu ejusmodi febres oriri frequen-
ti observatione animadverterinti.

14. Ex eorum remediorum numero,
quæ repetitis vicibus usurpari & conti-
nuari debent, quando faustus ab ipsis
sperandus est effectus, præcipuum fere
locum sibi vendicant sic dicta diapnoïca,
sive diaphoretica, quæ excretionem cu-
ticularem, omnium saluberrimam pro-
movendi insigni facultate prædicta totam
fluidorum massam ab alienis, excremen-
tiis & superfluis sordibus quam optime
liberant; qua ratione sola saepius natu-
ra, nulla peculiari arti adjuta graves
periculique plenas passiones perlanat.
Utut vero & varia & plura sint, quæ
hoc nomine in medicorum scriptis & ubi
de materia medica agitur, celebrantur;
peritus tamen & rationalis medicus tan-
tummodo & meliora & securiora ex tan-
ta remediorum sylva feligere debet,
quare per paucis commemorare volu-
mus, quæ se nobis præstantissimo usu
per multis annos comprobarent.

15. Quam oprime autem vel in liqui-
da vel in sicca possunt distingui. Ex illo-
rum numero famigeratissima mixtura
simplex bene præparata, nec, ut pessi-
mo more fit, destillata, acerum theria-
cale vel bezoardicum, aqua theriacalis,
spiritus noster anodynus, si ejus tres
partes cum una spiritus C. C. vel eboris
benc

bene parati parte miscentur, liquor C. C. succinatus, ess. pimpinellæ & scordii probe saturata optime se commendant. Inter hæc vero, quæ sub sicca forma assumta præ aliis efficaciam suam usque eo ostenderunt, pulveres sic dicti diaphoretici & bezoardici referendi sunt, qui ex antimonio diaphoretico, sive melius cerussa antimonii, C. C. usq; vel philosophos preparato, unicornu fossili, cancerorum lapidibus, succino, cinnabari, flor. sulphuris, conficiuntur, addito pro re nata, ad augendam energiam, radice contrajervæ, vel pauxillo camphoræ. Possunt hi pulveres cum aquis identidem diapnoica virtute splendentibus, Card. bened. galegæ, scordii, rad. scorzoneæ, florum sambuci exhiberi & sufficiunt omnino ad scopum, quem nobis præfigimus, salutarem obtinendum, ita ut pretiosioribus, qualia sunt pulvis Anglicanus, Sennerti, vel lapis bezardicus, prorsus non opus habeamus.

16. Hæc lenissima in febribus acutis, malignis, exanthematicis omne fere in medendo absolvunt punctum. Sed opus est, ut moderata, saepius autem repetita dosi, imo singulis tribus vel IV. horis propinentur & per totum morbi decursum ipsorum usus continetur, si modo potus congruus in sufficienti quantitate fuerit interpositus. Ego quidem bona fide confirmare possum, quod simplici & lenissima hac methodo, constanter eidem insistendo, omnis generis acutas vel benignæ, vel malignæ, aut anomala indolis febres, cum exanthematicis quoque junctas, felicissimo cum successu, divina adjuvante gratia propulsaverim.

17. Ex iis vero affectibus, qui ob ingenis in mora periculum præsentissimum postulant auxilium & remediorum cessationem respuant, præcipiunt inflammatiōnes externarum partium graviores, ubi sphacelosa corruptio pertimescenda, vel jam præsens est. Omnis spes salutis ejusmodi in casibus in efficioribus remediis, quorum ope corruptio avertatur, præcipue autem in celeri auxilio, quin in temporis momenta &

opportunitate reposita est. Qua occasione præterlapsa, actum omnino de salute & vita hominis est. Ex magno vero illorum numero, quæ ad robur solidorum desperatum instaurandum, neque minus ad humores in putredinem pronos discutiendos celebrantur, mea quidem experientia, omnium optima & præstantissima comperi cataplasmata, quæ ex generoso vino, aqua calcis vivæ, radice angelicæ, levisticæ, herba rutæ, scordii, flor. sambuci per lenem coctionem parantur, addita in fine convenienti spiritus vini camphorati portione vel balsami nostri vitæ. Quorum applicatio citra temporis cessationem pernecessaria & quavis tertia, vel quarta hora iteranda. Opus præterea est, ut interno alexipharmaco labascenti naturæ celeriter succurramus, quod ego subinde sequenti mixtura egregie praefisi. Cum libra nempe vini generosi Rhenani medica theriacæ Andromachi & lapidum cancerorum drachmas duas anatica portione admixtas exhibui, idque singulis quatuor hioris iterandum suasi: quibus paucis, sed generosioribus remedis ex mortis fauibus plures eruptos novi.

18. Si ullus morbus rebellis & refractorius est, qui medentibus multum facit negotii & medicamentorum eludit effectum, certe est iues illa, quæ ab inquinamento venereo natales dicit suos, cuiusque vehementia tanta est, ut non modo naturalem sanguinis & humorum, præcipue vero fluidi cerebri & nervorum, subtilissimi, naturalem & benignam crasin plane pervertat, sed & solidorum structuram ac compaginem ita laedat & labefactet, ut in foedam putredinem & corruptionem abeant, adeo ut sunt verba SYDENHAMII, ulceribus, carie. & dolore inde exacerbatis per vices membra pereant. Ut itaque subtile hoc ac corrosiva indolis virus, tantorum malorum causa, cito medicamentis efficacibus e corpore eliminetur, periti a sagacis medici præcipua cura ac intentio esse debet. Verum ad hunc scopum feliciter obtinendum, neutquam blandi ac leniora, vulgo sic dicta Galenica re-

media quadrare, sed generosiora, valentiora & ex minerali regno potissimum petita requiri, certa & infallibili experientia iis, qui hisce malis avertendis invigilant, compertissimum est. Neque nostro tempore ignotum esse potest, ad atrotem hunc morbum extirpandum, ipso argento vivo & medicamentis ex eo rite paratis vix certius aut efficacius remedium dari.

19. At vero, quum medicamentorum, quæ ex argento vivo parantur, ea sit natura & specifica fere facultas, ut in glandulas & lymphaticos salivales ductus fortiter agendo lymphæ motum mirum in modum augeant & ingentem salivalis laticis profusionem excitent, idque non sine magno incommodo, nec levi virium detimento efficiant; hinc multo abhinc tempore & circumspeti & sagaces Chymiatri non sine ratione in eo desudarunt magnoque labore occupati fuerunt, ut ex argento vivo ejusmodi conficerent remedia, quæ quidem gravi huic morbo eradicando sufficient, siue magna tamen virium jactura & detimento corpori inferendo secure possint exhiberi. Sed nimis longum foret, has præparations artificiose hoc fine excogitatas hoc loco recensere omnes; nihilominus illud silentio non præterire oportet, mercurium bene purificatum & cum puro auro decenti modo amalgamatum certaque encheiresi per longiorrem digestiōnem & cæmentationem fixatum draſtica sua vehementerque salivam movente virtute multum spoliari & potius virtutem sudoriferam & potenter resolventem induere. Qua de re olim fuisus aetum est in *dissert.* quæ agit de medicamentis mercurialibus, quæ sine salivatione operantur. Quibus vero encheiresi ejusmodi medicamentum præparandi non suppetit, iis loco hujus faciliem ac tutissimam mercurii sic dicti dulcis recte & cum euphoria usurpandi methodum in præsenti proponere non dubitavimus.

20. Consistit autem ea ipsa in ratione habenda cautionum, quæ sequuntur: Primo sciendum est, mercurium probe

edulcoratum & a spiculis corrosivis, quod optime fit per lenem coctionem cum aqua, liberatum in usum ducendum esse. Deinde ille ipse neutiquam largiori dosi, ut vulgaris eaque pessima est consuetudo, ad scrupulum vel ultra, sed valde moderata dosi ad IV, vel V. grana, per aliquot dies continuando exhiberi debet. Id quod longe succedit melius, si cum VI. vel VIII. granis pulveris cuiusdam absorbentis, ut sunt cancerorum lapides, aut conchæ præparatæ misceatur. Tum cavendum, ne usurpetur prius, nisi corpore bene præparato & per sic dicta universalia probe disposito, ita tamen, ut ad unum quandoque alterumve granum, si fluxus salivalis minus recte procedat, dosis augeatur. Qua methodo si per X. aut XIV. dies propinetur, tum in gallica lue, tum in foedis faucium, nali pedumque manantibus ulceribus, atroci cephalæ noctu potissimum infestante, scabie ferina vel ab hac retro-pulsa ortis acribus ad oculos defluxionibus, aut glandularum in collo tumoribus sub blando ptyalismo per aliquot saepius hebdomas durante mirabilem edit operationem. Ad alvum aperientiam interponere per aliquot dies expediet ex Manna & Rhabarbaro conflatum blande laxans. Nec prætereundum arbitror, sub tali salivationis cura maxime omnium diætæ regiminis que rationem esse habendam. Injungendum itaque est, ut, quum hoc remedio utuntur ægrotantes, sub moderato calore cibum mollem & modicum, pro potu vero decoctum Saraparillæ & radicis Glyzyrrhizæ, item rasuræ C. C. adsumant & ab omni, sub coelo præsertim intempestuoso ac frigido, refrigeratione, nec non a cibis salinis & acribus plane se se abstineant.

21. Ad mercurialium medicamentorum familiam jure quoque pertinent cinnabarina, quæ ex argenti vivi & pari sulphuris, quæ hoc minerale fluidum ligandi, figendi & eleganti rubicundo colore tingendi facultate pollet, decenti

ri mixtura & præparatione conficiuntur. Inter hæc vero potissimum cinnabaris nativa , per rectificationem sublimata , cinnabaris antimonii & vulgaris , quo pictores utuntur , medicinali usu eminent . Et quamvis diversa videatur ingredientium in præparatione natura , in usu tamen & efficacia omnino ipsa conspirare , peritioribus medicis perspectum jamdudum est atque cognitum , adeo ut , quamcumque in usum recipere libuerit , tutissime id fiat . Medicamenta euidem hæc salivandi efficacia sunt spoliata , ut lui venereæ sanandæ vix sufficiant , attamen ob virtutem lymphæ stagnantis & corruptæ viscositates mucidas nervosis partibus & tubulis inhærentes insigniter dissolvendi , gravissimis morbis , si accommodato usurpantur tempore , non sine successu medentur felicissimo . Quorum medicamentorum efficacia jam ante quadragesinta annos in Adnotat : in Poterium p. 574. mentionem feci his verbis : *Præsentissimam opem ferunt in epilepsia , vertigine , affectibus capitis , qui a sero vel sanguine extravasato ortum ducunt , cinnabarina , quem egregie resolvunt ; sed , quod bene notandum , in majori & sapientia repetita deſi . Aliquoties felicissimo eum successu , epilepsiam , ex gravissima capitis contusione , ortam expugnavi cinnabarinis , offerendo pro una dosi semper scrup. i. cum aqua cephalica , bis de die , continuando per decem usque dies , sola saltim adhibita cucupha , ex caryophyll. aromaticis , cubeb. & cardamom.*

22. Maxime vero omnium Clauſthali , Silva Hercinæ oppido , metalli fodi- nis celebri , curatio isthæ cinnabarina , in epilepsia & convulsionibus truculentissi- mis metallurgorum , ex plagiis capitis , quæ infausto lapsu in fodiinis saepe contingunt acerbissimæ , multis præſens tulit au- xilium , & hinc miraculi instar passim ce- lebratur . Similem effectum cinnabaris ſupra determinata dosi exhibita , præſtitit in curatione viri sexagenarii Halber- stadiensis , qui post gravissimam capitis contusionem , per X. dies mutus , & plus quam tricies de die paroxysmo epilepti-

co convulsus , sine omni rationis usu ja- cuit ; ſola tamen cinnabari , eaque ad ſcrup. unum ſingulis diebus ter adſumta decem continuos dies , ſine ullis aliis medica- mentis , ita reſtitutus in pristinam sanita- tem eſt , ut ad hunc usque diem vivat in- columis . Præſentissimam medel im , quam ita exhibita cinnabaris , vertigine caduca laborantibus aliquoties præſtitit , propter ea pluribus non comitemoro , ut ne ni- mius videar in cinnabaris encomiis : quæ doſibus ſufficientibus iisque pro re nata repetitis , propinata in calibus congruis , ſua nunquam deſtituet effacia . Hac tamen occaſione non poſſum non poriſ- matis loco ſubjungere , plurimorum timi- ditate præpoſtera , præcipue in determi- nadis medicamentorum doſibus fieri , ut morborum chronicorum pertinacia adeo raro devincatur medicamentorum effi- cacia , quæ quidem adeo parce datis ut pluri- muſ nulla eſt , ſed potius obtundatur & defatigetur exſpectatione artificiosa & blandimenti artificios .

23. Uti vero cinnabaris , non niſi larga manu & doſibus ſaepè repetitis exhibita , ſuam præstat efficaciam , ita hanc , ita ſub mole , ferunt nonniſi ii , quibus primarum viarum robur ſatis conſtat : etenim ſi aton- ia vel flacciditate languent ventriculi & intestinorum fibræ , adeoque periftal- ticus motus ſit immunitus , accumulata cinnabaris , & lateribus harum partium , accedente muco , adhærens , preſſione gra- vat insigniter . Præterea cum adeo fixatus ſit mercurius ſubſtantia ſulphuris , quæ ignis vi intime reſoluta , ei arctiſſime & per minima commiſſetur , languidioris paulo eſt , ad morbos rebelles chronicos , effeſtus . Adeoque non immerito cinnabari præferri videoas medicamentum il- lud , quod extemporanea commiſſione ſulphuris cum mercurio fit , & ob coloris convenientiam ethiops mineralis dicitur . Etenim ſulphur quod ejusmodi commiſſione ſingulis mercurii globulis interſper- gitur , abaret quidem ſaliūm aciorum acceſſum ; at vero quoniam illis non ita firmiter immixtū aut colliquatum eſt , mobilitatem & penetrandi vim mercurii non adeo ligat & infringit .

24. Propterea suo merito a celeberrimis Angliae medicis, MAYERNIO, HARRISIO &c. istud medicamentum magnisit, non solum ad enecandos lumbicos, verum etiam in cachexia, scorbuto frigido, imo & lue venerea, aliisque affectibus, qui resolvendi vim mercurialium exposcunt; ubi sub minori dosi id, quod majori cinnamonis vix potest, re vera præstabit. Præsertim si ad illius confectionem adhibeatur sulphur purum & vivum, ex antris subterraneis extilans, quod populari sermone Erop-Gchmefel vocari solet; idque prius abundantie acido privetur, adeoque subtilius fiat, repetitis cum calce viva sublimationibus; quibus adeo corrigi & exaltari potest, ut per se edat effectum resolventem & sudoriferum præ communi & impuriore sulphure longe præstantiorem. Mercurio igitur probe depurato coctione ex cera & sublimatione cum multa calce viva admixtum, medicamentum constituet, efficacia revera præstantis tutissimæque.

25. Martialis hypochondriacorum & cachecticorum panacea a medicis appellari, non ignotum est. Neque minus constat, hæc ipsa, quando non ex chalybe sed ex ferro, quod majori sulphuris metallici copia pollet, recte præparata convenienti tempore, dosi, ordine exhibita fuerint, insignem opem atque auxilium dictis in morbis conferre posse. Multa quidem ex eo in chymicis libris & pharmacopeis prostant & obvia sunt adornata medicamenta, quorum quum ingens sit ratione virtutis discriben, selectu omnino quadam opus esse & ratio experientia suffulta, & prudentia postulat. Nam uti ferrum inter metalla quidem vilissimum, attamen ratione virtutis saluberrimum vires suas in corpore humano a duplice potissimum principio, ex quo compositum est, mutuatur, uno nempe sulphureo, metallico, subtilioris & activioris indolis, altero elemento magis fixiori, terreo, rudiori & adstringente, præsertim acidi accessione: ita omnia ex eo parata, quæ magis de subtiliori & sulphurea substantia, roboran-

te tonica, quam ejus fixiori & consträngenti participant & securitate & virtute, in morbis præsertim chronicis, qui ex vasorum, glandularum, nec non secretorum a crassis & viscidis humoribus infarctu & obstructione nascuntur, se commendant. Ex eorum vero numero, quæ adaperiendi & simul roborandi commendabilem virtutem possident, sunt quam maxime ea, quæ ex puro ferro cum tenuioribus ex regno vegetabili defumis acidis præparantur succis, ut sunt succus pomorum Borstorffianorum, granatorum, corticum citri, aurantiorum, berberum, quippe qui subtiliorem partem extrahunt & in sal martis tenerimum transeunt, ideoque revera iis tinturis & essentis quæ cum acido spiritu minerali, ut Salis, nitri, conficiuntur, longissime sunt præferenda.

26. Simili ratione, sola limatura ferri sine additione salium, sine reverberatione aut calcinatione, sola tantummodo irratione aquæ pluvialis, accedente solari calore & libero aeris accessu successive in tenerimum crocum redacta omnibus pulveribus & crocis, quorum abundantes in pharmacopeis pallim descriptiones existant, & tauriori & præstantiori usu longissime exsuperat. Totus vero cardo curationis in eo vere vertitur, ut in passionibus rebellibus & chronicis, præsertim cachexia hypochondriaca, icterica, vel etiam hystericæ, profliganda his remedii medicus recte uti noverit. Quare primo non expedit talem pulvrem martiale solum & seorsum exhibere sed longe consultius est cum aliis accommodatis remedii eum permiscere. Ita ego crocum nostrum cum rad. Pimpinellæ, Ari, juxta exemplar Quercetani, cum cinnamomo acuto, sale absynthii, vel etiam thermarum Carolinarum & dimidio pondere sacchari miscere ac deinde non bis vel ter in septimana, sed ad continuos XIV. dies aut tres septimanas mane cum commodo vehiculo exhibere solitus sum, exactam simul diatam & exertionem im perando.

27. Denique, quando ante hujus medica-

dicaminis usum primæ viæ convenienti purgante a faburra vitiosorum humorum deplentur , vel etiam quarto vel quinto die laxans , uti sunt passulæ rhabarbarinae , subjungitur , longe auspiciatorum inde successum exspectari posse , certa fide adseverare possum . Simili modo , si quis imbecillioris paulo est stomachi , cum liquido martiali morbi ejusmodi inveterati curationem aggredi , inconsultum non est , ita , ut cum brodio carnis , in quo radices maxime aperientes , palato non ingratæ , leniter decoctæ fuerint , singulis diebus tintinniæ martialis drachma una vel binæ supracommemorato sumantur regimine . Qua methodo si quis recte in his morbis uisciat & agrotantes , qui patientiam & obedientiam in parato habent , nactus fuerit , in mineralibus aquis , tum thermis , tum acidulis aliisque sumtuosis valde remediiorum generibus carere omnino poterit .

28. Sunt adhuc alia remedia , quorum usus sat longo tempore continuari debet , si quis ab iis exoptatum exspectare velit effectum . Quorum censemus quam maxime subeunt ea , quæ alimentorum digestione eorumque intima dissolutioni & excrementorum expulsioni promovenda inserviunt . Nam , sicut plurimæ tam capitis , quam pectoris passiones , ut sunt cephalalgia , hæmocrania , vertigo , auditus difficilis , tussis , asthma variique generis rheumatismi , in prima regione , qua ventriculum potissimum & duodenum comprehendimus , suum habent somitem atque hospitium , maximeque a vitiata diæta & virtutis digestricis imbecillitate , qua minus laudabilis in sanguinem & nutrimentum convertendus chylosus succus generari solet , sustentantur : ita recte omnino colligitur , medicamenta , stomachum sic dicta , roborantia & digestionem adjuvantia non modo dictis affectibus præservans verum etiam abigendis omnium esse aptissima .

29. At vero , hæc ipsa longe carent efficacia , nisi debita dosi debitoque tempore , ad mensem imo diuidum anni

usus eorum ante vel post cibum institutus prorogetur . Splendet autem & eminent hac virtute valde commendabili inter alia elixirum nostrum stomachicum in Notis ad Poterium descriptum , quo per longum annorum decursum in artis exercitio optimo cum successu usi sumus , neque minus elixir nostrum sic dictum Viscerale , temperate balsamicum , quod sine ullo spirituosi liquoris accessu paratum hypochondriaco malo affectis , in quibus ventriculi actio , digestio & robur , una cum toto intestinorum volume vix unquam recte habent , sive & succurrit efficacissime .

30. Quando morbi per imprudentiam perperam tractati , febres præsertim , aut immoderatae sanguinis profusiones diuturnique alvi fluxus in cachexiam hydropticam & anasarcam , quod usu sœpe evenit , vergunt atque inclinant , tum multa medicamentorum varietas & cerebra mutatio nihil prouersus ægrum juvat , ut potius corpori infensissima in pernicialem sœpius & lethalem statum eum precipitet . Sed paucis , iisque causæ morbificæ accommodatis & efficacibus remedis uti expedit , quorum tamen usum , si proficere debet , & frequentiori esse , & sufficienti tempore continuari necesse est . Inter ea vero , quæ jure certaque fide laudare ac commendare possum , non reponenda solum volo , quæ lentes , viscidos humores dissolvendi , obstructa vasa referandi tonumque solidorum relaxatum roborandi facultate pollut , sed & , quæ superficios humores per convenientia emunctoria , alvum , renes , cutim , ejiciendo corpori languentibus subveniunt .

31. Tam egregia vero virtute tamque præstanti effectu conspicua , quam maxime se mihi frequenti usu comprobant : Sal quoddam aperitivum , quod ex sale thermarum Carolinarum , vel hoc deficiente , ex sale Ebsoniensi , nitro purificato , cremore tartari & cancriorum lapidibus æquali pondere sumtis conficitur . Alterum est , massa pilularum balsamicarum , quæ ex extractis vegetabilium amaris & temperatis gum-

matibus resinoso-balsamicis, adiecta in refracta dosi aloes gummosæ portio-ne, ad imitationem Becheri componitur. Quoad modum autem utendi hisce medicamentis ita scire licet: Omni die mane drachma integra hujus salis soluta in vino cum aqua diluto, & pauxillo sacchari edulcato præbenda, defu-per bibendo aliquot pocula infusi Thee aut Coffee. Hora quarta a prandio idem ita iterandum & ante decubitum XV. grana pilularis massæ sumenda sunt, ha-bitat simul ratione rerum sex non naturalium, adjunctoque potu & grato & salubri. Pro subjecti natura & circumstantiarum ratione, quas dignoscere pru-dentis medici est, ad mensem & ultra continuari hæc cura potest, modo hoc obseruetur, quod semel interdum vel bis intra hebdomadim ab eadem æger se le abstineat. Duobus hisce medicamentis præcipuis, nec tamen omissis stomachicis, clysteribus carminativis, &c, si opus est, fortioribus purgantibus intra IV.III. vel etiam II. mensium spatium tumores cachecticos, hydropicos, cum ægerima respiratione, imo hydrocele, summaque virium jactura junctos divina ope sanatos fuisse sine gloriandi animo vere testari possum.

32. Dolorum rheumaticorum, arthriticorum & podagricorum si secura & salutaris ex voto fuscipienda est curatio, non multiplici medicamentorum appa-ratu, ex omnibus orbis angulis conquisito, opus esse, sed per pauca ac selectio-
ra causæque morbificæ tollendæ apta na-ta remedia, quæ justa proportione, or-dine & longo satis tempore adhibenda sunt, sufficere, perspicacioribus medi-cis & cognitum satis & exploratum esse arbitror. Nostra methodus est, ut, præter patientiam animique & corporis quietem ac exquisitam diatam, duo maxime, sed per longum satis spatum continuanda & repetenda hisce ægrotan-tibus commendemus, cuius generis sunt: pulveres blande diaphoretici & acrimoniæ humorum corrigentes, quæ pro ingredientibus antimonium diaphoret:
fave melius cerussam antim cancerorum

lapides, C.C. phil. præparatum, nitrum purificatum, succinum & pauxillum castorei habent & ad drachmam dimidi-
am, semel vel bis in die sumi possunt. Alterum est decoctum, ex temperatis demulcentibus & resolventibus specie-bus quod componitur, ut radice sarsa, parill. cichorei, graminis, chinæ, gly-zyrhizæ, quarum uncia cum duabus aquæ communis mensuris, quantum sufficit, decoquenda est. Hujus decocti vel frigide vel calide sumti usus mane, ac inter cibos quoque & liberior & fre-quentior est instituendus, ita ut per to-tum morbi decursum singulis diebus ali-quot mensuræ hauriri debeat.

33. Ex omnibus, qui sequiorem se-xum infestant morbis, nullus fere ma-jori molestia & longiori tempore misera-femellas vexat atque exercet, quam ipse sic dictus fluor albus, qui etiam exer-citatis medicis non parum negotii fac-sere adsolet. Is ipse enim ejus est indo-lis, ut non modo vigorem omnibus fun-ctionibus adimat, sed & insuper uteros steriles reddat. Ego caufam difficilioris sanationis morborum, qui ex uteri vi-tio proveniunt, in ejus plane peculiari strutura quarrendam esse existimo; quandoquidem pars in universo corpore nulla est, quæ tanta copia vasorum san-guiferorum eorumque innumerabi-ibus ramificationibus, quæ mirabili modo inter se convoluta & spiræ in modum contorta sunt, instructa sit, quam ipse uterus & ejus vagina. Quæ partes sicuti in gravidis mirabilem in modum expan-duntur & explicantur: ita extra hunc statum contrahuntur & implicantur. Et hæc ipsa intricatorum vasolorum copia ægræ ac valde difficilis sanguinis per hoc viscus circuitus causa est, imo præcipuorum morborum, qui in eo se-dem figunt, fons atque scaturigo.

34. Ex quo consequitur, præcipuum & fluoris albi & aliorum uteri affectuum eurandi scopum ad liberiorem sanguinis cursum directum esse debere, per ejus-modi remedia, quæ fibrarum robur & tonum labefactatum instaurant, lentes, viscidos humores dissolvunt eosque flu-
xiles

xiles reddunt. Ego certe in ejusmodi morbis, qui omnem fere medendi modum alium eluserunt, feliciter vincendis nihil deprehendi optatus, nihilque efficacius, medicamentis balsamicis atque balneis, utpote hæc ex herbis robورibus, nervinis & emollientibus parata humores viscidos dissolvunt & universum corpus perspirabile reddunt, seorsim vero circulum sanguinis per uterī vasa, eadem roborando, promovent. Temperate vero balsamica, ut est nostrum viscerale & pilula nostræ, quas a longo abhinc tempore in usu habui, non modo superfluos humores per omnis generis excretoria educunt mensiumque naturalem fluxum, promovent, verum etiam meliori ciborum digestioni egregie velificantur. Totum autem medendi per hæc remedia negotium consistit in applicatione, ita ut alternatim hæc duo satis longo tempore usurpentur, initium faciendo a balneis, quæ per V. minimum dies continuandæ, tum balsamicis hisce medicamentis ad idem tempus inhærendum sèpiusque id ipsum iterandum est.

35. Actum nunc usque eo a nobis est de remediorum ex pharmacia desumptorum usu prudenter reperendo & protractando. Sed non alienum erit, hoc loco etiam meminisse remediorum diæticorum & naturæ magis familiarium, quæ ex rebus domesticis & cuique prope parabilibus parantur. Ex quorum classe præcipuam merentur considerationem alimenta liquida sive potulenta, qualia sunt jucunda carnium, præsertim vitulinæ, decocta gallinarum, seu quod melius, caponis eviscerati, in quibus, si debito & longiori paulo tempore usurpantur, eximia sane, nec satis laudanda ad magnas & chronicas passiones tollendas vis & efficacia continetur; quandoquidem morbi, qui ex humorum visciditate ac lentore, qui ex salsa dysenteria, qui ex minorum tubulorum & glandularum infarctu subnascentur, cuius generis quam maxime sunt variæ cutis defœdatae species & exulcerationes, ut psora, variæ, gutta rosacea, herpes,


scabies sicea, ferina cum prurigine, senibus potissimum infesta, horum usū longius paulo continuato multo facilius feliciusque sanescunt, ac si quis aliis pretiosis magnæque famæ remediis sanationem illorum moliri aggrediatur. Nec vero inficiandum est, quod horum juculorum efficacia multo redi possit insignior, quando decoctiones fiunt cum radicibus aperientibus, ut radice cichorei, petroselinii, graminis, scenicali, apii, asparagi &c. additis passulis minoribus, præsertim si sufficiens hujus decocti quantitas per aliquod tempus forbenda offeratur, qua ratione in mæcie & atrophia infantum, ex glandularum mesaraicarum infarctu & obstruktione natis, præsentaneum sèpius levamen & emolummentum quamplurimis allatum novimus. Præter hæc, juvabit quoque ex rei præsentis estimatione, ejusmodi decocta blande laxandi viribus instruere, si inter decoquendum adjiciuntur agaricum, polypodium, cuscuta aliaque, vel etiam in fine coctionis folia sennæ. Constat enim, aperientium vires, admixtis lenioribus purgantibus mirifice intendi.

36. At vero, præter morbos ab humorum depravatione viscerumque obstruktione oriundos, sunt quoque adhuc alii sat graves, qui medicamenta liquida & quasi domestica æque desiderant. Referendi huc præcipue sunt morbi, qui ex ingenti virium defectu atque inopia nascuntur, ut maxime fit, ubi vel ex gravi vulnere, vel ex abortu & partu in feminis, vel ex alia quacunque interna causa magna ac effrænes ad animi usque deliquium sanguinis profusiones contigerunt, in quibus, sicut functionum omnium, ita ventriculi maxime deprehenditur imbecillitas, adeo ut ex cibis, præsertim solidis, quæ difficilioris paulo sunt concoctionis, boni & laudabiles regenerari succi valde difficulter possint; &, quum ob nimiam sanguinis jacturam vasculorum extremitates & minimorum canæ.

canalium in secretoriis & excretoriis meatus, qui a debita humorum copia aperta servari debent, angustentur & constringantur, adeoque nec robur, nec nutrimentum solidis suppeditetur partibus, ad tumores cedematosos, asciticos, ad lentes febres, exitialis sc̄epe numero fit transitus. Ad hæc igitur malitia præcavenda & ad vires, quæ sanitatis sunt conservatrices, reparandas, omnis per medicamenta plane irritus & frustraneus medicorum est conatus, sed potius ex alimentis liquidis sublidium petendum est, utpote quæ sine longa mora in succorum vitalium amissorum substantiam abeunt & convertuntur. Ex horum genere palmam cæteris præripiunt, præter jam dicta juscula gelatinosa, ipsum quoque vinum, quod ad vires erigendas aptissimum, item succi ex carnibus assatis expressi, addito tantillo vini, succi citri. Pertinent huc quoque lac, præfertim asinum, ova sorbillia, potus Chocolade, emulsiones ex amygdalis, pinis, pistaceis confectæ, ptisanæ hordei exorticati, juscula ex flore farinæ triticeæ, vulgo Etarde, cum aqua & tertia parte vini confecta, vel etiam quæ ex aqua, vino & pane grossiori furfuraceo vulgo Bompurnide, in qua magna vis roborans consistit, addito pauxillo cinnamomi, paratur; sed opus est, ut ante usum per pannum fiat transcolatio, quo crassiores & rudiiores furfuraceæ partes remaneant. Verum, requiritur etiam, ut hæc omnia recto usu administrantur, qui in eo consistit, ut non simul ac semel magnis haustibus, sed potius frequentius & repetitis, vicibus moderatiori quantitate sumantur: Nam hanc regulam instar omnium tenere oportet: Quo est natura imbecillior & quo magis vires sunt consumtae; eo parciori, sed frequentiori usu sunt reficiendæ: Docet id ipsum natura in animalibus recenter exclusis, quæ lacte materno vivunt: & quo cerebrius hunc pastum parva quantitate exceptunt, eo facilius eundem perferunt & nutriuntur. Nam, iusta, requiruntur sparia, quibus medicamentum liquidum,

possit sanguini & succis adsimilari. Id que eo magis est necessarium ut observeatur, q̄o magis manifestum est, virtutem sanguificantem eo debiliorem esse, quo plus sanguinis amissum est. Præterea, utilissimum hoc monitum, alimenti copiam ad vires corporis astimandam esse, uti communiter negligitur & despiciatur habetur: ita plus damni & detrimenti, quia gravissimi inde propulsulant morbi, metuendum est.

37. Possemus adhuc plura de remediisusu salutariter protrahendo & continuando in medium proferre, sed ne nimis multi simus, finem dicendi hic constituimus, certo sperantes, ut, qui dicta recte tenere & applicare noverint, magnum in arte facienda percepturi sint fructum.



DISSERTATIO V.

DE VERA MEDICAMENTO-
RUM IN MORBIS VIRTUTE
ET EFFICACIA RITE
DIGNOSCENDA.

§. I.

Humanæ sapientiæ centrum in latè patente utilissimarum scientiarum circulo constitendum in eo maximo terminari & figi constans philosophorum effatum exstitit, ut quis rerum omnium causas cognitas habeat arque perspectas. Quare nec minus indubium est, optimum illum audire philosophum medicum, qui rerum naturalium & quorumvis effectuum in naturæ gremio & corporis humani meditullio observandorum genuinas & authenticas excutere norit rationes. Ardua, fateor, & suspenda res est, phænomenorum physicorum assequi ductum huncque nosse delineare; quandoquidem scientia nostra, si rem solerter perpendimus, in exquirendis primitivis & originalibus caulis, quæ principia tenent effectuum, nimis quantum insufficiens, manca ac sterilis est, cum tam anguis intellectus huma-

humanus contineatur terminis, ut a rerum principiis seu causis primis cognoscendis prorsus excludatur. Vanus itaque & supervacaneus omnino conatus, vana & que gloriatio eorum, qui rerum primordia primasque causas in physicis & medicis mente iua attingere gestiunt. Ut enim, quod res est, dicamus, quantia quanta nostra est scientia, tam ~~erit~~^{erit} in genere, quam mechanismi humani in specie, considerationem concernens, seu quos unum in alterum inducit effectus, jam attente explorabimus, hosque non ex primis, seu remotis, sed ex proximioribus, ut sensu obviis, principiis deducemus, demonstrabimus.

2. Quapropter ille demum medicus recte suam locat operam, qui relictis metaphysicis causarum primarum speculationibus, eorum, quæ vitam & sanitatem obfirmant, nounisi nota & in sensus incurrentia rimatur, quibus veritates incognitas elicere & pandere valeat, & sic quidem rationalis medici & practici tuebitur nomen. Quo absunt, qui missa omni ratiocinatione, quæ tamen ut in aliis disciplinis, ita maxime in medicina, omnis acquirendæ notitia clavis ac anima est, nudæ tantum experientiae mancipiorum instar inhærent, quo sit, ut in facienda medicina inque assignandis remediorum effectibus mirum & miserum in modum implicentur aliosque implicent perplexi. Ut enim ratio ad evidentiam & veritatem rei nos unice dedit, ita sola experientia, hoc fulcro delitata, credulitatis & falsæ opinionis est feracissima, ipsosque medentes reddit incertos ac fallaces. Quod non clarus in ulla medicina parte, ac in lumine utili, remedia ad sanitatis negotium subministrante therapeutica elucet, ubi ad indagandos effectus horumque perspicendas rationes animi solertia undique præsens requiritur. In hac insigniter errant, in hac fallaciam causæ ut causæ haud infrequenter committunt, alienam nimirum, quid quod contrariam & erroneam, remediis vindicando virtutem.

3. Ingentem, turpe dictu! negli-

gentiam vel potius ignorantiam circa hoc argumenti genus existisse, ingenuo largimur. Quot, quofo, hactenus non tribuitus vires ad superlativum gradum & divinas usque certis remedis, & simplicibus & compositis, tam chymicis quam Galenicis, ad certos domandos morbos constanter deprædicatis? Quantisne virtutibus splendid plantæ earumque radices, folia, flores? Quantis encomiis splendid ex mineralium regno petita medicamina! Evolve scripta chymica, botanica, pharmaceutica, ne practicis exemptis, & ubi vis pollicitis speque ditissima, sed quæ praxin dein suscepturnos præter omnem exspectationem frustrantur, invenies & re accuratius trutinata solidoque ratiocinio & circumspecta observatione ad decantatos effectus inquirendos adhibita, energia egestissima non sine tædio conquires remedia. Nihil sane majoribus premitur difficultibus, at nihil quoque majori gaudet usu, quam scrutinium remediorum, quibus emineant virtutibus, verisne an falsis, quas providens rite distinxerit artis peritus. Cujus rei negligens sola ac unica causa & occasio fuit tantæ, proh dolor! empiricæ luis & miseria, crassæque in medendo ignorantia, nullo fere consilio, si non auxilio, corrigendæ. Quivis enim se fignit medicum, vel medicamentum probatum adversus certum mōrbum jaicitat, modo semel vel bis ab eo propinato conspiciat ægrum convalescentem, cum tamen ad ipsam sanationem re ipsa nihil contribuerit. Hinc quoque ista calamitas, cur tantam farraginem & numerosissimam remediorum sylvam in libris inque officini possideamus, & tamen præ nimia copia, ut Tantalus in aqua, selectorum penuria laboremus.

4. Quod vitium cum jam panicum sit, non potest non in sanitatis & salutis humanæ cedere detrimentum. Hoc vero cum merito cordi habeamus, dictis rationibus jam permoti, non inutilem laborem judicavimus, si veram methodum ac viam monstraremus, qua genuinæ suæque vires & vera efficacia in medea.

medendi methodo constent medicamentis, unaque fallaciæ, quæ in allegandis effectibus fieri solent, detegantur, virtutesque remediorum ab operatione naturæ, quæ plerumque sola optima morborum existit medicatrix, distinguuntur, & hac ratione evitetur, ne vehementiam ac vim morbi habeamus pro effectu remediorum. Ita certissimam concepimus spem, fore, ut omnis empiricæ fons dispartescat & verum fundamentum therapeutices, in quo consistat, substituantur atque corroboretur.

5. Ut autem paulo pressius & aperi-
tius instituti nostri mentem declaremus,
sententia nostra hæc est, perpaucas ad-
huc cognitas esse vires remediorum, qui-
bus firmiter inniti & fidere possit praxi
exercens, sed plerasque esse fictas, fal-
sas, imo adhuc dum in *Democriti* latita-
re puto. Quod quidem assertam primo
intuitu paradoxon & a ratione alienum
haberi posset, cum tanta copia nume-
rusque vix determinandus suppetat re-
mediorum. Hoc tamen majorem mira-
tionem injicit, quod pauca eaque vera
adversus morbum cognoscamus præsidia
horumque vires teneamus, alias certe
nullam videmus necessitatem, tantum
numerum tantamque syllogen struendi
remediorum. Verissima enim hæc &
unica causa est tam amplissimæ farragi-
nis formularum & medicamentorum,
quæ passim describuntur, citantur & mi-
ris laudibus extolluntur, quod nemo re-
fle attenderit vel intellexerit remedio-
rum efficaciam, in quo proprie sit con-
stituta, & quod reaperte paucorum veras
virtutes habeamus perspectas. Unde cum
his vel illis magnæ famæ remediis adver-
sus morbos utebantur practici, nec is,
quem anxie expectabant, effectus sta-
tim sequebatur, mox ad alia delapsi, no-
va concedere vel ab aliis condita & com-
mendata in usum vocare sunt annisi.
Quæ cum & ipsa ipsorum votis non re-
sponderent, sed inopiam ubique & de-
fectum proderent, ad alia rursum animus
converlus est, etiam ad ipsa exoticæ,
quorum modo fama perveniebat ad au-
res, qua ratione fons perversæ istius me-

dendi methodi scaturiebat. Et sane ni-
hil ad distinendam ægrotantium incola-
mitatem excogitari pestilentius, nihil
que ad praxis rationalis incrementa pro-
movenda inveniri poterit perniciosius,
quam tanta varietas, tanta copia & nu-
merus, quæ artem exercentem non pos-
sunt non remediorum reddere incertum,
hæsitantem, dubium. Ut itaque jam
ex isto errorum labyrintho emergamus,
& fundamentum hoc omnis empiricæ,
irrationalis præxeos destruamus, opus
maxime omnium est, ut clarissime de-
monstremus, nullum effectum forma-
lem aut virtutem quandam inhærente re-
mediis, sed omnem, quam in corpore
humano exeruat, demum ab ipso obti-
neri. Hoc si argumentis comprobaveri-
mus, tam splendida laus remediorum in
certis morbis ad certos fines commenda-
torum unico quasi ictu cadit ac diruitur
omnis.

6. Nulla unquam sententia in pro-
paganda re physica & medica majorem
sterilitatem & noxam, quam hæc ipsa,
attulit, quod veteres existimarent, vi-
res, qualitates & effectus rebus inesse
corporeis, dum non modo certis mixtis
assignabant calidum quoddam, frigidum,
humidum vel siccum temperamentum,
sed & ulterius progressi, virtutem ape-
ritivam, incisivam, venenatam, ale-
xipharmacam, huic vel illi parti ami-
cam, stomachicam, peitoralem, he-
paticam &c. ipsis tribuebant, perinde
quasi rebus talis indita esset virtus &
qualitas. Ex quo falso fundamento innu-
meri illi errores in praxi irrepserunt,
quos dextre & solide primus omnium
perspexit & detexit CARTESIUS, de-
monstrans, has qualitates & facultates
omnes non esse quidditativas, absolutas
rerum entitatis, sed relativas & sub re-
latione ad alia. Unde non sine ratione
hæc sensu minus philosophico sumi ipsi
videbantur, quod e.g. saccharum sit dul-
ce, arsenicum venenum, camphora quod
sit calida.

7. Non equidem negari potest, hos
effectus rerum, qui sunt naturales, suis
testari de causis, iaterim tamen illi non
con-

confundendi sunt cum ipsis causis, neque putandum, corpus quoddam per se aptum esse ad ullum formalem effectum producendum. In physicis enim res ita comparata est, ut actiones & effectus corporis onans, quicunque fuerint, in alio producantur, respectu cuius sequuntur effectus. Ita v. g. nullus motus potest confici ab uno corpore in se considerato, sed necesse est, ut, si motus fieri debeat, semper praesto sint duo, unum agens, alterum patiens, & dum unum in alterum agit, & hoc illius actionem recipit, tum demum resultat inde motus, qui effectus est duorum corporum, unus agentis, alterius actionem recipientis vicem sustinentis. Quapropter sapienter dictum fuit a veteribus: nullum corpus per se moveri, sed omnem motum proficii ab alio. Paucis ut conficiamus, ad motum requiritur movens & mobile. Male itaque dicitur: motum inherrere uni corpori, qui potius effectus est duorum.

8. Qum autem omnes effectus, virtutes ac vires, quae in tota rerum natura visuntur, & speciatim in corpore vivo, animato producuntur, non nisi motus sint species, nec sine motu unquam concipi queant aut percipi, facile jam appareat, istos effectus, qui remediis vendicantur & in certa motionis specie consistunt, non posse uni adscribi corpori, sed duo minimum exposci. Ita v.g. calor, qui sensationis species est & in corpore animato efficitur, formaliter non potest tribui ipsi igni, bene autem hoc dicere potest, quod celerrime moventis naturam habeat. Idem hoc applicari potest ad ipsa remedia vel etiam venena. Illud enim audit remedium, quod certum effectum exserit in corpore humano, sive purgantem, sive anodynūm, sive vires restaurantem. Venenum quoque dicitur id, quod subito destruit & subvertit motus vitales. Jam facile concipi potest, quod isti effectus cum in alio corpore debeant fieri, non ipsi inhærent remedio vel veneno, utpote quæ agentis tantum munus obeunt. Sed tum demum eos subsequi, quando hoc agens

alio corpori rite involvitur.

9. Veteres philosophi rem accurate definiverunt hoc axiome: corpora non agere secundum spharam activitatis, sed receptitatis, & ad edendum effectum non sufficere tantum causam, sed etiam ipsis subjecti dispositionem legitimam requiri. Hæc si nobiscum considerato animo pervolvamus, ultro sequitur, nos in falsa esse opinione, qua singularem virtutem sine debita consideratione subjecti, adversus hunc vel illum morbum edomandum ipsis assignamus remediis.

10. Duo sunt probe advertenda, ut salutaris vel noxius ex remediis sic dictis in corpus invehatur effectus, ipsum nempe corpus, quod pharmaci loco propinatur, & ipsum quoque corpus humanum. Hæc ergo invicem erunt conferenda, hic proportio quærenda & indaganda, ut certus, quem medicus intendit, sequatur effectus. Nihil adeo certi quoad virtutes & effectus decernere vel definire possum, nisi semper facta relatione ad corpus humanum, quod cum varium sit, varia pariter ab uno remedio visitur efficacia & operatio. Ita vomitorium ex regulo antimonii educetur, quale MUNCKIF est, diversis admodum operationibus conspicuum est, dum nonnunquam iners plane atque inefficax deprehenditur, ne a naufream quidem ventriculum disponens, in aliis autem, ut ut eadem fuerit dosis mensura, enorimissimas ab ejus usu vomitiones ad lipothymiam usque excitatas vidimus. Hydropici rarius moventur a vomitoriis, quod ipsis cum quartanariis commune est. Aestate insuper expeditior per superiora fit egestio, quæ hyeme coactior.

11. Non minus quoque sudorifera præsertim fortiora & calidiora non unam ratione subjecti in operando ineunt viam, sed plane quandoque aliam, imo alienam. Cujus rei sufficiens dabunt argumentum plethorici & cæochymici, quos a spiritu cornu cervi & tinctura bezoardica volatili effectus soporofos, guttam serenam, imo paralyzes incurrisse tristis loquitur experientia. Ejusdena census

census fortiora diaphoretica sub initium variolarum & morbillorum usurpata, febris calcar addunt, delirium & epilepticos motus suscitant, & non raro ægrotos mortali vinculo exsolvent. Idem fere efficiunt salia volatilia, præsentim oleosa, quæ in febrium intermittentium curatione sinistre adhibita has ipsas tertianas, vel si tertianæ fuerint simplices, duplices vel continuas reddant, quod etiam valet de sudoriferis, acribus, calidis: in plerioris quoque largius sumta capitum dolores ut & hæmorrhagias post se trahunt; vidimus tamen ipsa hæc salia aromatica inter cibos pauca dosi exhibita hæmoptysi, imo hæmorrhoidalii fluxu nimium exhaustis egestum attulisse foliatum.

12. Quod si pedem moveamus & ad purgantia accedamus, eadem horum circa effectus suos erit conditio. Ita v.g. notum est, purgans gialapium diversissimos edere effectus, prout inter se differunt subjecta, adeo ut unus certus, necessarius & perpetuus ipsi nunquam queat adiudicari. Quod si enim illius optimi & resinosi tantillum sumamus, hoc juveni seroso datum euna fortiter purgabit, quod tantum abest, ut in affectu hypochondriaco & in febre quartana præstet, ut potius non modo destituatur successu, sed & tormina excitare aptum sit. Eadem porro dosis in bilioso subjecto & tempore autumnali metu præsentis hypercatharticos non vacabit, quæ in plethorico & obeso præter tormina & paralysin ipsam accersere valebit, imo infanti data si non necem ipsam conciliabit, plane tamen stomachi tonum dejieiet viresque prosternet, prout alias in his, qui debilioris sunt stomachi, emetica insignitur virtute, quid quod saepius advertere licet, unum idemque purgans in uno subjecto, diversis temporibus oblatum, differentes a se invicem susterre effectus. Ita in genere notamus, catharticum tempore astivo vel verno exhibitum majori eminere virtute, quam hyemali, minori adhuc, quando die progresso acidi cibi fuerint assumti, quæ contra intenditur salis, acribus edulis

prius ingestis.

13. Ad hæc diversa regionum indoles, ut varie homines temperat, ita varie sanguinibus virtutem medicamentosam, dum, ut purgantium exemplis id explanare pergamus, hoc quod in certa dosi sumum Westphalum rusticum non nisi debite ad purgationem invitabit, natione Gallum vel Aulicum delicioris viræ, tenerioris pariter constitutionis, ut Misnicum, propemodum dabit eadem dosi internacioni. Denique in affectibus, ubi horrendis spasmis & anxiis contraktionibus intestinorum membranæ exagitant & convelluntur contumaxque alvi præsto est adstrictio, ibi sane nunquam expedient alvum, sed adaucta symptomatum saevitia magis constipabunt, quali in casu clyster oleosus vel juscum oleosum cum manna conditum optatissimum producet effectum. Illud autem maxime tenendum est circa aloeiticorum usum, quæ largiori dosi concessa in siccis alvum procurabunt occlusum, minore autem & refracta lubricam & emollitam. Quis ergo non perspicit, ab uno simplici diversissimos induci effectus, quis autem sibi poterit imaginari, omnes hos effectus formaliter jam dum latitare in purgante, quod potius ad diversæ agendum eadem sese semper habet ratione, adeoque diversitas causæ non hoc, sed in subjecto individuali, quod actionem recipit & reciproca agendi facultate instructum est, plenarie quærenda erit ac determinanda. Quæ subjecti ratio cum diversimode se habeat, in aprico est, diversam, imo saepè contrariam uinius purgantis evenire operationem.

14. Tanti profecto resert pharmacum cum prudentia ex justis rationibus illius usum colligente adhibuisse, quod & de simplici illo nitro, omnino erit tenendum. Insignis equidem ejus efficacia est in cholericis, & ubi humorum maximus est orgasmus, dum calorem febrilem & præternaturalem egregie deprimit, sudorem promovet: at vero in febribus malignis, ubi pulsus satiscit viresque deficit, eadem mole porrectum, excretionem ad peripletiam corporis & exan-

thematum eruptionem magno cum periculo retardat. Est quoque porro notatu digna observatio illa practica, nitrum in nonnullis subjectis laxare alvum, in aliis autem, ubi nimia bilis acredo & ardens in intestinis inflammatio abscondita est, idem remedium magno pollere usu & fluxum talem nimium cum successu cohibere. Opiata, ut ulterius progediamur, nimias sanguinis excretiones compescere, sat abunde constat; sunt tamen quam plurima exempla, ubi haec in usum vocata non modo sanguinis per uterum effusiones, sed & per venas hemorrhoidales effecerunt atrociores. Præterea opium omniaque anodyna in quibusdam placidum procurant somnum & inordinatum spirituum motum deliriumque sedant & componunt; in aliis autem plane contrarios producunt effectus, ut vigilias perpetuas & delirium, si non adsit, introducant, vel si jam præsens, gravius reddant. Eadem opia conveniente dosi subministrata largum sudoris profluvium certis in subjectis certisque in morbis efficere res nota ac vulgata in foro medico est, quæ tam ipso in cachecticis & frigidis morbis non modo sudorem, sed & transpirationm sic dictam insensibilem penitus fistunt, ut inde in hecticorum colliquatis sudoribus magno cum fructu adhíbeantur.

15. Videamus jam & consulamus experientiam ratione suffultam, num alia medicamenta unum operandi modum unumque sic effectum inferant. Inter haec non infimum locum obtinent martialia & vitriolacea, quæ vi sua adstrictiva agere videntur isteque alvum in quibusdam plane constringunt; haec ipso tamen saepissime alvum reddunt & instar purgantis irritant. Ita porro in nonnullis appetitum erigunt, quem in aliis destrunt, item spasmatica pathemata in quibusdam substrahere solent, quæ in aliis ab iisdem sunt diriora. Quid notius est, quam quod amara & balsamica hypochondriacos egregie solentur; interim sape accidit, ea ipsa ardore internos, phlogoses & anxietates in iisdem augere.

Salia media, duplicata, ut sunt nitrum vitriolaceum, tal digestivum Sylvii &c. hypochondriacis & quorum prima regio scatet magna humorum colluvie, apprime utilia saepius deprehenduntur, nihilominus nec desunt exempla, ubi dicta salia intensissimas cardinalgias excitarunt. Acida violatilia & fixiora etiam in ardenteribus, biliosis febribus, in malignis quoque saevientibus usum habent re vera non contemendum, melancholicis autem & hypochondriacis ferme omnibus mirum quantum nocent.

16. Ea, quæ subtili & balsamico eminent oleo, ut sunt terebinthinacea, juniperina, urinæ fluxum movent & calculo resistunt; haud desunt tamen exempla, ubi memorata dispositionem calculosam, in quibus ante non fuerat, unice introduxerunt. Quam diversus remediorum mercurialium soleat esse effectus, attentis practicis non potest esse ignotum; quædam enim subjecta ea optime serunt, alia alvi irritationem persistilcunt, alia glandularum salivalium stimulationem, alia gingivarum putredinem inde concipiunt. Huc quoque referri possunt ex mineralibus sulphura variis generis, solutiones metallorum mitigatae, solutio auri, veneris &c. quæ pro diversitate subjectorum, vel vomitus, vel alvum, vel sudorem movent, quinimo in aliis plane nihil operantur, ubi sudorem movent, quinimo in aliis plane nihil operantur, ubi contra in aliis effectus sequebatur exoptatus. Plura, si non innumera, possemus recensere & in medium preferre exempla & observationes, quibus fusi dispalearceret, quam diversum, imo alienissimum & contrarium unum remedium saepius in eodem subjecto, diverso tempore vel alia dosi exhibitum, tanto magis autem in illis individuis, quoad sexum, ætatem, temperamentum, clima admodum distinctis, eodem licet morbo decumbentibus, excitet effectum. Sed nobis prolixiores esse haud & que licuerit, cum ex iis, quæ huc usque ex attenta praxi deduximus & tetigimus, sufficienter elucescat, efficaciam illam, quam remedia producere dicua-

dicuntur, minime ipsis inhærente medicamentis, sed eam demum resultare ex actione remedii & reactione, quæ in varia temperie, mixtione varioque partium fluidarum in corpore motu constitit, in corpore nostro exantlata.

17. Ex allatis itaque conficitur, stolidam & perversissimam esse viam ac methodum, qua nonnulli medicorum incidentes remedio huic vel illi certam & infallibilem contra hunc vel illum morbum decernunt efficaciam, illudque jam plenis buccis commendant, eblatent, & ad cœlum usque extollunt, nullo habitu respectu individuorum, nulla habita ratione circumstantiarum, &, ut canis e Nilo, generalem medicinæ superficiem generalibus theorematibus limitatam lambentes, omnem medicinæ practicæ molem exhausisse, sibi imaginantur. Certe, si rem, uti est, detegere velimus, nihil nisi ignorantiam tuam aperte profitentur, vel contra conscientiam agentes homines decipiunt & pecuniam fraudulenter emungunt. Minime nobis animus est, damnare in totum omnem usum omnesque vires remediorum, neque etiam censemus, non dari talia remedia, quæ in pluribus affectibus magnum & copiosum habeant usum ac fructum, sed hoc saltim improbatum & monemus, quod ingenere non possint certæ vires remedii adscribi, sed semper proportio in eunda sit cum individuis, hæcque una consideranda & referenda veniant; unde omnes sic generaliter assignatas panegyres floccipendimus, detestamur & ex medicina rationali exesse desideramus.

18. In eo profecto cardo totius empiriae vertitur, ut commendare & venditare velimus certa adversus morbum in quovis subjecto remedia, & nisi hac in parte hos errores eorumque latifundium inquirendo evertamus & pessimæ huic consuetudini audacter obviam eamus, non aliam quoque praxin, quam mere empiricam exercemus ac profitemur. Sed proh dolor! quanta empiria, quam perversa medendi ratio abunde & undique conspicitur in tot libris & scriptis

corum, qui docti & rationales nomina rigestunt, quanta formularum, quasi vero normularum, copia, quanta jaetantia virium spargitur & disseminatur, quibus sane omnibus veræ & solidæ medicinæ majus decrementum, quam ullum incrementum portendere & spondere possumus. Haud quaquam enim generosa remedia deficiunt, neque unquam arcana amplius tam anxie quærenda vel indaganda sunt, unicum salutem arcanum est, & quod re vera arcam est, empiricis summe necessarium, prudens applicandi ratio, qua suus quisque remediis constat & in ægrotis succedit optatus & desideratus effectus. Qui enim illam novit, is determinate norit vires, qui contra ea non instructus est, in vanum jaetat remedium & potius obest eodem, quam prodest.

19. Ad prudentem autem applicacionem non sufficit superficialiter & ex cortice quasi nosse medicinam, sed ex physicis, anatomicis, mechanicis & chymicis principiis elementa agendique modum ducere ac derivare debet medicus, nec non ipsius subjecti naturam, corporis specialissimum mechanismum, motuum morbosorum morem ac conditio nem & causarum quæ eos excludunt, indolem nosse ac demonstrare, nam ut GALENI verbis utar l. 3. meth. c. 7. in initio reperiundis: *remediorum inventi*orum initium ex morbi natura de sumendum est, cum absurdum sit, aliud esse quod curatur, & aliud quod curationem praescribit, & sic deum recte judicari poterit, quo remedio, quo tempore & qua doli utendum & quamdia cum eo sit continuandum. Hic est finis & verus terminus, quo genuinus medicus disjungitur ab empirico vulgari.

20. Jam vero satis superque appetet, medicum, si naturæ ductum in medendo probe assequi & scire velit, quænam remedia in hoc vel illo casu utilia vel noxia sint futura, non acquiescere debere in generali illa & trita virium in remedii reperiundarum assignatione, cum illa ipsa, ut evictum dedimus, quam multis involuta sit fallaciis; sed

ad alia longe graviora ipsi descendendū esse, quæ eum in assignandis remediorum virtutibus circumspēcte adhibendorum reddant confirmatum, quod hujus nostræ dissertationis erit argumentum. Antequam autem ad hoc negotium pertractandum nos specialius accingamus, e re fore judicavimus percurrere quædam polychresta, generosa, authentica & hisce temporibus valde celebrata remedia, ad ostendendum, quam infirmo subinde stentatio, quamque fallaces & anticipites sint ex vires ipsis vulgo adjudicatae.

21. Decantata itaque exposituri, haud ignoramus, quanti ab omnibus ferme & simet & unanimi consensu asseratur & transcribatur, cinnabarim nativam vel antimonii esse verum antidotum & specificum contra epilepsiam, hac inductis opinione, quod ob sulphur antisionii virtus ipsis indita sit anodynus spiritusque coercens. Verum enim vero, si experimenta solerter & attente instituamus, hæc nos docebunt, quod sola cinnabaris nil prope effatu dignum exhibeat in epilepsia infantibus solemani, æque parum in ea; quæ variolis & dentium dolore inducta fuit, uti nec in idiopathica confirmata, quibus in affectibus quantumvis maxima dosi concessa nunquam probavit quandam effectum, sed potius gravando ventriculum, anxietatibus causam præbet. Neque specificum sic dictum Michaelis cephalicum ob cinnabarim suam possidet virtutem, sed potius ex aliis ingredientibus, anomynis, antispasmodicis & acidum infrangentibus illa deducenda venit; quod pariter sentimus de Panacea Anwalldina, quæ in affectibus spasmodicis, epileptics non rejicienda est, interim tamen illius vires non a cinnabari, sed a radice pœoniae proveniunt. Deinde vero cinnabaris minime agit ob sulphur, sed hoc arctis tenetur compedibus, ut ægerrime, etiam fortissimis lixiviis, ab ejus vinculis possit separari. Quod vel ipse arguit odor, quo nulla de se cinnabaris effluvia spargit, tum tamen anodynus virtus ex volatilitate &

sulphuris debeat accersi. Est nihilominus utique cinnabari suus usus atque effectus, quæ epilepsix convenit, at non omni, tantummodo illi, quæ v. g. a contusione externa capitis vel a suscita- ta stasi seri, vel coagulatione sanguinis in vasis proficiscitur. Cinnabarina enim non minima, sed plena dosi exhibita eaque iterata salivationes exprimunt, sanguinis ac lymphæ motum per vasa accelerando, citra tamen exquisitum calorem aut tumultum, unde demum evenit coagulum seri dissolvi & sic desideratum effectum subsequi, quod tamen in epilepsia ab alia causa suborta non valet. Plura, quibus de hoc cinnabaris in affectibus spasmodicis effectu hic referendis super- sedemus, videantur in meis *Animadversionibus: ad Poterium.*

22. Inter ea, quæ alexipharmacorum titulo designantur, a longo jam tempore pro penetranti alexipharmacis habitu sunt spiritus & sal volatile cornu cervi, eboris & spiritus cornu cervi succinatus, quorum virtus in peste, febribus petechialibus & malignis a practicis magni censemur. Sed rem accuratius trutinantes solidamque experientiam consulentes deprehendimus, assertum illud multis laborare præjudiciis & exiguum, vel plane nullum, dictis in affectibus habere usum, quod in pupera, ante aliquot annos grassante peste satis edocti sumus, siquidem omnia illa, quæ sanguinem nimis impellunt ac commovent medicamenta in hujus genii morbis, funesto drama te haud vacant, ideoque cum illis caute est mercandum, & illo tantum in casu lunt admittenda, ubi natura oneri impar partes sui mixtum destruentes ad corporis habitum amandare & exanthemata seu maculas formare non valet, vel quando talia recrementa priora vestigia relegunt: ibi sane observatum fuit, quod naturam nimis languidam ad excernendum heterogeneas partes quodammodo stimulent & animent; in reliquis vero vel plane nullum, vel non nisi debita circumspectione, locum inveniunt.

23. Secus vero res se habet cum illis præservandi gratia ab instantे quodam miasmate contagioso, in malignis & putridis morbis usurpatis, quo tempore eorum quendam usum esse non ibimus inficias, cum omnia ea, quæ circulum sanguinis illibatum servant & transpirationm debito modo adjuvant, humorē vitales a multis peregrinis impuritatibus & excrementis activis liberent; quæ si retinentur, circulo humorū existente languidiore, tum ad malignitatem & corruptionem subeundam proxima est via. Quandocunque autem hæc corruptio profundius insinuata & immersa fuit lucis corporis humani, tum caveudum potius ab iis est, quoniam motu suo intellino, intestinum putredinosum motum adaugent virusque propagant, ubi contra acida, terrea, quæ his contrariam exserunt operationem, curandis dictis morbis egregie subveniunt.

24. Universale magis alexipharmacum venenorūque antidotum creditur Theriaca tam vulgaris quam cœlestis, qua non nisi ad certam eorum speciem restringitur & reducitur. Quod autem ad omnium venenorū classem utriusque virtus extendenda non sit, obstat, quod in iis, quæ humorū & spirituum motum sufflaminant & narcosi agunt, ut & in fermentativo & putredinoso motu a venenis sanguini illatis, qualis in morbis malignis, peste, iætibus animalium visitatur, enervans locum suum haud tueantur, sed saltim, ubi acrimonia volatilis, penetrans, caustica irritando & vellicando fibras nerveas exercet & spasmos gignit, sicuti accidit in mineralibus arsenicalibus & hujus census aliis, quamvis tamen & ibi non omne punctum absolvant, sed oleosa & pinguis theriacalibus longe sint praferenda.

25. Ut omnibus morbis propria medici quæsiverūt præsidia, ita & febris propellendis sic dicta febrifuga a recentioribus maxime destinantur, quorum primicerias quasi dicit China chinæ ceu probatissimum & infallibile ad verius omnis generis febres remedium specificum, quod dum firmiter sibi persuaserunt, sit ut pl-

res, si quæ febri decumbere audiant, mox illotis, quod ajunt, manibus, omni insuper habito respectu causarum & circumstantiarum, ad ipsam eam sacram anchoram confugiant & sola hac febres ad Indos usque agere moliantur, sed magno sapienti cum ægrotantium vita discrimine. Largimur utique, cortici huic egregiam inesse vim motu f briles inhibendi & salia bilis acrisa figendi, presentim in tertianis & biliosis febribus, at nisi prudenter & cum ratione, sed promiscue ipsum offerimus, certe magis damnum quam commodum justè exspēstandum habemus, quod recidive pejores, febres lentæ, viscerum contumacæ oppilationes & tumores ceu feriales nuncii abunde testantur. Est ipsi suus usus, quando non alia ratione quam vi sua adstrictiva tonum excretoriorum vasculorum & fibrarum musculosarum dejectum excitat & restaurat, unde, cum humores expeditiorem circulum recuperant, & per evacuatoria inutiles ac superflui humores educuntur, felicissime sic & perfecte curatur febris.

26. At vero, cum notum sit, adstringentia non semper effectum aperitivum post se relinquere, h.e. circulum sanguinis & humorū adaugere & excretionis negotium fartum testumque servare, sed per se motus retardare & refranare, tantoque magis, si humores tenaces, viscidæ & ad motum inepti sunt, si præterea spasmodica quædam fibrarum constrictio adest & medicamentum magna mole exhibere necessarium videtur, cuius in promptu erit colligere, quod tum graviores metuendi veniant morbi, & id plerumque accidit in febris quartanis auctumnalibus & aliis intermittentibus refractariis, personis melancholicæ temperici maxime molestis, imprimis autem sub febrium initia, ubi motu suppresso humores incrassantur & obstrunctiones obfirmantur. Non contemnendum autem spōdent effectum in tertianis continuis exquisitis intermittentibus in personis sensibilioris texturæ & bile affluentibus æstatis tempore subortis, si jam per aliquod tempus

æstus

extus febris defebuerit, sic enim excretiones hinc inde egracie sollicitant & solidam curationem reddunt, quale quid etiam in minori dolī & longe tuius præstant tinturæ martiales, uti est illa *Zwolfferi*, & essentia amara cum liquore martiali maritata, quibus sèpenumero olim tutissime intermittentium pertinaciam subegi, qua de re conferri possunt max. *Animadversiones in Poter.*

27. Præter superioris memorata antepileptica non minus deprædicant ex animali regno desumpta, & ex his præcipue pulverem lubricorum terrestrium & sere omnes animalium partes exsiccatas, ignis violentiam non expertas, quorsum etiam spectant ungulae, dentes & cornua animalium, quæ singula in fistendis insultibus epilepticis peculiarem & mirabilem vim possidere dicuntur; sed minime hæc est universalis & a vero longe absunt, qui in epilepsia a quacunque causa orta cundem sibi effectum promittunt. Nunquam enim tali in casu, ubi causa materialis præfens est, v. g. si sanguis extra vas in cerebro obhæreat, si primæ viæ saburra acidorum corroden-tium humorum infarctæ sint, si virulenta, acris quædam materia nervos in morbis pungat ac vellicet, operæ pretium faciunt, sed potius tum, quando ex causa quadam immateriali, animi affectu, terrore &c. ortum fuerit malum inque simplici proclivitare ad talem motum ratio epilepsiae constitit omnisque materialis caula morbum fovens sublata fuit, reveratum prudenter data faciunt quandoque, ut malum illud, quod per plures annos tragediam hanc luserat, nunquam recrudescat.

28. Antidyentericum præsentissimum hodiernis temporibus creditur esse *Hipecacuanæ*, Peruviæ nativæ plantæ radix, pluribus id ex Gallia attestantibus, qui magnum ex ejus usu lucrum captarunt. Notum est, hanc radicem etiam in aliis corporibus, si largiori dosi offertur, nauseam & vomitionem creare sale aculeato tenui, quo pollet. Ita HERMANNUS in febrium intermittentium curatione ipsam præscriptis in

infuso cum vino. Ea propter non omnitempore, non in omnibus subjectis, non sub quavis causa quadrat in dysenteria, sed potius noxam perperam adhibita radix infert. Nos censemus, dysenteria causam esse bilem, viscidorem quidem & tenacius adhærentem, at salibus & spiculis acerrimis & causticis refertam, quæ infenſissima irritatione mucum intestinorum omnem abradit, inflammationem & spasmos suscitat. Hanc igitur si statim in principio ex superioribus eliminamus, uti vomitus in diarrhoeis & dysenteriis conducere ex *aphor. 19. Sect. 6. Hippocr.* patet, in quo non tantum vomitum sponte supervenientem, sed & arte suscitatum comprehendendi *GUIL. PISO* non sine causa statuit, omnino fit, ut prima quasi in herba jugulemus hunc effectum vel mitiorem reddamus. Quod si vero jam adhuc inflammations periculosa, intestinorum exulcerationes, quis sibi persuadere poterit, tum temporis hanc radicem collaturam esse tam insigne emolumentum, ac sub initia morbi, utut præcesserint jam dum sanguinolentæ excretiones. Qua tamen ipsa carere possumus, ubi alia suppetunt, quæ idem & majori quidem cum securitate exequuntur; antimonia via fixiora rite parata, emetica virtute dota, quibus solis quondam per Dëi gratiam medelam attuli non minus præsentaneam quam securam.

29. Radix nisi, quæ carissimo emitur prelio & ex remotissimis oris ad nos affertur, habere putatur præsentissimam virtutem non modo analepticam, sed & alexipharmacam, qua non detur in rerum natura excellentius simplex, sed vana res est omnis. Longe præferimus aromatum, cinnamomi, caryophyllorum & cardamomi virtutes, & in alexipharmaco scopo ipsam etiam radicibus vinceretoxici, angelicæ, imperatoriæ &c. postponimus. Gaudet equidem sale quodam tenui sulphureo acri, quo spiritus exuscitat, motus languidos erigit; sed quod singulare quippiam præ aliis possideat, id quemvis attenta praxis docebit, qua expertus sum, quod radicis illius infusio

cum aqua calida facta , quam loco Thee assumendam suasi , in defectu virium non magnum dederit solamen .

30. Castoreum ceu specificum antihystericum a multis retro seculis constantissime habitum fuit , quasi in momento motus uterinos componat . At vero , si tanta vis huic remedio insita esset , cur quæso tam pertinax & chronicus hic est affectus , graviter per plures annos ægras semellas torquens . Non dubitandum est , ipsum vaporositate & definitione sua sulphurea spasmos sopire & dolores sic subtrahere , quod tamen ad breve temporis spatium perdurat ; nequaquam enim caufam , quæ nervis altius impæcta est , maxime omnium autem in hypochondriis radicatum sustollit , ut longe alia hinc opus sit procedendi via , si omnem huic rebelli malo subnascente præscindere velimus occasionem .

31. Fabam S. Ignatii hoc etiam tempore a plurimis medicorum ceu antiepilepticum & antifebrile celebrari quis ignorat . At vero , ex relatione peritorum virorum , qui hac ipsa adversus memoratos morbos usi fuerunt , scribimus , non leves ex ejus usu anxietates præcordiorum & angustias ventrisque tormenta fuisse subsecuta , & licet quandoque his superatis febrilis insultus , imo epilepticus , fuerit remotus , quod tamen non semper contingit , insignem tamen remansisse virium imbecillitatem . Quare in ea sumus opinione , hanc fabam naturæ nostræ maxime esse inimicam & lenem recondere virulentiam . Cujus rei simile argumentum præbent venena mitiora vel in minori dosi oblata , qualia sunt mercurialia , & arsenicalia , magnes quoque arsenicalis , quæ febriles , imo convulsivas commotiones quandoque compescut , non alia de causa , quam quod truculentos spasmos & irritationes alias in regionibus corporis nostri efficiant , unde accidit , naturam quasi ibi occupatam pristinos motus non amplius instituere in solitis partibus , sed derivari spiritus & motus morbosos ad partes a veneo tactas , & hac ratione quandoque habitu suo excidere , ut in integrum

deleatur paroxysmus , quod ipsum tamen rarioribus dubiisque eventus ac periculo plenis , phænomenis accensendum est , nec nisi in solo p. n. inordinato motu immaterialis & formalis rationem habente succedit , quod si fecus , & materialis perniciosa causa anomalous motus inferens præsto fuerit , ut justa indicatione , ita rationali destituitur expectatione .

32. Inter specifica remedia haec tenus deprædicata haud exigua certis in locis fama claruit liquor quidam acidus , ut variolarum antidotum certissimum , adeo ut eo devenerint , non posse variolosum amplius mori . Cui magno thesauro , ut vulgo fit , inhiantes veram ejus editionem captabant omnes ; in quo cum sapienti frustrarentur , habuit & hoc medicamenti genus suum fatum , ut ejus præparations valde differant , multique in Hassia cum pharmacopæi tum medici habeant compositionem eamque pro genuina commendant . Ut ut se habeat , omnes , quot haec tenus vide contigit , in eo convenient , quod ex acido minerali sint conflatae . Huic autem medio omnem gloriam adimere nolumus , sed potius suum ipsi usum vendicamus , in eo tamen discrepantes , quod pro infallibili medicamento venditari nequeat , quasi nullus ex variolis , hoc adhibito , mortem obeat , cum in epidemicis variolis ante aliquot annos hic locorum grassantibus multa in contrarium exempla viderimus .

33. In confessu est apud omnes peritos , in variolis peccare sibi quoddam tenuem volatile causticum vesicatorium , quod in cantharidibus , purgantibus & emeticis cuivis innotescit ; porro juvenes maxime & sanguineos , si variolis corripiantur , intensissimas incurre sanguinis & spirituum commotiones , has vero ab acidis cohiberi certissima quoque res est . Nullum hinc est dubium , si in principio adhibeantur , magnam hæc præstare efficaciam , at vero quando malignitas fuit complicata , i.e. sanguis & humores ad putredinem vergunt , vires labascunt , motus humorum immi-

imminuitur, imo tota M. S. peregrinis causticis salibus stipata est, ut vel in nimia copia erumpant, vel salia ista succo nutritio, qui deficit, obvolvi & emolliri nequeant, quod in cachecticis & melancholicis accidit, certe ipsum hoc remedium tunc non sufficiet salibus istis morboſis in humoribus jam dum oberrantibus invertendis.

34. Ut panacearum seriem ulterioribus explicemus, nostra disquisitione haud indignae sunt famigeratissimæ illæ pilulæ Wildegansi, quæ sub titulo panacea solaris circumferuntur, cujus cunctæ generis morbis tam chronicis quam acutis expugnandis habitæ parer. Concinnantur hæ ex opio cum aloe auroque fulminante aliisque ingredientibus mixto, quibus narcotica opii virtus corrigatur & cicuretur, ut in securum transeant opiatum, quod motu ita temperat, ne omnes excretiones penitus intercipientur, sed primæ viæ aperæ & transpiratio libera servetur, quæ vera earum operandi est ratio. At vero, quam plures dantur morbi, in quibus quantitas humorum excedit, circulus imminutus est, stasis primas tenet, yasa turgida & inflata sunt, viscerum obstrunctiones adiungunt, ubi nec hæc, nec alia sedativa locum habere possunt. Eadem nostra est sententia de pilulis Starckii sive Matthiæ Anglicis.

35. Sulphura mineralium, præsertim antimonii, metallicis subtilioribus particulis nobilitata & omni veneno, stimulante principio orbata, magnum in medendo spondent usum; pauca enim dosi excretiones ad peripheriam corporis promovent, & in dispositis alvum quoque expedient, unde non inutiliter tam in acutis quam chronicis morbis adhibentur, & inter tuta diaphoretica reponuntur. At nec hæc omne punctum absolvunt, utpote plurimi morbi a plethora oriuntur, qui remedia diluentia, humectantia, viscidos humoros incidentia requirunt, ubi motum exacerbare non modo supervacaneum, sed & absolum esset, unde prudentiam in applicando merito consulimus, cum aliam con-

siderationem & tractationem humores fluxiles & mobiles, aliam vero crassi & immobiles involvant.

36. Accessum jam facimus ad fallaces liquores solares, aura potabilia varii generis, auro si non abundantia, aureum tamen effectum fœnerantia, quæ ex auri calce salibus oleosis resoluta & postea in spiritu vini extracta conficiuntur, & paucos, modo dextre illa præparare quis noverit, sumptus requirunt, dum pauca magnis ampullis horum liquorum ero- gandis grana auri sufficiunt. Dici enim vix potest, quam aurum prævie solutum per liquorem se diffundat. Prostant inde variae tinturæ, selectis nominibus ornatae cum in Anglia, tum etiam Germania per celebres. Ne vero empiricorum more res agere & tractare videamur. Lubenter concedimus, præconia illa ex auro paratis vendicata quodammodo relinquenda, nec veterum chymicorum & medicorum his de rebus sensum plane reprobandum esse. Cum enim aurum inter metalla nobilius, mercurio fixiori, valde tamen activo gaudeat, & more aliorum metallorum, salia maxime temperata continentium, in pauca dosi virtutes suas exhibeat, quis ipsi soluto & debite dein dulcorato energiā suam denegare posset?

37. Consistit autem acti efficacia maxime in eo, quod metallico suo, simplicissimo, activo mercuriali principio, spiculis salinis armato cum chylo sanguini insinuato, non modo in primis viis, sed etiam per totum corpus vase excretoria nerveasque membranas animet & irritet, ut sic totus circulus sanguinis ac humorum promptior & excretiones libiores fiant idque sine tumultu, sine calore p. n. peragatur; & cum sanguinis circuitus promotus multis iisque gravissimis morbis medeatur, satis perspicitur, & hanc medicinam recte adhibitam plurimum posse. At vero, ut omnia reliqua, ita & hæc recto usu sunt determinanda, nec promiscue in omnibus morbis & subjectis convenire arroganter dieenda; alias mehercle imprudenter & inconsidere si adhibita hæc medicamenta potius diffamantur,

quum effectu , qui de ipsis jaetabatur , ea frustrari homines videant .

38. Nostra itaque est sententia , illa nil efficere posse , ubi motus ille est impropotionatus v.g. ad faburram movendam , ad excludendos viscidos humores per alvum , ad sanguinis quantitatem immiuendam , neque ubi jam contratio quædam adest spasmodica , ipso nempe in paroxysmo ; quæ extra paroxysmum optime convenient , quatenus causam , excrementitia nimirum salia eliminando , transpirationem liberam reddendo , hæmorrhagias sistendo & convulsiones avertendo , præscindunt . Nil itaque soli præstabunt in affectu hydroperico , caecephatico , scorbutico , podagra inveterata , asthmate convulsivo , calculo , malo hypochondriaco & hysterico , contracturis , & ubi anxieties , diarrhoeæ , vomitus ventrisque tormenta infestant , nisi alia accedant debitaque dosi , & reiterata quidem , debitoque tempore propinuentur , & revera tunc temporis , quando humores redduntur fluxiles , intermissionis , præmissis præmittendis præparentibus &c. tuto nec sine effectu possunt exhiberi .

39. Veneris tinturæ , quæ sub specioso titulo & hodie pro tinturis martialibus venduntur , quantumvis ex parte præparentur , a venere tamen , cuius contagio & eati primo omne debent , omnis dependet effectus , variis id testantibus experimentis . In refracta enim dosi propinata eodem modo , quamquam non eadem securitate , ut alia medicamenta ex auro parata , agunt , dum irritando in toto corpore motus augent humoresque fortius impellunt , & hac ratione excretiones adjuvant , unde in variis morbis chronicis , epilepsia , vermis , sanguinis impuritatibus , febrilibus insultibus non de nihilo sunt . Quorsum etiam spectant crystalli cœruleo elegantissimo colore splendentes , efficacæ in epilepsia ex lacte corrupto generata haud spernendæ .

40. Nunc demum de mercurialibus quoque , quibus a magnis Chymiatris

divina vis tribui solet , aliqua adhuc erunt subjicienda . Indubium est , mercurium inter omnia mineralia & metallæ quoad agilitatem & efficaciam maxime esse penetrantissimum , qui in extre mole validissimos motus magnosque effectus in corpore humano edere solet , id quod mercurii crudi vel externus , vel internus usus in lue vene-rea curanda affatim testatur . Id tantum incommodi hoc generosum remedium habet , quod facile veneni induat naturam , præsertim si salia acria , quæ ejus amplexus mire appetunt , in corpore nostro accedant , quod præcaverti potest , si cum auro , quod mercurius fixissimus est , vel cum sulphureo quodam corpore , v.g. jove , sulphure antimonii combinetur , & debito calore digestivo temperetur ac subigatur , qua ratione in summe efficax transit medicamentum , quod adhuc eximiiori dotabitur virtute , si prius probe depuratur , qualiter purificandi modum tradit *Philaletha in Introitu aperto adclusum regis palatium* .

41. Noc certe medicamentum , si ullum , potentia valet in corpore motus , non tamen destructorios , excitandi , dum immediate agit in nervos & spiritus , minime autem proxime in sanguinem & humores , ut alia calida & sudorifera , vim suam exerit . Cum itaque omnium humorum & sanguinis motum in toto corpore reddat auctiorem , illeque circulus intensus incongrua expellendo , obstructions recludendo unice corpus sanet ; facile liquet , rebellium morborum sanationi hoc prudenter adhibitum satisfacere posse ; operatur autem potissimum per transpirationem , quam promoveudo vires suscitat , caloremque , eum tamen non excessivum , per totum corpus efficit , adeo ut ejus operatio fiat quasi in instanti , mox enim ægrotantes ab exhibitione talis remedii , ut & auri rite soluti , virium quoddam incitamentum majusque robur perficiunt . Hinc si ullum medicamentum reperiatur , quo mirabiles effectus in morbis possunt produci ,

duci, maxime hoc ipsum est; tantum quod ejus decens præparatio longum temporis spatum & indefessum exigat laborem. Verum enim vero nec ejus usus ubique quadrat, quem respunt & admodum abhorrent magna virium debilitas, tenera subjecti constitutio, fanguis calore hæstico vel febrili resolutus, inflammaciones, exulcerationes & corruptæ viscerum, alvi fluxus, vomitus; quibus in casibus si mercurialibus rem nostram agere susciperemus, magis tum noceremus, quam prodessemus.

42. Postquam hactenus celebratissimorum remediorum, quibus Herculeas operas communi empiria præstare volunt vulgares medici, universalibus remediis, panaceis, specificis, essentiis divinis &c. mire delectantes, mentionem & verum usum injecimus, jam tempus foret, ut produceremus exotica illa proximo abhinc tempore summis encomiis ad nos delata: ita v. g. herba ackmellæ ceu certum specificum contra calcinum, Pietra del Porco ceu tuffissimum alexipharmacum, & mures marini tanquam solamen præsentissimum affectuum hæmorrhoidalium commendantur; sed cum de eorum usu partim ex experientia, partim ex relatione aliorum, quod pollicitationibus effecta respondeant, & quod in aliis quoque reperiatur idem effectus, nihil certi determinare valeamus, siccò quod ajunt pede illa lubenter transibimus.

43. Unum adhuc supereft, ut brevibus tangamus, quod quandam magnam sui fecit existimationem, curam nimirum per sympathiam, quæ ceu certum & infallibile medium multis affectibus medendi tam in aulis principum, quam a magnis viris prædicabatur. At vero, hæc ipsa certe in te nihil valet, nisi quod fortior imaginatio quosdam effectus, maxime autem sudorem, in iis, qui sensibilioris sunt naturæ & ab animi motionibus facile occupantur, producat. In cuius rei certitudinem inquisitur ego ipsemet experimenta institui. excrements, nimirum urinam, cum pulvere isto famigeratissime, qui ex vitriolo, sale com-

muni & terris compositus erat, coquendo. Secutus equidem effetus sudorificus, at quod notatu dignum erat, etiam in aliis personis tum ægrotantibus, quorum cum urina coctionem talē non celebraveram; in ea autem versabantur ægroti opinione, ac si experimentum hoc cum ipsorum urina fuisset factum. Plane itaque infidum est & per accidens tantum quandoque aliquos post se relinquit effectus.

44. Ex merito sic, ut opinamur, empiria notata, supereft, ut vexatissimam hanc in foro medico quæstionem agitemus ac solvamus: num detur medicina universalis? Ad quam prævie reponimus; cuivis ex superiorius adductis satis constare, tales neatiquam dari posse, ut pote tale remedium, quod quovis sanet morbos, inveniri stolida esset assertio. Intelligenda itaque res ita est: an tale detur remedium, quod tuto in omnibus morbis possit præscribi, & quo solo etiam morbus alias sanationem non admittens ad eam possit deduci? quod neque posteriori hoc sensu locum habet. Nam quamvis non negemus, dari remedia multi & magni usus, fieri tamen non potest, ut ad unam classem referri valeant, quoniam in affectibus & paroxysmis saepius occurruunt motus sanguinis & spirituum exorbitantes & effrænes, qui sunt sistendi, cohibendi, demulcenti. Deinde, dantur etiam ex adverso morbi, ubi motus sunt languidi, debiles, imminuti, qui sunt excitandi, promovendi.

45. Præterea, medendi ars generalibus indicationibus multis de caulis, & impedimentis variis obstantibus nec comprehendit, nec iis acquiescere potest. Primus enim nisi in corpore adsunt spiritus, qui motus efficiant, nil juvabunt ea, quæ excitabunt, illi siquidem proxime & immediate constituunt impulsus in machina nostra; ubi ergo nullus motus per artem introduci potest, nullus stimulus proficit, sed tunc ea necessaria sunt, quæ materiam & pabulum spirituum largiuntur, neque etiam sufficiunt spiritus & ea quæ spiritus ad motum instigant, sed materia debet adesse mobilis,

in certa quantitate eaque non nimia , alias motus est improportionatus , neque in minima , alias deficit & languet . Deinde vero , humores quoque debent esse constituti debita in qualitate & temperie , qui si nimis fuerint densi , insipisci , crassi , fixi , nullus subsequitur motus , utrum stimulus & causa motus sufficiens adsit . Adhæc viæ quoque debent esse apertæ , liberae ; unde licet motus adsit , viæ vero compresæ & constrictæ aut oblitigate fuerint , tunc motus magis incongruus erit , & sèpius magis nocebit quam proderit . Reversa enim , quod quantitatam auget humorum , non potest eam adimere , & quodcumque humores consistentes reddit , illos non potest subtile , tenues , sulphureos & fluidos efficere .

46. Ex quibus omnibus juste concluditur , non unum ad amissum sufficere remedium , sed plura diversi generis diversæque naturæ & indolis concurrere debere ad obtainendam sanationem , quæ quum teste experientia non conspirent in unum effectum , certe unum remedium haud quam par erit . Tandem vero , qua ratione unum remedium temperiem sanguinis conservare possit , non videmus , cum spiritus vitæ , ut ROLFINCKIUS loqui amat in Chym. in artis formam reducta , a variis causis lèdatur , ideoque nec una sufficiat medicina , sed plures , ut removeantur plura hæc impedimenta . Quemadmodum enim non unum alimentum sufficit , quod corpus conservet , sed præter fluidum aereum temperatum alimenta ac potus variis generis vigorem ac sanitatem conservant : ita etiam diversæ naturæ esse debent , quæ restituant , quod desideratur , & detrahant , quod abundat & luxuriat , quo debita harmonia , temperies & propria non modo in mixtione humorum , verum etiam in eorum motu producatur , quæ uti fundamentum est vitæ ac sanitatis ; ita etiam fundamentum ac scopus debet esse omnis Therapiæ & curationis .

47. Ex eo jam perspicitur , quantum ignorantiam profiteantur , & quanti de-

ceptores sint ii , qui hominibus persuadent , dari certa adversus morbos particularia & universalia remedia : quod si ita esset , carere possemus studio medico & physico & facillimus labor esset curandi . At profecto res non adeo levis est , nec cadit vera medicina in idiotas , nisi per accidens , cum sola natura , vel medicamenta ex mero accidenti cœco impetu adhibita operantur . Stat ergo sententia CICERON. l. 2. de legib. quod , uti juris disciplina non haurienda est ex edictis iudicium , tabulis XII. sed ex intima philosophia ; ita quoque medicina non ex formulis medicorum , ex solo usu , sed ex rerum naturalium studio ducenda sit , quae vix medicus errare potest .

48. Ex prolixa hac medicamentorum serie , quam brevi , quantum fieri potuit , orationis filo prosecuti sumus , clarissime apparere arbitramur , talia remedia nunquam inveniri posse , quibus in singulis morborum curationibus certo confidere audeamus , ita ut omni tempore & in quibuscumque individuis optatum præstent effectum . Generosa , imo polychresta dari & haberi , secura pariter , quæ certis in morbis , quid quod in pluribus desideratissimam opem conferant , remedia , id omni modo largimur , agnoscimus & experimur . At , omnia illa non nisi relativa sunt , relatione nempe intentia ad causas morbificas ut & individua , unde est , quod prudentiam medendi & applicandi exposcant . Medicorum enim est , omnes tam prævias , quam concomitantes circumstantias probe inquirere , ponderare , naturam medicamentorum genio morbi , & quidem in tali individuo comparare ; quod si neglexerint , quid aliud quam mera & temeraria Empiria exsurgit ? Interdum quidem accidit , si aut fortuna adjuverit temeritatem & ab ejus farinæ medicis in mortem vel sanitatem propriaatum remedium , aut si forte concedente morbo illud profuerit , ut inde magna , imo divinæ propriodem scientiæ fama in vulgus dimanet ; sed , quamvis hic bonus & faustus eventus ex temere adhibitis medicamentis per accidens succedat , eo tamen , si

non alio nomine tota res culpanda erit, quod noxa, quæ debita prudentia adhibita evitari poterat, agrotorum afferat salutem.

49. Quod si igitur lapsam & quasi in ruinam omniumque contentum conjectam medicinam velimus erigere & pristino suo nitori restituere, veramque rationalem praxin & certam demonstrativam medendi rationem firmare ac statuminare, ante omnia opus est, ut afferatum conditions & remediorum operations in variis individuis, variisque morbificis causis & casibus probe attendamus. Profecto in eo differt vera praxis a vagabunda empiria, & veras medicus ab indocto & circumforaneo, quod ille certo scit, tam a priori quam a posteriori, que dama & incommoda & que utilitas ac fractus salutaris in subiecto agrotante sperari possit a medicamento. Hic autem vagabundus & confusus semper fluctuat, nil certi determinare potest.

50. Si quid itaque commendandum est, quod solidam praxia efficit quodque medicinam evehit, nil certe est excellenter, quam attente & solerter cum suis circumstantiis observare & annotare diversissimos effectus remediorum in his vel illis individuis, locis diversis, certis anni temporibus, certis in morbis & eorum progressu. Sic enim periti viri deprehenderunt, bonos in praxi eos feliciter progressus, qui morbos primis annis obvenientes cum omnibus circumstantiis memoriae & litteris probe manda- runt, consignato semper successu ac eventure remediorum. Optandum esset, ut omnes, qui medicinam faciunt, id monitum curæ cordique haberent, in quo sane omnis praxeos felicitas & auspiciatus successus agendi consistit. At vero, res non tam facilis & superficiaria est remediorum vires ac facultates recte explorandi, plura & majora sunt, que scrutinium hoc utilissimum morantur: non minima enim prudentia est, distinguere effectus remediorum ab effectibus solius naturæ, quandoquidem in morbo non tantum medicamenta agunt, sed &

natura ipsa agit ac ipsius quoque morbi vis non parum addit.

51. Quum itaque hinc facile confusio, errorum mater, gliscat, quatenus nempe fallacia causa ut causæ admittitur, quodque naturæ & morbo tribuendum, ipsi medico falso adscribitur, quod & PECHLINUS in suis observationibus memorat, dum: *Frequens, inquit, est in medicorum scholis fallacia causarum. O adeo quidem propria, ut neminem adhuc unum cognoverim eorum, qui ad praxin se adjecerunt, qui cum vitiis hoc non usque sit collectatus; omni modo e re fore judicamus, regulas & monelas quasdam hic annexere, que tractationi huic lucem affundere queant.* Primum ergo paucis edisserimus, quod naturæ effectus saepius ab ignaris medicis habeantur pro operationibus medicamentorum & pro actionibus suis venditentur, id optime notante GALENO l. i. de medicam. Facult. p. 21. quo loco ait: *Sape propriam cuiusque medicamenti vim obscurari necesse est, ubi fallentem aliunde qualitatem accepit.* Ita v.g. accidit, in variolarum principio vehementissima else symptomata, & delirium ipsa falso convulsiones accedere; si quis ipsa hæc symptomata, que vigore & natura morbi ita sunt, afferat medico, vel medicamento purganti, quorum usum hæc subsequuntur, is magnum ipsi inferet injuriam, & contra, quum circa diem quartum omnia sunt pacata & tranquilla, ferocia symptomatum remittit, si tunc alius medicus gloriari velit, suis datis remedii hæc se fustulisse, is certe inanem gloriam auccipatur, que potius vetrici naturæ in acceptis ferenda est.

52. Ex febribus intermitentibus ex, que auctumno & hyeme invadunt, sua natura ac indole curationis negotium difficultius reddunt. Si quis autem hanc curaadi difficultatem in medicum reji- cere velit, etiamli optima illuc facien- tia porrexerit remedia, is certe rei ignarus maxime errabit, & vice versa, quan- documque quispiam circa tempus ver- num & auctumnale, febris vehementia defer-

deservescente, omnem curandi gloriam certis tum temporis adhibitis remedii velit arrogare, is falsam ipsis tribuet virtutem: tali enim tempore vigorem nostra natura ipsamet par est proscribendæ mineræ febris per transpirationem aliaque excretoriæ, tanto magis, si idoneum ipsis suppetias ferat medicamentum. Frequenter quoque in febribus malignis continuisque evenit, symptomata adesse gravissima, præsertim in statu, quæ sua sponte sèpius cessant, vel etiam circa dies sic dictos criticos: septimum, nonum vel undecimum pejora fiunt: quando itaque melior vel pejor exsurgit status, quis adscribet hos medico vel medicamento effectus? Adhac, de febribus inflammatoriis, & præsertim peripneumonicis constat, has primis temporibus graviter affligere decumbentes, sed die quarto solvi sputo cruento & die septimo plerumque sudore terminari, ipsis naturæ robore. Perperam jam faciet is, qui remissionem morbi sua prudentia & medicatione vel remediis tum temporis datis procuratam esse gloriatur.

53. Quandoque contingit, febres continuas, variolis etiam & morbillis solemnies, certis temporibus non adeo mali esse moris, quo casu vel sola natura omnem medicinæ paginam absolvit, vel tantillo adjuta, quod sagacissimus motuum naturæ observator SYDENHAMIUS non otiose perspexit. Si jam medicus offert remedia, quorum nulla adeo erat necessitas, ipse interim morbus placide decurrit, & tum exinde velet concludere, sed datis medicamentis illud præstisſe, certe decipietur. Sic dantur quandoque quartanæ astivæ, quæ sanguineos & juvenes prehendunt, ex servidissimo acre subnatæ, in quibus china chinæ, salia abstersiva & regulus antimonii medicinalis egregiam ferunt opem, quam si quis credit universalem, & dicta remedia ceu specifica & quæ infallibiliter sanent in omni febre commender, is tempora & temperamenta distinguere haud novit; cum enim illic natura morbi benignior & mitior sit,

facilius quoque obsecundat remediorum energiæ. Sic v. g. videamus juvenes paralyticos facilius, senes ægrius sanitati reddi, quod certe non solis remedii, quæ contra affectum illum diriguntur, debetur, sed potius in ipso naturæ vigore causa est querenda.

54. Idem quoque obtinet in Chirurgicis ratione vulnerum, quæ in sanguineis & benignum seu dulcem sanguinem foventibus levi data opera ad consolidationem perducuntur, contra quam in melancholicis, cachecticis, scorbuticis sit, quos ob sanguinis dyscrasiam graviora symptomata manent, ut adeo effectuum diversitas ex unguentis & emplastris impositis non unice sit derivanda. Ita porro phthisis vera in astate juvenili orta, v. g. ex hæmoptysi & pleurite male curata, salva reliquorum viscerum *intervix*, medelam admittit, quæ in iis, quorum viscera scirrhosa & obstructa sunt hincque naturæ vires vacillant variis spasmis attritæ, haud æquæ speranda est, nec facile eadem remedia opposita quid proficiunt, quod iterum argumentum præbet dextri vel sinistri eventus ex ipsa natura decidendi.

55. Demum vero quid frequentius, quam febribus ardentibus complicari diarrhoeam, ægrorum salute in anticipi versante, quam in medicamenta mox propinata & medicum rejecturus utrisque faceret injuriam. Taceo, quod sèpius morbi chronicæ sub uno climate obstinati curam eludant, mutato cœlo, sub alio, accidente alia insuper diæta, stationem suam derelinquant. Maxime itaque errant, exsolutionem morborum a natura perpetratam suis, quæ præscripserunt, remedii pomposè adjudicantes, cuius opinionis falsitatem per sexcenta alia, si per speciale morborum classem sigillatim percurrere animus esset, facili negotio evincere possemus.

56. Quis quæso ex dictis jam non colligere poterit, effectus naturæ & medicamentorum probe ab invicem esse distinguendos, & non raro naturam, nullis adjutam remedii, aut levi saltam medi-

medicatione morbum profligare , & hoc jam est illud fulcrum , ille clypeus , illa anchora , sub cuius favore latitare , personas suas agere & famam venari possunt summe ignorantes , ita ut per naturam sint medici , minime vero per artem suam ac rationem , naturae opera pro suis audacter venditantes , quo stratagema & sagaces quandoque medici naturam & tramitem morbi , quem curant , probe intelligentes , hæc ipsa , quæ a natura efficiuntur , ad captandam famam & gloriam , in sua , ut facile est morborum ignariorum imponere , transferunt remedia , suæque vendicant prudentiæ . Deceptiones itaque in nulla re frequentius & facilius contingunt ac in medicina , ubi alias etiam prudentissimi falluntur , quum , optime norante PECHLINO in suis Observ. aliquando in medicina eveniant , quæ evenire nec posse nec debere juratus crederes , adeo aliena illa sunt tum a scopo medici , tum medicaminis effectu ; nunc etiam quæ speras & fingis animofutura , non eveniunt , alter quam oportet . Conf. BAGLIV. Prax. med. l. 1. cap. 2. §. 4. Sed candoris & veritatis amans hæc omnia non curat , sed tanto ardenter inquirit & separat , quid solius naturæ opus sit , & quid per naturam medicamenta operentur , quod alias sibi relata haud daret effectum . Nam natura semper etiam per medicamenta operatur , sed hoc maxime loco in questione est , quid natura sola possit efficere , & quid non , nisi per adjuncta medicamenta , & tum certi sumus de probata remediorum virtute .

57. Quo pacto vero ad illam cognoscendam pervenire possimus , monita quadam ceu regulas ad medicamentorum agendi modum investigandum & determinandum coronidis loco adjicere necessarium duximus , ut quæ hactenus dictorum erunt consectaria . Primum igitur ægre facienda sunt experimenta circa remediorum efficaciam in morbis acutis & continuis , ubi maximus jam dum naturæ est fervor , vel in bonum vel in malum cessurus eventum . Dici-

mus , obscuram hic fieri genuinam remediorum virtutem , quod hæc naturæ , tum in fastigio positæ , viribus implacentur & involvantur . Aliter se feret cum morbis chronicis , obfirmatis & contumacibus v. g. epilepsia interterata , quæ a sola natura haud excutitur ; hinc si medicamento disspellatur , nullis metuendis rediui , tum certe magna vis adscribi potest illi pharmaco contra eam in hoc vel illo subjecto directo . Pari modo febres intermittentes rarius a sola natura sanantur , quæ si identidem remediis tollantur , tum sane his causa curationis est adscribenda .

58. Porro mania soli naturæ nimis gravis est , ut ab ea superari valeat , quam si medicamenta sustulerint , ea utique haud exiguam reportabunt considerationem . Spasmodicæ partium contractiones , cardialgiaz , singultus , vomitiones , palpitationes , & quæ innumeræ alia symptomata hypochondriacos & hystericas diu graviterque exercentia , si certis remediis cessent , his sua efficacia est relinqua . Malam scorbuticum inveteratum & lues venerea sunt affectus gravissimi , quos sola natura non vincit ; quod si autem certa medela ipsis paretur , quis non in medico vel remedio hoc positum esse dixerit . Hæmoptysis , nimius mensium fluxus , fluor albus , mictus cruentus solius naturæ auxilio non facile cedunt , quos qui solide curaverit , macte sua laude dignus erit . Hydrops vel ascite vel anasarca non sanescit solius naturæ ope , cujus curationis fructus in medicinam omni modo redundat . Molestissimus ille podagricus affectus , bis per annum ad minimum ægros diversans , si a ferocia sua desistat , nec amplius revertatur , tum curatio non est de nihilo , nec tam naturæ quam medico tribuenda . Oculorum vitia , panum v. g. exulcerationes partium , capitis tineam , scabiem sicciam vel humidam , & omnes alios in exteriori corporis ambitu conspicuos morbos , sola natura rarius excutit , quorum peracta sanatione si ægri valeant , quis remedium hoc acceptum ferre nollet ?

59. Quis

59. Quisquis ergo gloriari cupit de certa remedii efficacia, de medicamento magna efficacia noviter invento, huic, nisi in memoratis morbis eodem se quid præstissime demonstraverit, non facile fides est habenda; scimus enim, quanti referat medicamentum in paroxysmo exhibuisse, quod extra ejus momentum nihil forte effatu dignum sitret, in quo a PECHLINO non dissentimus, quando in suis *Observ.* p. 17. scribit: *Non in alio magis medici boni prudentiam confistere, quam in temporis, aut momenti illius estimatione, quo natura jam ipsa solvere se gestit, siquidem illa obducante nesciretur;* hoc ipsum tamen remediorum explorationem relinquare incertam agnoscimus, cura in febribus continua & morbis acutis, nec non in paroxysmis chronicorum motus maxime sint vegeti & intensi, qui saepius bonum in finem cedunt, & dolores, spasmos, febriles commotiones ac symptomata his annexas averruncant. Omnis itaque eorum operatio, quæ in ejusmodi casibus divulgatur, valde dubia est, si non infida, cum medicus suis remediis motus exsuscitare hisque corpus humanum resarcire debeat, non natura sola, alias immergitur errorum labyrintho.

60. Deinde quoque, ut certior evadat de remediorum virtute peculiari ac specifica, non sufficit, ut semel vel bis talis sequatur effectus, sed saepius iterata confirmandus observatione. *Multi siquidem,* quos merito sagaciores esse admonet BAGLIVIUS lib. 1. *Præceps medicæ c. 5. §. 1. & 8.* quodque in initio hujus differt. notavimus, ob faustos eventus semel aut bis observatos ex aliquo remedio, vel potius ob innatam quandam proclivitatem tum laudandi, tum fingendi ad libitum medicamentorum vires, ita erga remedium aliquod afficiuntur, ut putent, illud unum ad curandos quosque morbos summam vim ac veluti imperium obtinere, sed progressu temporis remelius perspecta illud particularē & instabile, non vero commune ac perpetuum suisse animadverterunt. Non equidem

statim desistendum aut desperandum est de remedio, quando non in eodem morbo eadem operatio sequitur, nam causa morbi & subjectum variat, sed necesse est, ut medicus, si accuratam medicamentorum notitiam habere cupiat, toto morbi historiam cum adjectis circumstantiis & remediis usurpati graphicè concinnet, qua ratione minime est dubitandum, si similis quoad omnia occurrat, eandem exspectatadam esse virtutem & se speciales vires in hoc vel illo morbo experturum. Utinam hac methodo instructam generosorum remediorum haberemus cognitionem, ad quam quis sine improbo observandi studio non pervenerit, nisi medicastrum agere suique officii negligentiam praeseferre videri velit.

61. Porro medicamentum exploratum, hoc solum adhibeat, non cum aliis mixtum, ubi ab ingredientibus ad composta argumentari haud licet. *Dolorem enim est WALÆUM p. 49. uti composto,* ubi simplicia sufficiunt. *Composita enim ideo inducta videntur, ut medicamentum præcipuum aliorum additione abscondamus.* Impossibile quidem est, ut unum remedium omnibus satisficiat, interim tum, cum exhibet ut agat, non adjiciat alia, quæ vel infringere vel augere vim possunt, unde dubitatio postmodum injicitur de virtute ejus genuina. Quod si vero medicamentum compositum sit, cui tanta vis tribuitur, hoc non cum aliis jungatur, vel si certa methodus curandi venditatur, ea etiam bene erit attendenda, nec pro lubitu varianda, alias nihil certi inde elicere possumus. Optandum foret, ut gloria possemus in praxi medica, plures nobis notos esse specialissimos effectus in variis individuis remediorum heroicorum, ita majori felicitate, certitudine & fama salutem promoveremus ægrotorum. Sed proh dolor! pauca nobis nota sunt remedia, idque culpa perversæ methodi: nam cum variis compositis pro varietate individuorum pugnamus, quum ipsi medici sibi contrariantur, hicque hanc, ille aliam eligat methodum,

dum, quales autem observationes & quales effectus certi sunt, experientur medici.

62. Adhaec requiritur ad instituendam medicaminis examen, ut debita dosi certoque tempore detur & convenienter continuetur: sunt equidem qui sciunt certum adversus morbos remedium, sed quoniam debitum tempus non attendunt, desideratus effectus haud respondet. Quo faciunt ea, quæ leguntur in Dissertatione superiori de prudenti medicamentorum continuazione. Nunquam enim vires innotescunt remedii, quod non pro ratione individui vel morbi sub debita dosi & ad certum tempus usui destinatur: crebra enim mutatio remediorum medicinæ pestis est, quæ certitudini in arte medica comparanda admodum officit. Ad quam visitandam medicus non statim a medicamento desistat, memor moniti HIPPOCR. Sect. II. aphor. 52. dat: omnia secundum rationem facient, si non succedant secundum rationem, non est transcurrent ad aliud, si manet, quod ab initio visum est; si gravia superveniant symptomata, ipsi prudenter dijudicandum erit, an a vehementia morbi vel medicamenta illa sint arcessenda, quod ipsi constabit, si pluribus experimentis id scit effectum. Nec facile a cognitis usitatisque remedii ut securioribus ad incognita & vulgo dictas panaceas abripi le patiatur, ubi nil temere experiri medicum admonet HIPPOCR. l.6. Epid. Sect. 2. text. 29. sed bene fundata ratiocinatione, summa id exigente necessitate, ad alia denum accedat, quod & antiquiores medicos a se non aliena duxisse CELSUS auctor est, qui non quodlibet agris inculcaverunt, sed cogitarunt, quid maxime conveniret, & id usu explorarunt, ad quod conjectura adducti sunt.

63. Si quod autem praeter expectationem impedimentum cum ratione medicamenta prescribenti & de reliquo agenti interveniat, aut longe aliud occurrat phenomenou, subinde quidem cogit, memor illius ex CELSO, morborum in iisdem hominibus alias atque alias esse proprietates, & qui secundis

aliquando frustra curatus est, contrariis restitui. At sic diversum suo quem intenderat scopo advertens effectum simul sollicite inquirat, num relationi ægrotantium tuto fidere possit, ut qui non raro ipso inscio alterius coiudicam accipi medicamentis usi priorem anxiū redundat; de reliquo etiam animæ & imaginationis maxime subinde variantis vires in ligillandis remediorum effectibus non insuper habeat, qua de re miras eleganter annotavit historias PECHLINUS insuis observ. lib. III.

64. Demum certa ille in experiundis medicamentis ineedet via, qui elementa eorum activa, quibus agunt vel agere possunt, a priori cognoscere amittitur. Cui tentamen non modo manus porrigit ipsi sapor & odor, qui de elementis activis, sale & sulphure testantur, sed potissimum subvenit analysis chymica, variis per ignem adornatis desillationibus, solutionibus per artem, aut mixtionibus, reductionibus cum variis liquoribus celebratis, quibus omnibus naturam, indolem ac principia medicamenti detegere non minus curiosum quam fructuosum existit. Et si quis a priori cognoscit remedium v.g. mediante sapore, illico eo solo noscere poterit quasdam illius vires.

65. Propterea, si ex metallis & quidem mercurialibus desumptum est medicamentum, operabitur minima in mole; si est ex marte, virtute adstringiva & corroborante; si ex venere, irritativa; si ex saturno, constringente pollet; si sulphureum est minerale, praeter virtutem anodynæ sanguinem promotum a centro ad circumferentiam pellet; si ex regulo antimonii vel arsenico fuerit paratum, gravissimas & vehementes excitabit commotiones. Vegetabilia omnia agunt sale acri caustico vesicatorio, vel resina balsamica temperata, vel sale volatile oleoso, vel principio anodino, vel oleo æthereo, calido, vel sale nitroso abstergivo, vel terreis, fixis particulis, aut acidis, vel principio constringente. Animalia autem virtutem suam exserunt vel sale suo volatile, vel terra alkalina, vel principio vaporoso oleo-

oleoso, narcoticō. Longe vero excellētius & specialius sensibus nostris sistentur per varia experimenta chymica.

66. Quæ agendi principia si quis solerter rimetur & accurate calleat, & præterea ex physiologicis & pathologicis morbi characterem designet, symptomatum rationem & subjecti ægrotantis idiosyncrasiam & specialissimos motus attente evolvar, is mehercile ex analogismo juste colligere & determinare poterit, quæ vires, an salubræ, an noxiæ, ex remediorum usu sint exspectandæ, quæ nec suo destituentur eventu & ufu magis magisque confirmabuntur solerti, & tum longe certius & securius procedet, ac ille, qui solam consulit experientiam & citra rationem via incedit producta & obliqua: discit enim hic, ut PLINIUS inquit, quodque HIPPOCRATES in lege sua maxime conqueritur: periculis nostris, & per experimenta impune mortes agit.

67. Denique vero & ultimo, cum ad morborum indolem, tum ad medicamentorum efficaciam indagandum, inserviet exactior quædam ipsius subjecti ægrotantis ratione suæ constitutionis cognitio; non enim omnia omnibus utut eodem morbo detentis conveniunt, quod humorum temperies valde discrepet & hinc variam medicamenta nanciscantur operationem. Habent quæque temperamenta imo individata suos mores, morbos & peculiarem ad hunc vel illum motum suscipiendum proclivitatem, ut hinc non sine ratione jam ab antiquis id est syncreticis studium injunctum fuerit. Quam clariorem insuper dabit sexus consideratio, ut qui diversam sèpius tractandi methodum exposcit, quando spasticarum commotionum & phantasæ imperium in femininum præ virili cedit. Nec quidem negligenda sunt ætatis, vitæ generis, anni temporum, tempestatum, morborum prægressorum, regionum, aliorumque ad con-suetudinem specialem pertinentium

momenta, quæ singula ut in concin-nanda observatione desiderantur, & verum observationum usum consili-tuunt; ita suis quæque exemplis com-probentur.

68. Quodsi sic memoratas circa sub-jectum circumstantias, & circa medi-camen-tum tempus exhibitionis, dosis, applicandi modum ratione vehiculi medicius probe annotaverit, tum de-mum indicati & exhibiti sic medica-men-ti observet effectum, qualis mutatio contingat, an illa visatur in eva-cuationibus, quas promoveat vel et-iā sistat, an vero in incremento vi-rium vel robore functionum anima-lium, diversa pulsus vel urinæ con-ditione, aut appetitus vel somni re-stitutione consistat. Hac methodo ge-ninas medicamentorum explorabit vir-tutes, & scientifica Præceos non i-maginariam, sed experientiæ omni-no superstructam & firmam sibi com-parabit ideam; & inde est, quod me-dicum sic comparatura fortuna mini-ne egere, illam respicere aut exspecta-re, sed & citra fortunam & cum for-tuna recte facere egregie afferat de arte medica HIPPOCRATES noster de locis in homine text. 58. imo illum fortune in facienda arte penitus impe-rare velle, qui medicamentorum cer-tas ac in morborum curationibus non fallentes cognovit facultates; tum pergit: deinde vero quid opus est medici-na fortuna, si enim morborum medi-camenta clara sunt & manifesta, ve-lut equidem arbitror, non exspectat sane fortunam ad sanandos morbos, siquidem sunt medicamenta. Quibus omnibus ut medicamentorum vir-tus ad ipsam morbi naturam refer-tur & ex mutuo inter se habitu so-lide determinatur; ita accurata the-a-riæ cum praxi rationali connubium indissoluble merito infertur & statu-minatur.

DISSERTATIO VI.

DE COGNOSCENDA CORPORIS
HUMANI NATURA EX EF-
FECTU REMEDIORUM.

§. I.

Dejicit quidem jam dudum indefessus solertiorum medicorum labor commune illud omnis Empiriae fulcrum, fallacissimum commentum: existere in rerum natura talia corpora, quæ ex infinita quadam virtute specifica, certum morbi genus, quocunque illud etiam corripuerit subjectum, & a quacunque causa ortum traxerit, tollere possint atque profigare. Verum enim vero licet detimenta compendiosæ hujus præcoxos jam satis superque sint detecta; nihilominus magna adhuc mortalium pars, brevitatem hujus ad sanitatem reducentis viæ magnopere delectatur: hincque multi, cum viderunt, hoc vel illud remedii genus in morbo quodam commodam aliquando præstilisse operam, prompti inveniuntur, ad fingenandam sibi compendiariam huncce morbum abigendi methodum. Quam primum enim morbus, respectu symptomatum, ex parte tantummodo similius ingruit, statim ad idem tanquam ad sacram anchoram refugiunt auxilium, & facta falsissima a particulari ad universale conclusione, illud, quod uni vel alteri profuit, omnibus conducibile, non sinepræsentaneo ægrotantium credunt detimento.

2. Tantum vero abest, ut sinister, qui medicamenta empirice ita applicata ut plurimum sequitur eventus, tales medicos erroris sui arguere valeat; ut potius plurimi tam ex nobilium quam plebeiorum numero de illis rebus, quæ medicamentorum titulo ornantur, perversentiant, quod ex se & sua natura sint, salpibres, nequaquam vero ad damnum perniciemque corpori inferendam aptæ atque proclives. Quanta autem ex pu-

trida hac empiricæ ignorantia seatur igne indies propullulent mala, copiosissima etiæque tristissima testantur exempla. Id quod optime norunt illi, qui ex indefessa attentione practica didicerunt, medicamenta non absolutas, sed certa ad ægrotantis corpus facta relatione limitatas possidere vires; qui que porro prudenti medicamentorum analysi physico-chymica cognoverunt, plurima illorum, si quædam forsitan ex iis, quæ universaliū & auro productorum nomine circumferuntur, excluseris, talia contineare principia, quæ in corpore nostro non otiose jacent, sed varias in solidis fluidisque illius partibus eorundemque motu producendo mutationes, activam suam vim, & tam ad juvandum quam nocendum præmititudinem satis superque produnt.

3. Quum itaque empirica talis, & sine omni habito ad subjectorum causarumque differentiam respectu instituta praxis, sanitatem ipsamque vitam hominum tantis exponat periculis: certe illi mihi singulare ac immortali laude digni videntur, qui securiorem pandunt viam, sedulo inculcando necessitatem, suppeditando simul media differentiam individualem rite cognoscendi, indeolem genuinam, causasque morborum veras judiciose eruendi, & sic tandem prudenter inveniendi, quid cuique noxiū quidque salutare. Quantum ego qui em hactenus potui docentis munere functus nunquam non ad id curam intendi, ut demonstrata morborum origine ac genio selectissima ipsique causis morborum removendis apta remedia suppeditem, ex horum vero operatione ac effectu maxime omnium eruam, qua ratione ipsius morbi indoles ægrotantisque natura rite inde cognosci possit ac debeat. Quod scrutinium pragmaticum quum magni in re medica sit momenti eximiaque utilitatis, dignum aestimavi, quod paulo fusius in præsenti specimine pertractetur.

4. Paradoxum forte meum videbitur institutum, quod ex effectu remediorum, cognitionem corporis humani indolis-

dolisque morborum desumendam suadet; cum tamen ipse paulo ante fassus fuerim, omnem remediorum applicationem, nisi prius hæc omnia probe explorata fuerint, temerariam esse, empiricam atque periculi plenam. Quo itaque objectionem hanc in ipso statim lime removeam, clarius mentem meam hac de re explicare atque declarare placet. Utique ego cùm omnibus medicis rationalis amatoribus firmiter statuo, quod certa atque sufficiens corporis moxibique cognitio, omnem medicamentorum, in primis vero validiorum exhibitionem semper præcedere, hæcque in illa fundata esse debeat. Id quod suo jam tempore optime cognoverat ARISTOTELES: ille enim medico, quem, ut sibi in morbo quodam auxiliatrices porrigeret manus, vocari jusserrat, dum hic statim, nulla antea adduta causa & ratione, pharmacum vellet propinare, his verbis negligentiam exprobrasse dicitur: *Numquid bubulo mederi putas? rationem edissere, cur mihi necesse sit pharmacum bibere, si me faciem vis?* ob sequentem tibi habere.

5. Longissime itaque a mente mea aberrarent illi, qui ex dissertationis hujus titulo falsissimam, & a me, & a veiiate alienissimam extorquere contenderent opinionem, quasi licaret medico ad ægrotum vocato, naturam illius statim medicamentorum ope explorare, aliis & tutoribus idem illud cognoscendi posthabitis atque neglectis signis. Certe si illum aliud experimentum medicum, hoc quam maxime, secundum magni HIPPOCRATIS effatum, Aphor. I. Sect. I. esset periculosum. Et dolenda sane miserorum illorum conditio, qui, dum ægrotant, in hujus farinæ medicos incident: justissimam enim obtinent causam priscas illas sapientis repeterere querelas: *Discunt periculis nostris, experimenta per mores agunt, medicoque tantum hominem occidisse summa impunitas est.* Minime itaque illuc præsens mea tendit pertractatio, ut tali modo effrenata empiricorum audaciae frenna ulterius laxet, sed potius ut inji-

ciat. Mecum enim fusius ostendere constitui, quomodo medicus solida scientia limationique judicio instructus, si ad mutationes illas, quas medicamenta in corpore ægrotantis producunt, sollicite attenderit, pulcherrimam sæpe obtineat occasionem, intimius adhuc abditos & reconditos naturæ cognoscendi recessus. Cum enim ad feliciorum curationem summe necessaria sit accuratio ægrotantis ejusdemque constitutionis notitia; certe omnia quæ nos ad eandem ullo modo perducere possunt, sedulo quoque erunt attendenda.

6. Minime igitur credat medicus, se officio suo jam satisfecisse penitus, omniaque jam satis explorasse, si ad ægrotum accedens illius tetigerit carpum, & ex HIPPOCRATIS præscripto ex eo sciscitatus fuerit, quæ patiatur; & ex qua causa; & quot jam diebus: an venter fecerat, & quo viclu utatur: adjiciendæ enim multæ adhuc aliae quæstiones, ex quibus nec illa omittenda, num patiens jam quibusdam usus fuerit remediis, quænam illa fuerint, & quem habuerint effectum? Et hæc quæstio rarius quidem attenditur, utrilibet tam & peropportune nostris præsertim temporibus instituitur, quippe hodie medicus non facile ad infirmum, præsertim ex plebe curandum vocatur, qui non jam variis, amicorum & aliorum suauis, usus fuerit medicamentis. In primis vero, si miseræ conditioni illorum succurrentum, qui morbis chronicis, complicatis, varioque medentium & medicamentorum incongruorum usu corruptis, vexantur, nunquam præsidium aliquod vel solamen ex artis surpenu de promere illisque porrigeret poterit medicus, nisi ad ea, quæ sub priori perversa medicatione fuerunt adhibita, omni cura respiciat, & illorum quoque remediorum: quæ ipse indicationibus quantum potest accommodate præscribit, operationem atque effectum sollicite observet, & quid ulterius suscipendum exinde judicet atque concludat.

7. Ut vero ordine procedam, aliquam tituli explicationem præmittere placet,

placet, ut eo clarius constet, quo sensu illa sint accipienda, de quibus in praesenti acturus sum. Facile quidem huic labori supersedere possem, cum quilibet ex allatis jam facile perspicere queat, quid per naturae vocabulum intellectum velim. Quo vero omnem verborum ambiguum sensum removeam, mentem meam clarius detegam. Paucis itaque moneo, me sub naturae nomine hoc loco nihil aliud intelligere, nisi quod communis & in vulgus noto sensu denotare solet, constitutionem nempe corporum internam, sive dispositionem individualem; quo sensu multi dicere assolent, se robustiorem, aliis se debiliorem possidere naturam, medicosque ordinarios alii idecirco preferunt, quod experientia edocti naturam suam melius jam cognoverint. Est itaque natura ex remediorum effectu cognoscenda mihi nihil aliud, quam peculiaris & specialis quedam, quam quilibet homo sigillatum possidet, partium solidarum & fluidarum inter se invicem mutua proportio, & exinde resultans ad motus & functiones tam naturales quam præternaturales dispositio.

8. Quod quilibet homo peculiari proportione solidorum & fluidorum inter se invicem gaudeat, prolixiori non indiget probatione, cum quisque qui corpus suum in relatione ad aliorum corpora paulo accuratius considerat, se ipsum facile de veritate hac convincere queat.

9. Neque illud, quod ex hac peculiari proportione in quovis individuo specialis quedam ad motus dispositio resultet, adeo absconditum, abstrusum atque ignotum est, ut longa & operosa demonstrationum serie & argumentorum concatenatione opus habeat. Dum enim experientia quotidiana docet, illos homines, qui tendines crassiores, vasa capaciora, musculosque compatiatores, solidiores & ex durioribus fibris sibi invicem arctius junctis compositos, laudabiliumque humorum temperato influxu irrigatos obtinent, maiorem semper ad motus quoscunque & vehementiores quoque labores subeun-

dos diutiusqæ continuandos possidere dispositionem & promtitudinem, quam quidem illi, in quorum corporibus ante dicta contrario modo se se habent, qui nempe teneriores nervos, tendines graciliores, minora & angustiora vasa, carnemque molliorem, flaccidiorem & laxioris compaginis nacti fuerunt: cui libet facile constabit, diversam hanc corporum ad naturales motus dispositionem non aliunde elici, quam ex diversa solidorum & fluidorum constitutione & proportione; hanc nimurum inferre corporibus debilitatem, quæ nihil aliud est, quam motuum languor, defectus atque inertia, illam vero ipsis largiri robur atque vires, sive quod idem, vigorum motuum atque energiam.

10. Facilis pariter erit negotii, si modo ad ea, quæ experientia rursus suppeditat adminicula rite attendimus, illius quoque assertionis agnoscere veritatem, quod scilicet peculiaris quoque ad præternaturales motus dispositio pariter ex singulari solidorum & fluidorum proportione proveniat. Videmus enim indies, multos sub ingenti illo morborum rerumque nocentium numero, nihilominus plena & perfecta frui per plures annos sanitatem, nullamque prorsus motuum suorum naturalium ab injuriis externis reportare perturbationem morbosam: multos vero miseram continuo vivere vitam, quotidie fere variis malis, doloribus, tumoribus, inflammationibus, spasmis, fluxionibus vexari atque exagitari. Observamus porro certis in subjectis peculiarem & propriam quasi ad hunc vel illum morbum propensionem. Sic feminæ nonnullæ, ex percepto suaveolentium, ut moschi, zibethi vel jasmini odore, in vehementissimos spasticos imo convulsivos motus abripiuntur; pluribus aliis summo cum delectamento & virium refectione crebrius iis utentibus. Illi ex esu quorundam ciborum, quos hi sine ullo incommodo concoquunt, insignem statim ventriculi reportant gravitatem, præcordiorum angustia, torminibus, flatibus & alvi obstructione adficiuntur.

11. Porro , nocentissimæ , infensissimæ & summe activæ illæ res , quæ causam morborum epidemicorum & contagiosorum constituant , non omnes , qui eundem aerem particulis hisce noxiis refertum & inquinatum hauriunt , indiferminatim hisce morbis subjiciunt . Notatu hac de re diguum mihi videtur el. RAMAZINI in *Dissert. de Pestle Viennensi pag.m.707.* prolatum judicium . Quum plura prius tam ex sua ipsis quam aliorum experientia , & inter illa ex CARDANO de Pestle Basiliensi adduxisset , quod , pestis saevissima , dum urbem hanc civibus suis pene depopulata esset , Italos , Hispanos aliasque nationes exteras , que tunc in urbe aderant , vix attigerit ; in hac tandem erumpit verba : *Hanc nimirum habent epidemicæ morbi naturam , ut eos , quibus eadem humorum prava diathesis , quacunque sit causa , sive ab aere , sive ab aquis , aut alimentis ortum habeuerint , facili negotio corripiant .* Inprimis vero epidemicæ & ex communii quadam causa producti morbi , diverso suo , quem in diversis subjectis sortiuntur , decursu atque exitu , nos clarissime docent , magnam quidem interdum morborum causis inesse , motus naturales invertendi vim atque potentiam , hanc tamen nunquam esse absolutam , sed varie semper , peculiari & specifica partium solidarum structura , fluidarum crassi , proportione & dispositione , modificari , limitari , atque determinari .

12. Videmus illud in primis , quando variolosa febris certis in locis infantilem ætatem hostiliter aggreditur : in nonnullis enim , qui justa solidorum & fluidorum gaudent proportione , consueto tempore , certoque ordine , placide satis atque tranquille eruptio , suppuration & exsiccatio succedunt , & ægrotantes brevi tempore integrum & plenam recuperant sanitatem ; in aliis vero , quorum corpora impuris repleta sunt succis , & vel hæreditaria vel acquisita imbecillitate laborant , gravissima & eruptionem & suppurationem concomitantur symptomata , sub quibus plures vel miserere

pereant , vel , si forsan aut ipsius naturæ aut remediorum auxilio ex mortis faucibus eripiuntur , ad alia gravissima disponentur mala , ut multis quoque jam exinde præterlapsis annis cum atrocissimis affectibus , veluti internis apostematibus atque abscessibus , externis fœdis cancroli & exedentibus ulceribus , tanquam tristissimis variolosi morbi reliquii ipsis sit conflictandum . Et sic quoque omnes alii morbi multo mitius decurunt , si in corpore benignos , dulces atque temperatos humores , viresque & robur offendunt ; gravius vero affligunt , si horum loco multæ fordes , inquinamenta varia , viriumque penuria præsto sunt .

13. Ut vero illæ res , quæ causas morborum constituant , non absoluta gaudent nocendi potentia ; sic quoque illæ , quæ in numerum remediorum receptæ , limitata & relativa tantum juvandi virtute instructæ deprehendontur . In omnibus enim remediorum effectu , sive proficiuus sive noxius ille fuerit , plures concurrunt causæ , quarum nexus sollicite semper considerandus . Cum enim omnium medicamentorum efficacia non nisi motu absolvatur ; motus vero unius corporis productum esse nequeat , sed demum ex actione & reactione diversorum resultet ; quilibet facile perspicit , quod omnis remediorum effectus non unice dependeat ab activa illorum vi , sed quod ad eundem , & structura corporis & ipsa materialis morbi causa multum conferre debeant .

14. Clarissime hujus argumenti veritas elucescit ex effectu , quo magnesia nitri , tutissimum illud ad acidas primis in viis stabulantes impuritates educendas præsidium , hypochondriaco malo laborantes solatur . Est enim illa nihil aliud , quam subtilissimus calcis vivæ flos , qui per se omni laxante virtute defituitur , si vero præsente in primis viis copioso acido allumitur , promte cum eodem congregatur , quo facto ex hisce duobus , tertium quoddam exsurgit corpus , quod salibus illis neutrīs , quæ vel arte parantur , vel in fontium nonnullorum aquis repe-

reperiuntur effectu est simillimum; tunc enim particulis suis salino amaricantibus & acribus tunicas intestinorum irritat & stimulat, quam irritationem postmodum excipit frequentior promptiorque fibrarum tam longitudinalium quam orbicularium reciproca contractio & dilatatio, sive, quod idem, auctior peristalticus motus, a quo deinde vegetior sordium alvinarum oritur exclusio. Ex quibus liquido, ut ego arbitror, constat, effectum hujus medicamenti laxantem a trium causarum dependere nexus. Magnesia enim hoc tantum praestat, ut acidum imbibat, acidum vero terram hanc calcaream insipidam spiculis armat acribus, quorum stimulo postmodum fibræ intestinorum officiū sui, quod quidem jam antea sed signius præstiterant, admonetur, ut nunc illud promptius, vegetius & efficacius absolvant.

15. His itaque præmissis ad specialiorem Thematicis pertractionem descendendo. Quod si enim illud prius evictum, quod cuiuslibet hominis individualis constitutio, morborumque specifica indoles, multum conferant, ut certus quidam medicamenta exhibita excipiat effectus, quodque omnis effectuum horum discrepantia atque diversitas, non ex essentia remedii, sed ex natura ægrotantis morbique qualitate, tanquam a causa efficiente proveniat; quisque faciliter negotio perspicit, optime a diversimode ita alteratis remediorum effectibus ad dispositionem individualem, tanquam ab effectu ad ejus causam, & a diversitate effectus ad diversitatem causæ posse concludi. Cum vero omnes veritates practicæ in arte medica multo majoris pondus roburque ab experientia suffragio observationumque fide, quam ex nudis talique fulcro destitutis speculacionibus accipiunt, nolo & ego in præsenti tempore, iisdem consumere, sed percurrente diversa remediorum genera, nonnulla ex illis accuriori & specialiori considerationi subjiciam, ita quidem, ut recentis prius, quos experientia testis, ediderunt, diversis effectibus ostendam, quantum ex hac effectuum

differentia, de solidorum & fluidorum constitutione & proportione, dispositioneque ad motus, tam naturales quam præternaturales, sagaci scrutinio indagari queat.

16. Produco hunc in finem primo in conspectum evacuantia, & ex illorum numero in primis ea, quæ sordes in ventriculo & duodeno potissimum contexitas motu horum inverso superius per os ejiciunt, & emetica medicis audiunt. Si itaque horum effectus, quos in diversis subjectis edunt, paulo curatius consideramus, tantam in illis observamus differentiam, quæ nos manu quasi ducere poterit ad cognoscendam specialem corporum constitutionem, tanquam differentia hujus genuinam causam. Sic enim, si emetica subjectis ætate diversis adhibentur, diversissimus quoque observatur effectus; idem enim emeticum, quod sufficit ventriculum infantes vel pueri ad subversionem & vomitum concitare, id ætate proiectioribus sub eadem dosi exhibitum, vel insufficiens, vel plane nullum edit effectum; illud vero, quod huic ætati vomitum sine noxa moveret, in senio constitutis non absque periculo exhibetur, immo nonnunquam veneni loco esse poterit. Quo ipso egregie confirmatur veritas illa, ex aliis quoque indiciis nota, quod nempe corpora nostra, pro differentia ætatis & annorum, ratione virium & roboris quoque differant. Dum enim emetica nonnisi spasmus agunt, quem spiculis suis acerrimis tunics ventriculi, fibras illarum nerveas irritando & lancingando, inducunt; necessario in illis fortiorema validioreme edere debent effectum, quorum fibræ uti in toto corpore sic etiam in ventriculo sunt teneriores, sensibiliores, minus robustæ, & idcirco ad resistendum non ira idoneæ, quam quidem in illis, qui solida possident robustiora, per temperatum sanguinis & lymphæ subtilioris influxum justo tono & viribus tum ad motus naturales absolvendos, tum ad inordinatos ab externis objectis imminentes superandos, instru-

17. Nec vero illam tantum differentiam, quæ ratione ætatis humana intercedit corpora, emeticorum effectus indicat, sed eam quoque prodit, quam unius ejusdemque ætatis homines ex aliis causis obtinent. Sic enim unum idemque emeticum hominibus in eadem ætate constitutis æquali dosi eodemque tempore exhibitum, effectus edit longe quoque discrepantes. Liceat mihi exempli loco emeticum quoddam, ut ita dicam diæticum proferre, cum vomitoria pharmaceutica non facile uno tempore eademque dosi plures ejusdem ætatis & cæteroquin sani homines assumere soleant. Consistit illud in poculis compotantium vino vel cerevisia repletis, quæ licet omni fibro careant, optimo tamen jure emetica dicenda, dum repetitis vicibus pleno haustru a strenuis Bachi cultoribus, in perniciem potius quam, ut propinando dicunt, in salutem ventriculo reluctanti ingeruntur. Alius enim a longe minori potus ingesta mole ventriculum suum ita distendi percipit, ut vi illius expultrici non amplius resistere valeat; alius, qui multo majorem ingurgitat copiam, ne nausea quidem, multo minus vomitu afficitur; alius nauseam sentit molestissimam, vomitum vero anxie etiam desideratum, stimulo quamvis adhibito, excitare nequit. Alius, qui ex illorum forsan numero, qui quotidie ejicendo non vorandi, ut CELSUS lib. 1. cap. 3. dicit, sed bibendi facultatem moliuntur, peracto jam vomitum plura adhuc exhaustit pocula, nihilque se exinde debilitari ostendit; cum alii ita enerventur, ut somno deperditas recuperare vires necesse habeant, imo insequente die magnam appetitus viriumque persentiant proportionem.

18. Ex his itaque diversissimis effectibus, qui nimiam per copiosorem potum ventriculi distensionem excipiunt, multa commode desumi poterunt, constitutionis individualis indicia. Sic enim illum, qui minori ventriculi distensione ad nauseam vomitumque commovetur, non tantum ventriculum sensibiliorem,

sed totum nervosum genus debile & leviter accedente stimulo in anomalous motus proclive possidere, non sine ratione concluditur, id quod de illis quoque valet, qui ingentem virium & appetitus imminationem post vomitum experiuntur. Robustioribus vero annumerandi erunt illi, qui majorem sine nausea & vomitu perferre possunt ventriculi distensionem & qui peracto vomitu, nec appetitus, nec virium singulare quoddam sentiunt detrimentum. Monendum tamen, quod, antequam ex dietis effectibus de individuali constitutione formetur judicium, aliae quoque res concurrentes prius probe sint attendendæ, & in primis sollicitate illuc respiciendum, num subiectum longa consuetudine ad hunc vel illum effectum fuerit dispositum, quæ omnia, si non tantum praesenti in casu, sed etiam circa aliorum remediorum operationem rite semper obseruantur, multum omnino lucis afferre possent, ad detegendam peculiarem illam vim motuum solidorum & fluidorum, & quousque actio illorum atque reactio a justa temperie, proportione & aequilibrio recessat.

19. Emetica melancholia hypochondriaca laborantibus exhibita interdum nullum plane edunt effectum; si vero præmitantur illorum usui absorbentia & alcalina, vel si unacum infuso ex manna propinantur, facilius felicisque operationem suam absolvunt. Clarissime hoc ipso discimus, melancholiam sic dictam hypochondriacam multum fore ri ab acidis cruditatibus, quæ ob destrutum ventriculi & intestinorum tonum in illorum cavitate copiose generantur. Quod enim haec ipsa impedianc emetica, quo minus suam perficere possint operationem, primo exinde patet, quod acids extra corpus nostrum quoque maximum vim possideant, principium summe activum & subtilissimum emeticorum figendi & destruendi; secundo, quod adhibitis prius antacidis, ut absorbentibus alcalinis, vel etiam manna, quæ pariter dulcedine sua acidum extinxit corrigere atque inverttere potest, v-

mito.

mitoria vegete satis atque efficaciter officio suo satisfaciant, & ingentem sepe corruptorum humorum colluviem per os ejiciant.

20. In iētero emetica nonnunquam ægrotantes in præsentaneum vitæ discri-
men perducunt, imo interdum hunc ipsum morbum ante nondum præsen-
tem, in corpore disposito excitant; non-
nunquam vero optime conducunt, imo
unicum ad hostem hunc e corpore ej-
ciendum evadunt præsidium. Diversi-
sum iterum hoc loco emetica sortiun-
tur successum, perniciosum scilicet &
summe quoque salutarem atque profi-
cuum; quo ipso aperte satis produnt,
non unius ejusdemque, sed discrepantis
plane indolis hujus effectus esse causam.
Quod si enim noxius illorum oblatio-
nem sequitur effectus, indicium ille præ-
bet non contemnendum, iētericum malum a spasmodica ventriculi & annexi duodeni, in quod cholodochus ductus bilem exonerat, constrictione, & præ-
cluso hoc modo bilis in intestinorum canalem influxu, ortum suum habuisse.
Si ergo partibus hisce spastmo jam adfe-
ctis major adhuc emeticorum stimulo inducitur crispatura & contractio, cau-
sa iēterum producens non tollitur, sed potius confirmatur atque augetur. Imo,
si validius fuerit vomitorium, in tantam interdum ventriculus abripitur spasmodicam constrictiōnem, ut san-
guis intra illius tunicas exinde incarce-
retur & periculi plena oriatur inflam-
matio.

21. Si vero bono cum eventu adhi-
bentur in iētero emetica, aliam plane indicant huncce morbum excitasse cau-
sam, imo illa ipsa, quæ tali in casu horum remediorum ope ex corpore cum euphoria eliminatur copia viscidioris & crassioris biliosæ faburræ, bilis in intes-
tina influxum, non spastmo tunicarum duodeni fuisse interceptum, sed illam propria sua visciditate, qua ductus suos atonia laborantes obstruxerat, exitum sibi præclusisse testatur. Dum itaque emeticorum ope, quæ utique virtutem suam ad biliarios usque ductus exten-

dunt, nervosi hi canales, ad majorem oscillationis & contractionis gradum animantur, illud quoque, quod in illo-
rum cavo hæret, promptius eliminant,
sicque emetica dum causam tollunt, ip-
sum morbum ex voto pellunt. Sed suf-
ficiant hæc, quæ de emeticis hic usque differui, quamvis enim plura adhuc su-
persint, ad ulteriore argumenti hujus illustrationem ex eorum effectu desu-
menda, nolo tamen longius illis insi-
stere, sed me potius converto ad ea,
quæ contentas in intestinorum cavo re-
crementitas fordes inferius per alvum
eliminant, & quæ si vehementius &
impetuosis illud efficiunt purgantium,
si vero mitius id præstant, laxantium &
lenientium nomine insigniri solent.

22. Quod purgantia illa drastica atti-
net, quæ principium tenuissimum cau-
sticum & virulentæ indolis possident,
rarius quidem illa nostris temporibus a
judicio & conscientioso medico vocan-
tur in usum: Interdum tamen ea est
morborum contumacia, ut, dum mi-
tiora omnia elidunt, ad potentiora &
sic dicta heroica medicamenta, magna
vero cum circumspectione sit descendendū.
Hinc ex horum quoque effectu
corporum naturam indagandi mihi re-
linquitur occasio. Sic enim experientia
testimonio constat, purgantia validiora
ad aquas hydropicorum evacuandas vul-
go adhiberi, docet vero illa quoque,
nonnunquam bono, nonnunquam vero
malo illud ipsum fieri cum successu, cla-
rissimo iterum documento: non unam
eandemque hydropicorum ipsiusque
morbi esse naturam. Dum enim exhibi-
to acriorum purgantium stimulo, & il-
lius ope ad majorem motum contractio-
nenque concitatis nervosis & membrano-
nis partibus salubris aquæ impetratur
evacuatio, nulla subsequentem virium
prostratione & nova humoris inundatione,
leviore tantum subfuisse cau-
sam, lentiorem nempe per abdominis summe debilitata viscera, sanguinis at-
que lymphæ progressum, atque ex horum stagnatione exortam seri per vasorum po-
ros in abdominis cavum muscularumque

intersititia secessionem, indicio est. Si vero & hoc in casu plus valet arte malum, & drasticis his adhibitis in pejus ruit misera hydropicorum afflictio, a graviori illam sustentari causa, aquarumque copiam ex ruptis, ob viscerum & glandularum obstructionem plenariam, vasis lymphaticis, tanquam ex fonte nulla arte exantlando, profluere, non obscure concludere licet.

23. Quo rarius vero purgantia locum inveniunt, eo crebrius contra laxantia & lenientia ob moderationia & temperatiora quibus agunt principia, vocantur in usum, ita quidem, ut præservationis quoque gratia a multis certis anni temporibus usurpari soleant; quo ipso vero medicus, qui curiosiori animo præditus, pulcherrimam ad cognoscendam & percutandam diversam hominum naturam, obtinet occasionem. Adhibui hac quoque in parte, sicuti in aliis omnem, quam potui solertia: dum enim olim Regio jussu pueris quibusdam ejusdem fere ætatis, eodemque & vita & virtus genere educatis, tempore vernali infusum quoddam laxans præscriptissimum, & postmodum ex singulis operationis quererem successum, diversissimos infusum præscriptum deprehendi edidisse effectus, quos non solum ipse totidem diversæ naturæ subjectorum indica consideravi, sed & aliis exempli & incitamentiloco in scriptis meis proposui, ut simili quoque diligentia ad illa respiciant, quæ ad cognoscendam corporis nostri naturam aliquid conferre possunt.

24. Recordor hac occasione, dum quondam aliqua aquæ cujusdam fontis & ex ea excocti salis ad me transmittenetur portio, ut meam de illa, facto examine chymico, declararem mentem, me nonnullis auditorum meorum hujus salis amaricantis & nitroſi saporis præbusisse dosin, ut suo ipsi corpore virtutem illius laxantem explorarent, ubi pariter sub relatione effectuum magna occurribat differentia; aliis enim bis, aliis crebrius aperuerat alvum, & quidem vel cum vel sine torminibus; nonnulli post

assumptionem hujus salis nitroſi magnam, alii vero exigua, vel plane nullam senserant refrigerationem. Sic quoque memoriam subit, practicum quendam feminæ, corporis laxi & spongioli, pilulas præscripsiſſe laxantes balamicas, quæ ipsi alias familiari in usu, & quas ſepiuſ jam, ſubſequente leniſſima alvi apertione, auſumferat, inexpectato nunc cum ſuccelu; creberriſſe enim hac vice illarum uſum excipiebant dejectiones, ingenti焦急ate, tormentum atrociam, & virium prostrationē stipatae.

25. Causa hujus nimii effectus minime in effentia & compositione remedii erit querenda; quod enim si eſſet, alio quoque tempore pari cum vehementia operationem ſuam debuſſet absolvere; ſed potius ad praefentem hujus feminæ variis ex cauſis alteratum & immutatum internum ſtatū erit respiciendum. Notum vero eſt, leniſſima quoque laxantia drasticorum purgantium acquirere vehementiam; ſi corpori exhibeantur, cuius in abdomine contenta viſcera ſpasmodis obleſſa, & quod impuris & acrimonias infectis ſuccis valde repletum eſt. Tunc enim laxantium ſtimulo multo vehementius crifpantur nimium jam ob ſpasmodum oscillantes intestinorum fibrae, & provocatus hoc ipſo acrīum & impurorum humorum ad intestina irritata affluxus, non tantum vim remedii laxantem valde iſtendit atque auget, ſed dum diutius quoque continuat, cefante etiamnum medicamenti ſtimulo, illius effectum ſuſtentat atque producit. Et talem quoque eo tempore hujus feminæ fuiffe conſtitutionem, ex exacerbato & nimium aucto exhibiti laxantis effectu conſicere licet; imo clarissime patet, ſi insuper conſideremus, quod circa instans menstrui fluxus tempus fuerit exhibutum, cum haec ſanguinis excretio nunquam ſine ſpasmodica inferiorum partium affectione contingere ſoleat, & quod adhibitis postmodum congruis remediis, excrementitia & acrimonie non expers purpurata materia per cutis emunctorium fuerit expulsa.

26. Progedior nunc ad illud remediorum genus, quod serofum & salino-tartareis particulis refertum, in renali vero cribro a massa sanguinis separatum humorem, per urinarias vias e corpore eliminat. Horum vero censum multa sunt, quæ subeunt, neque unius ejusdemque, sed diversæ plane indolis res. Aliæ enim relaxando, crispando relaxatas fibras, aliæ diluendo & demulcendo, aliæ inciendo & dissolvendo viscidiores & crassiores humores, urinæ excretionem facilitating liberiusque promovent, clarissimo iterum documento: diversissimam corporum esse naturam morborumque indolem, quibus per tam discrepantis virtutis remedia provocatus. urinæ fluxus convenit atque conductus.

27. Sic in illis, quibus anodyna, antispasmodica & relaxantia diuresin movent, urinæ excretionem a spasmodica viarum urinalium constrictione impediam suflaminatamque fuisse certissimum est; si vero roborantia & stimulantia hunc præstant effectum, a relaxatis nimium & a tono motuque, qui in sano & naturali statu hisce in partibus viget, dejectis urinali se- & excretioni dicatis organis, urinæ exitum interceptum fuisse, non est dubitandum. Dileuentia vero & quæ incidente & resolvente virtute instructa, quando diuresiticum præstant effectum, aperte produnt, morbi causam in defectu sufficiens fluxilitatis humorum fecernendorum esse quærendam: materia enim fecernenda, si justo crassior viscidiorque existit, ad vasa capillaria, ex quibus potissimum excretoria constant, pertingere non potest, vel si viquadam atque impetu ad ea propellitur ipsisque intruditur, in angustissimis hisce canaliculis subsistit, lentore visciditateque sua obstruit patentia alias illorum orificia, sive consuetas, & sanitati admodum proficuas se- & excretiones impedit atque sistit.

28. Diureticis his subjungam ea, quæ subtiliores serofas salino-sulphureas recrementias fortes sub sudoris nomine per cutis amplissimum excretorium evanuant.

29. Quod validiora attinet sudorifica, vehementer illa humorum circulum intendunt, sanguinemque in ingentem commotionem & orgasmicam expansionem abripiunt: ex quo facile arguere licet, quod ex illorum quoque effectu multa atque præclara de sanguinis humorumque constitutione & motu defundi possint indicia. Suffragio quoque suo illud indies confirmat experientia. Sic enim multi ex vulgi & indoctorum numero, assumta feme tantum validioris sudoriferi dosi, didicerunt, se calidioris esse naturæ, sanguinemque possidere in orgasmicas ebullitiones alii multo procliviores. Quanto magis itaque solidiori scientia instructus medicus ad cognoscendam corporis naturam ex illorum effectu perduci poterit.

30. Notum est inter alia, quod magna sæpe sanguinis abundantia in corporibus spongiosioris habitus, quæ copiosis prædictis vasis, per longum tempus, sine ullo exinde percipiendo incommodo, latere possit, id quod veteres pléthoram ad vasa nominarunt: assumto vero calidiori quodam pharmaco, statim aperiens occultus hic insidiasque struens hostis suam prodit infestam præsentiam: aucto enim cordis & arteriarum motu & per medicamenta sulphureo-oleosas particulas in orgasmicas & intefinam commotionem abrepto sanguine, tota illius moles mirum expanditur, hinc dum majus affectat spatium, vasorum in quibus decurrit latera ultra eorum resistentiam distendit, ex hoc ipso contractioni illorum nimium resistens, omnia illa periculi plena produceit symptomata, quæ a majori sanguinis abundantia, pléthora nempe ad vires dicta alias provenire soleut.

31. Neque minus circumspecta illa methodus, qua rite observata, Alexipharmacæ sic dicta remedia summum græssantibus morbis contagiosis & pestilentialibus sunt præsidium, & qua negligēta, maximum quoque afferunt dampnum, causam nobis præbet contagii indolem corporumque ad illud suscipiendum dispositionem inquirere. Commu-

ni scriptorum de peste testimonio constat, illa, grassantibus morbis contagio & malignitate infestis, prophylacticum habere effectum, qui quidem non aliunde dependet, quam quod cordis & arteriarum motum ob aeris valde vappidi minusque elastici usum maceroremque & mortis metum languidorem valide augent, atque intendunt massamque humorum ab impuris serosis & in corruptionem pronis inquinamentis ope sudoris, quem fortiter movent, promte liberant; luculento testimonio, maximam contagiosos morbos subeundi dispositionem, consistere in partium solidarum, nervosarum in primis & vasculosarum imbecillitate, fluidarumque impuritate. Optimo quoque cum successu in principio morborum contagionorum, praemissa quadam medicina emetica, exhibentur; maximo vero cum damno, nam per tempus aliquod suscepit contagium corporis penetrabilibus altius se se in insuauerit. Ex quibus patet, miasma tale per os suscepit & cum salivali latice in ventriculum delatum, promte quidem ad sanguinis humorumque massam transire, in principio tamen illius adhuc esse indolis, ut per cutis poros ope largioris sudoris evacuari queat, brevi vero temporis spacio ab ipsis corporis nostri impuris succis illam induere naturam, ut per cutis emunctorium sub sudore excerni renuat, sed plane peculiare excretorium desideret, glandulosas nempe vel musculosas corporis partes, in quas nempe ipsis naturae salutari motu bubonum vel carbunculorum forma deponitur & evacuantur.

32. Infelix porro, quem medicamenta sudorifera, vel regimen calidius in variolosa febre producunt effectus nos fatis docet, fermentum quoque variolosum non ita esse comparatum, ut per sudorem evacuari possit, nec velocissimum maximeque intensum sanguinis circulum illius se- & excretionem ullo modo promovere, sed plures potius evolvere & generare fordes, illas partibus exquisitoris sensus altius infigere,

massamque sanguineam, non secus ac fluvium quamdiu magna cum celeritate undas suas rapidissime votvit, nihil ad mixtarum sibi sordium deponere: tunc vero optime depurari potest, quando paulo lentius procedere tardiusque moveri incipit. Multa quoque ex spirituorum & salium volatilium frequentiori & nimio usu, sub praecedentis seculi fine resultantia damna assatim docuerunt, causam illam morborum universalem ex acido & viscido defundatam maxime esse insufficientem.

33. Longe excellentiori virtute, ampliori quoque & universalis fere usu se commendant diaphoretica; quippe que multo moderatus placidiusque genitos in corpore subtiliores serosas fordes per cutem insensibiliter educunt. Paucissimi certe occurunt morbi, in quibus corpus nostrum a placida hac & turifica diaphoreticorum virtute produci excretionem non insigae levamen sumumque sentiat auxilium. Ut vero & hoc remediorum genus ad praesentem applicemus scopum, pauca ex illis perlustrationi nostræ subjecere volumus; & primo quidem tutissimum illud ad dia phoresin movendam praesidium, corporis nempe sub libero & temperato celo moderatam exercitationem. Consideramus itaque plures, qui & sanitatis & recreationis causa sub aere temperato amoena perambulant loca; licet enim omnes pari passu incedant, citius tamen alii, alii tardius incalefcent, & ad sudorem commoventur, nonnulli sudore madidi atque perfusi redeunt, cum tamen plures sicco corpore revertantur: certo iterum documento, ad hanc quoque excretionem diversimode dispositam esse corporis nostri naturam; qua quidem dispositio a variis oritur causis, ut plurimum tamen ea corpora, qua tam promte sudore distinunt, spongiosioris sunt habitus, cutem possident teneram atque laxiorem, sanguinemque in venis alunt copioso fero refertum: illa vero qua intus genitas subtiliores fordes insensibili magis transpiratione quam aperto sudore excernunt; eudem

carnemque plerumque obtinent densiorrem sanguinemque recondunt nec nimis copiosum nec nimis serosum, sed aliquo modo crassiorem, firmiori nexu, meliorique particularum mixtione gaudentē.

34. Notabile pōrro est, quod vena sectionem nonnunquam excipiat liberior transpirationis successus, nonnunquam vero post emissum e vena sanguinem protinus celeret vel segnius minimum procedat cuticularis hæc excretio. Inquirenti in diversissimorum horum effectuum causam, pulcherrima iterum sele objicit corporum differentem naturali cognoscendi occasio. Si enim ventilatione sanguinis facta promovetur diaphoretica vel quævis alia cutanea excretio, certissimum præbet prægressæ nimis sanguinis abundantia indicium, & natura hoc ipso, instituto medici qui venam secare jussérat tacite quasi applaudit, quod educto superabundante sanguine, solida & fluida ad temperiem atque æquilibrium conservationi sanitatis summe necessarium iterum reduxerit; hinc novis insurgit viribus, & cum cor & arteriarum canalis antea non sufficerit ad tantam molem rite regendarū, nunc demto superfluo pondere, illud, quod reliquum est, eo vegetius circumagit, sordesque sub lentiōri circulo sensim conceptas, transpirationis ope per cutis emunctiorum eliminat. Quod si vero per sanguinis evacuationem impeditur saluberrima hæc peripherica excretio, inopiam potius quam copiam fluidi hujus purpurei præsentem fuisse indicat. Hinc si magis adhuc per imprudenter institutam venæ sectionem corpus sanguine & viribus spoliatur, non potest non cordis & arteriarum motus valde languescere: latera enim valorum non sufficienter expanduntur atque dilatantur; quare debiliorem illorum diaftolen languidior quoque excipit systole, & deficiente hoc modo vegeto humorū ad corporis peripheriam cutisque emunctiorum appulsum, transpiratio eximie laeditur, & in salubri suo decursu impeditur. Similem fere virtutem diaphoreticam nonnunquam exserit magna-

virtutis & ex aere progenitū salinflammabile nitrum, item aquæ frigidæ potus, dum nempe infringendo & imminuendo nimium, quia corpus adurit, febrilem æstum, impedit, ne nimium exsiccatur sanguinis massa, neque organica sua expansione ulterius elateri valorum resistat, systalticamque illorum vim diminuat.

35. Antequam evacuantum classem penitus defero, brevissimæ adhuc disquisitioni subjiciam illa medicamenta, quæ lymphaticos corporis nostri succos vehementer commovent, & salivam per ductus glandularum faucium & oris copiose fundunt. Propria est & unice atque specificē quasi competit hæc virtus mercurio varis modis præparato & corpori applicato. Hujus enim subtilissimi summæque mobilitatis globuli spiculis salinis armati, glandulosa & vasculosa lymphæ receptacula intime penetrant, solidorumque fibras nerveas fortiter stimulando & crispando, contentam in illis lympham in vehementissimum abripiunt motum, magnamque salivalis humoris copiam, per patentia in ore & faucibus ductuum salivalium ostia, sub continuo prytalismo e corpore ejiciunt. Quo maiorem vero circumspectionem mercurialis requirunt, eo crebrius tamē generoso hocce remedio infictia illiusque comes audacia abatitur, tristissimisque confirmat exemplis, illud in imperiti manu idē esse, quad gladius in manu furiosi. Non solum enim ad curandam venereum hæc sibi indiscriminatim, neglectisq; summe necessariis cautelis adhibetur; sed haud raro eo usque progradientur empirica temeritas, ut in aliis quoque affectibus difficilioribus & contumacioribus, quorum causam plane non attingant, ægros salagogis fatiget, hostemque incognitum sub excitato profuso salivæ fluxu expuere cogat, inani & fallaci ipsi insinuata spe, malum hac methodo radicitus & ut dicere assolent ex fundamento posse extirpari. At vero infelix qui brevi sequitur effectus, inficios istos & reu[m] maliitiose gerentes homines gravissimi sui, sed fero arguit erroris.

36. Econtrario prudentiori ae circumspetiori medico inde suppeditatur occasio ex damnis ab aliis inductis seeniorema ineundi viam , suamque medendi methodum morbo atque subjecto omni ex parte reddendi accommodatam . Dum enim inter alia vidit , mercurium vivum nullam sere in corpus nostrum agendi habere potentiam , nisi salibus prius fuerit solutus , illorumque spiculis armatus , itemque tutiora mercurialia , ut mercurium dulcem , sola admixtione & trituratione cum sale quodam alcalino vel neutro , tantas acquirere vires , ut interdum veneni ad instar toram economiam metuum pervertere valeat : non solum ipse penitus a mercurialium usu abstinet , si corpus , quod curandum suscepit , multas salinas biliosas & acres fordes vel primis in viis , vel in ipsa humorum massa recondit ; sed & exinde prudenter concludit , quod plurima dannata , quz mitioribus & rite preparatis mercurialibus , minus convenienter applicatis , inferuntur , ex neglecta hac summe necessaria circumspectione profluxerint , quodque corporis humani natura subillis morbis , in quibus mitiora mercurialia corrosivam & deleteriam induuant indolem , salium fertilissima sit productrix : cumque illud maxime in scorbuto , arthritide , scabie & podagra eveniat ; hoc quoque mercurialium effectu evincitur , non omnem Pathologiam salsa esse rejiciendam , multosque affectus , quos alii ex sola sanguinis abundantia proficiisci autumant , potius ab humorum impuritate , acrimonia & salina intemperie & generari & sustentari .

37. Missis evacuantibus ad illud remediiorum genus me converto , quod sub ampliori roborantium titulo multas includit singularis energiæ species , ex quibus primum produco ea , quæ analiptica & confortantia in scholis medicorum audiunt . Duplii vero modo hæc ipsa depeetas & imminutas corporis nostri vires erigunt atque augent : nonnulla enim ex illis subtilissimo suo atque fragante , blando tamen naturæque ami-

co sulphure , tenuissimum illud in cerebro a sanguine separatum & in nervis undulans liquidum ad promptiorem motum inque singulas partes vegetiorem influxum disponunt atque concitant ; nonnulla vero substantia sua alimentosa , gelatinosa dulci & moderate spirituosa defectum illorum succorum resarciant , ex quibus mobilissimum nervorum fluidum erat conficiendum atque elaborandum . Quod priora concernit , agunt illa principio tenuissimo , calore prompte in exhalationes & effluvia resolubili , quæ naribus suscepta suavissimum odoris sensum nervis , tunicam internam pituitariam copiose & satis aperate percurrentibus , imprimit ; hinc exteriori tantum naribus admota suaveolentia , confortantem exferunt virtutem imo ipsius cordis motum sub syneope ad tempus cessantem egregie resuscitant .

38. Nonnunquam vero eadem medicamenta in sequioris sexus personis et longinquo etiam tales producunt effectum , qui satis superque prodit , illas misero hysterica afflictione laborantium numero pariter esse adscribendas . Sevissima enim interdum moschi , zibethi , jasmini , rosarum , & ambrae fragrans odor in feminis nonnullis excutit symptomata : dum præter dolorem capit anxiame præcordiorum constringentem , potens est syncopen , imo convulsivas & spasticas tractiones in locis quoque diffitis producere . Quæ omnia non obscure insinuant , talia corpora debilioris esse naturæ , nervosumque illorum systema ad subeundos anomalos & spasticos motus maxime dispositum . Prudenter itaque & circumspetente agit medicus , qui , dum cernit , lenioribus hisce tantas in ejusmodi corporibus excitari posse turbas , a validioribus medicamentis & inprimis ab illis , quæ ad spasmos producendos apta nata sunt , omniciura in sanandis hysteriarum afflictionibus abstinet , & diæticis potius temperatisque roborantibus effectum partium , in primis ventriculi & intestinorum tonum erigere & resuscitare studet , liberumque sanguinis circu-

tum

tum per abdominis viscera & præcipue uterina vasa restituere contendit.

39. Non minoris momenti indicia de corporum constitutione desumi quoque possunt ex illorum effectu, quæ alimentosa sua & nutritiva facultate virium largiuntur augmentum. Cum enim omnes corporis nostri solidiores partes a fluidis incrementum suum accipiant: fluida vero, quorum magna indies portio consumuntur, per alimenta ingesta conserventur, atque restituantur; necesse est, ut fluida æque ac solida aliquam cum alimentis tam quoad quantitatem, quam qualitatem retineant conformitatem. Quod quantitatem humorum & in primis sanguinis concernit, non melior certe ad eandem perscrutandam, datur via, ac si sollicite ad alimentorum, quo quilibet vescitur, indolem & quantitatem, conjunctumque vitæ genus, num otiosum vel laboriosum, respicimus.

40. Fluit sane ingens illa, quæ integras nationes intercedit corporum differentias, si cœli aerisque excipias statum, quoad maximam partem ex fonte commemorato, victus nempe vivendique consueto genere. Sic Galli qui cibis mollioribus, carnibus valde gelatinosis & vario artificio, quo palato arrideant, præparatis, jusculis maxime nutrientibus, vinoque dulci frequentius utuntur, ad concipiendam sanguinis humorumque abundantiam sunt promptissimi, eamque ob causam ad subeundos inflammatorios aliosque ex nimia sanguinis copia vasorumque repletione oriundos affectus quam maxime proclives. Hinc quoque hujus gentis Medici & frequenter & largiores sanguinis missiones instituunt, imo in febribus aliquoties hoc auxiliū genus cum bonis ægrotantium rebus repeterē non dubitant.

41. Porro præsidia modo dicta alimentosa & nutritiva quam optime nos perducunt ad cognoscendum ingentem illum virium lapsum roborisque immunitationem, quam morborum plurimi, vel præsentes corpori nostro & in primis ventriculo inducunt, vel jam abacti congruisque præsidiis eliminati post se

relinquent. Sic enim frequentissime videmus, si parentes vel amici ægrotantibus illis, quos singulari amore prosecuntur, in ipso acutarum vigore, ad resuscitandas, ut autumant, somme depressoas dejectasque vires, nutritia valde & alimentosa vittute instructa jucula renuentibus quoque obtrudunt; vel si, quum a morbo quodam graviori convalerunt, illorumque appetitus, ut plerumque fit, fortior majorque esse assolet, perverso huic, minimeque a rationali quodam principio in corporis commodum excitato ciborum desiderio indulgentes liberaliori manu varia alimenta copiose porrigit, quod nihil aliud hot ipso efficiant, quam quod viribus suis spoliatum ventriculum cruditibus obruant, præsentemque morbum hoc ipso graviorem reddant atque periculosorem, vel delassatum corpus denuo in eundem affectionem, quem modo superaverat, imo in deteriorem adhuc conjiciant. Neque minus insigne nutritia hæc præsidia de corporum impuritate præbent documentum. Multi enim licet optimo utantur cibo atque potu, nihilominus elanguido atque emaciato incedunt corpore, tristique exemplo comprobant HIPPOCRATIS Sect. 2. Aphor. 10. contentum affatum: *Corpora impura, quo plus nutriversis, eo magis laeseris.*

42. Roborantium ex numero disquisitioni nostræ adhuc subjicienda illa, quæ adstringentis sunt naturæ, fibrasque languidas nimium atque flaccidas æctius adducentio atque stringendo, partibus corporis nostri deperditum restituunt tonum. Multa sane tria illa sic dicta Medicorum regna nobis suppeditant, quæ vel majori vel minori gradu pro principiorum suorum differentia tales edunt effectum. Quo vero breviti studeam, unicum tantum ex vegetabilium regno desumum præsenti applicabo scopo. Est illud famosissimum, ex Peruviana regiohe ad nos delatus Chinæ cortex. Quantum enim febris fugi hujus singularis plane effectus ad detegendam febrium intermittentium genuinam indolem,

dolem, corporumque iisdem vexatorum differentiam, conferat, præstans-tissimorum medicorum loquuntur scrip-ta. Placet hanc in rem illa adducere verba, quibus Celeberimus RAMAZINI

Orat. VIII. p. m. 107. usus est: *Non absi-mili ratione, inquit ibi, Peruvianus cortex, celebre illud febrifugum, cuius nostra haec etate tam frequens, nisi forsitan-nius & impudens est usus, nondum meditullies febris naturam nos attigisse palam fecit, cum sat virium habuerit, ut omnium antiquorum de natura febris systemata e suo gradu dejiceret, & re-centiorum quoque ideas omnes, que de hoc affectu hac tamen prodire, non parum dubias reddiderit.*

43. Verum enim vero, non ad refun-danda tantum, quæ minus recte de fe-brium indole concepta fuerunt commen-ta, febrifuga hujus corticis virtute ulus est, sed ulterius quoque ex remedii hu-jus differenti effectu febricitantium na-turam internarumque partium constitu-tionem explorare studuit. Eximium nobis hac de re reliquit documentum in *Descriptione Constitutionis Epidemic. anni 1690. p. m. 149.* Ibi enim inter alia quæ noxia vel proficia in affectibus tunc temporis graffantibus deprehenderat, corticis Peruviani quoque mentionem injicit, & nonsolum candide fatetur, non admodum salubrem ejus in consti-tutione hac fuisse usum; sed semet ipsum quoque infasto cum successu nobili cui-dani virginis, quæ per 40. dies cum ter-tiana duplice confictata fuerat Chin. Chinam præscripsisse. Illam enim, post-quam ex vino infusam respuisset, ad tres dies stupidam & comatosam evasisse, cum pulsu adeo exili, ut vix percipi potuisset; donec tandem soliti paroxysmi redeuntes stuporem discusserint. Ubi in mox adjecta epicrisi ex insalubri hujus remedii usu concludit, massam sanguineam hujus virginis multis cruditatibus fuisse refertam, crassioremque habuisse consistentiam, ideoque ad promptum motum circuitumque minus fuisse aptam; sublato itaque fortiori, quem a febre acceperat, impulsu, quandam

veluti in vasis stagnationem functionam-que torporem inde fuisse obortum, quæ vero restituto iterum sanguini velociori motu, redeuate febrili æstu omnia felici-ter disparuerint.

44. In genere vero illud probe obser-vandum, non omnibus indicationibus nominatum corticem satisfacere: hinc aliis præsidiis ante ejus usum omnia sunt removenda obstatula, liberandæ prius primæ viæ ab inhærentibus viscidis, acidis biliosisque eruditatibus, massa quoque humorum a sordibus vindican-da, sanguinique liberior per viscera, in primis in abdomen contenta, resti-tuendus circulus, spastorum quæ juncta est vehementia compescenda atque mitiganda; & tunc demum, si febriles motus ex assuetudine relictaque debilitate adhuc infestant, febrifugo modo laudato & debita dosi congruoque tem-pore exhibito sistendæ atque profligan-dæ. Certissimum itaque ex felici hujus remedii effectu, dum nempe febris post ejus moderatum usum plenarie silet, nullæque recidivæ, nec alia subsequuntur mala, desumi poterit indicium, cor-pus nunc a colluvie sordium sufficienter esse depuratum, viscera abdominis ab obstruktione liberata, glandulas reser-tas & liberum sanguini per omnes par tes restitutum progressum. Si vero, as-sumta jam aliqua hujus corticis portio-ne, nihilominus insistit febrilis spasmus, vel alia sequuntur incommoda, nequaquam ulterius hujus remedii usus est con-tinuandus; sed potius exinde prudenter colligendum, materiali febrium cause nondum ex-esse fuisse prospectum, vi-scera nondum plenarie reserata, sanguinisque & humorum motum nondum in iustum ordinem & ad sufficientem liber-tatem esse productum. Confirmant hæc quæ modo attuli in *Medic. Systemat. Tom. IV. Sect. I. cap. 2. de Febr. Quartan. consignata verba: Si his (congruis nem-pe paulo ante descriptis præsidiis) febris non discessit, indicium fuit, infarctus viscerum, aut obstructionis glandularum in abdome.*

45. Subiungam hisce defectum virium te-sar-

resarcientibus, motusque excitantibus medicamentis, aliud, & diversæ quidem plane indolis remediorum genus, illa nempe pharmaca, quæ fluidorum solidorumque motum illiusque ferociam componunt atque sistunt, dolores & spasmos sopiunt, & vigiliis morborumque atrocias fatigatis & delassatis corporibus placidum conciliant somnum. Præstat hæc omnia quam maxime opium, varijsque compositionibus immixtum, cuius virtus ab antiquissimis jamjam temporibus nota fuit atque explorata. Rarior quidem nostro ævo, quo multo securiora & tutiora innoverunt anodynæ, usus opiatorum esse solet; at, sicuti nunquam desunt, qui in clarissima & serena luce cœcutire non erubescunt, sic quoque imprudentum audacis nondum desinit, valentioribus pharmacis ægrotantes vita & sanitate spoliare, quæ mitioribus atque lenioribus perfacile potuerint conservari. Plures certe infastis opiatorum effectus in recentiorum quoque scriptis reperiuntur, quos & ipse in artis exercitio sèpius animadvertis; ex quorum numero præsenti scopo illuminatum breviter accommodare iubet, quem aliquoties me observasse in *Med. System. Cap. VII. pag. 227. in Scholio §. 12.* his verbis testatus sum: *Non semel sed aliquoties, quod sancta fide testari possum, ab immoderato adstringentium & opiatorum usu in diarrhaë vel dysenteric fluxu coercendo, vel cohibendo intermittentium impetu, molestissimum hypocondriacum, quod in feminis hystericum dicitur malum, & quod per omnem sere reliquam etatem homines misere exercit, enatum animadvertis.*

46. Certe, nisi me omnia fallunt, sinistri hicce opiatorum effectus, qui tamen subito hypocondriacum hystericumque malum, in corporibus, quæ anteab utroque plane immunita vixerant, producere potest, de genuina hujs malii indole, veraque illius sede optimè instruere convincereque poterit. Si enim, in quo omnes unanimiter consenserunt, opiatorum nociva & deleteria vis

exinde potissimum dependet, quod principio suo halituoso vaporoso - sulphureo tonum partium nervosarum & exquisitoris sensationis destruant, robur atque vires motrices labefactent atque immuniuant: certe nec aliunde infasta hæc hypocondriaci mali ab improviso opiatorum usu facta exclusio deducenda erit, quam quod ventriculi & intestinorum tunicas, quibus maxime opiate & sedativa vim inferunt, a robore suo atque tono, per spasmos præcedentes jam sati imminkito atque destructo, penitus tandem dejeicerint. Ex quibus lacunenter elucescit, primariam hujus molestissimi mali causam veramque illius sedem non alibi esse querendam, quam in ingenti intestinorum & ventriculi atonia, ex qua postmodum tanquam ex genuino suo fonte reliqua omnia, quibus hypocondriaci vexantur, propullant symptomata.

47. Ultimo tandem & colophonis loco unicum ad hæc ex anodynorum & sedantium effectu, de singulare ischuria specie desumum adjiciam judicium. Obtulit se mihi quondam inter alias difficiliores pariter ac rariores consilii danni causa ad me missas morborum relationes singularis quidam affectus, dignus omnino, quem paulo accuratori scrutinio subjiciamus. Quum vero ejusdem completam historiam in *Medic. Consult. Part. VIII. Dec. V. Cas. III. pag. 334.* in publicum usum omnium jam exposuerim perlustrationi, integrum denuo repetere minus necessarium estimans eantum hoc transferam, quæ proprie ad institutum pertinent: Femina nempe calculosa, variisque spasmorum insultibus ob nervosarum partium insignem debilitatem diu lacerata, inopinato dolore dextri lateris corripitur, cumque a calculo illum provenire crederet, medicamentum anodino - antispasmodicum assūmisit; quo quidem dolor discussus, sed in ejus locum successit ischuria, seu plenaria urinæ suppressio; quæ quidem hac vice post tincturæ tartari & pilularum laxantium usum internum cessavit; at preterlapso sub variis spasmodicis afflictionibus aliquot septimanarum spatio

spatio, rediit dolor iste gravatus lateris, illumque denuo sequuta multo pertinacior ischuria. Frustra ad ea, quæ sub priori insultu profecerant, recurrebat ægra, præsidia: & licet multa postmodum applicarentur antispasmodica & anodynæ, ut clysteres emollientes antispasmodici, balnea, pulveres & potionis antispasmodicæ & anodynæ, minime tamen his ipsis per novem jam dies occlusæ urinales viæ potuerunt aperiri atque reserari, unicum solamen percipliente ægra ex clysterum & pilularum laxantium usu, quarum quippe ope ingens semper serosi humoris quantitas per alvum, & aliquot urinæ guttae per ordinariam viam fuerunt educæ. Ex tam frustraneo itaque tot remediorum anodynorum & antispasmodicorum usu genuinam veramque hujus affectus caufam felici cum eventu erui, atque in suppedito consilio rescripti: ischuriam hanc non a spasmodica viarum urinalium constrictione, sed a contrariae plane indolis provenire causa, nimirum nempe tubulorum renalium & ureterum flacciditate & atonia, motusque, qui alias in his quoque partibus viget & contenta in ipsis liquida strenue propellit, inertia atque defectu. Suasor itaque fui, ut ab ulteriori anodynorum, antispasmodicorum & emollientium usu penitus abstineant, & ea potius adhibeant, quæ confortante & roborante virtute debilitatis hisce partibus deperditum restituant tonum, imo, quæ leniori stimulo elanguidum resuscitent amissumque revocent motum. Fecit hæc omnia ex præscripto patiens, & haud ita multo post de felici ex optatoque successu me reddidit certiorem.

48. Habemus certe in enarrata morbi historia insigne saluberrimi ex remediorum effectu desumpti consilii exemplum, quod ego eo lubentius colophonis loco dissertationi huic adjicere volui, cum clarissimum exhibeat documentum, non otiosa fructusque expertia me in illa tractasse, sed talia potius, quæ rite observata in praxi medica usus esse possunt amplissimi.

DISSERTATIO VII.

DE MEDICINA SIMPLICISSIMA
ET OPTIMA, MOTU,
INEDIA, AQUÆ POTU.

§. I.

Quemadmodum natura, sapientissimum Altissimi DEI opificium, in admirandis suis quas præstat operationibus, non varia, non diffusa, sed simplex est, sive facili, simplici & compendiosa via, ratione ac methodo, in universo systemate, effectus & phænomena sèpius stupenda producit; ita, artificiosissimam corporis humani mechanicam, saluberrimum illud vita, sanitatis, atque depellendi morbos negotium, eadem facili & simplici methodo administrare, quibus interiora naturæ & artis medicæ, paulo accurtius, inspicere & perspicere integrum est, philosophi unanimiter utique confiteri tenentur omnes. Hanc demum corporis nostri machinam, ex elateribus & tubulis variis generis, summa & divina arte sapientissime exstructam, ratione mixtionis vero ad extremam corruptionem pronam, solo & unico motu sanguinis progressivo, debitissimorum heterogenearum, per emunctoria convenientia, excretionibus, ab omni corruptione vindicari, quid, quæso, potest esse simplicius, quid unquam compendiosius? Denique illum ipsum progressivum in orbem abeuntem fluidorum motum, solo & simplicissimo systoles & diastroles solidorum elasticis motu sustineri, id etiam est, quod omnes solertiores naturæ indagatores in admirationem abripit profundissimam.

2. Sicut autem non tam multiplices multumque inter se dissidentes, sed per paucas afflictionum morbificatum esse causas, quæ non semper tam natura differunt, quam pro locorum quibus incident diversitate, corporis sani & integræ functiones varie lardunt & labefactant,

Aunt, saniori pathologiae qui addiscende operari dederunt, non ignorantia ad morbos depulsandos, non tam ingenti medicamentorum copia, sed paucioribus saltim ac simplicioribus opus esse remediis in proposito est: cuius rei veritatem, pauperes & plebeji, non pretiosis, sed solis domesticis a morbo convalescentes, luculententer dant evitiam. Quinimo antiquissimis temporibus medicinam tantum paucarum herbarum fuisse, Celsi testimonio, in principio statim operis sui, proditum ac confirmatum habemus. Mirum igitur, nec profecto sapientior quisque admirari satius, quin credere vix poterit, quo fato & infausto sidere factum sit, ut ars hæc salutaris & simplicissima, nostris temporibus, tam immensa medicamentorum compositorum, ex variis, etiam diffissimis regnis advectorum, pretiosissimorum, omnique arte vel paratorm aut excoxitatorum mole ac larragine labore, ut fere omnem exsuperet numerum; quorum, tot libri practici, pharmaceutici, botanici, omniumque fere regionum, urbium quoque præcipuarum dispensatoria, testes præbent locupletissimos.

3. Sed audiamus hac de te magni nominis ingeniique virorum judicia. Inter quæ digna sane sunt, ut animadventantur, quæ in limine præstationis laudatus jam CELSUS proposuit, hisce verbis: *Multiplex medicina, neque olim, neque apud alias gentes necessaria, vix aliquot ex nobis ad senectutis principia perducit.* Et ipse HIPPOCRATES lib. de viclu acutor: *mox sub initio, valde laudat eos, qui paucis numero, bonis, & quæ morbo convenient, usi sunt medicamentis.* Neque ad hujus veritatis dilucidationem, egregium illum ex PLINIO locum, quem adducit probatissimus ille scriptor JOH. LANGIUS in epist. prætermittendum; quin potius in medium proferendum existimavi, lib. XXIV. cap. 1. his extantem: *Ex terra nascentibus nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia, paratu vulgaris, inventu facilia, ac sine impen-*

*dio ex quibus vivimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum captura officinas invenere istas, in quibus sua cuique venalis promittitur via. Statim compositiones & mixtura inexplicabiles decantantur, Arabia atque India in medio existimantur, ulcerique parvo, medicina a rubro mari importatur; cum remedia vera pauperrimus quisque cœnet: Quadrat hic itidem egregie DAMASCENI quod prodidit prudens consilium, aph. 34. *Pharmacæ pauca tibi tenenda sunt, quorum operationes & potestates jam multoties expertus es.* Totius enim multitudinis notitia incomprehensibilis est, ac cum per singulas volueris inquirendo discurrere, multiplici diversitate distensus, nescies, cui debetas fidem adhibere.*

4. Evidem, si quid ego judicem ex animo dicere debeo, artem nostram, cui utique divinæ laudes habendæ, si ad ulteriorem perfectionis gradum perducentem velitus, inter maxima obstacula, hoc palmarium removendum esse duco, ut tam innumerabilium compositionum, maxima ex parte ineptissimorum & natura pugnantibus ex ingredientibus concinnatarum, tam Galenicarum quam chymicarum penitus in exiliu exacta mole; tutis, naturæ amicis, paucis & selectis, efficacibus tamen, plus simplicibus quam compositis, in medicina, cum ad corpora & morbis vindicanda, tum ad sanitatem a missam restituendam morbosque vincendos demum uti incipiamus remediis: quippe per paucis & selectis horum generibus, convenienti methodo usurpatis, & olim & nunc, præstantissimos medicorum, famam ac summam medendo celebritatem nactos, fuisse usos, vitas & facta eorum inspiciendo cognoscimus. Quod pernabile utilissimumque argumentum quum nec dici, nec scribi satis hodie possit, per traetandum in præsentiarum summissus: rebus nimis simplicissimis citra magnam artem & laborem conquisis, quotidianis, diæticis & quibus semper natura ad conservandum opus habet, tantam cum in morbis attingendis, tum sanandis, a sapien-
tissimo

tissimo Numine, inditam esse virtutem, ut saepius his solis tutissime fidere, & si-
ne alio magno medicamentorum appa-
rato, medici officium exp. e postimus
exquisitissime.

5. HIPPOCRATES, antiquissimus ille & re vera optimus disciplinæ medi-
ca Præceptor ac Parens, ut omnia fere,
quæ in monumentis immortali memo-
ria dignis prodidit, summam in arte
peritiam atque in observando solertiam
spirant ac declarant; ita observatu di-
guissimus est locus, qui primo statim li-
bro, de arte §. V. in conspectum venit,
ita habens: *Multi egri etiam citra me-
dicorum opem sanantur & sunt sanati*,
videtur autem, ut & qui medicis non usi-
sunt in medicinam inciderint, per quam
servati sunt; aut enim, pergit §. VI.
inedia, aut copioso cibo, aut uberiori po-
tu, aut siti, aut balneis, aut laboribus,
aut quiete, aut somno, & vigilia con-
valuerunt. Quo prælustri loco, venera-
bilis Senex, complures ægrotantium,
citra opem medicorum, citra peculia-
rem medicamentorum apparatus, re-
mediis familiaribus convalescere posse
luculenter testatur. Hæc vero, non
alia sunt, quam quæ classis rerum a Ga-
leno sic dictarum non naturalium, qui-
bus homo ad sustentandam vitam &
valitudinem carere nequit, complectitur,
ut sunt: inedia, sive abstinentia acibis,
victus largior, uberior potus, siti,
balnea, labor sive corporis motus &
exercitatio, quies denique & somnus.
Quibus gravissimus auctor, magnam
tam ad mōrbos præservandos, quam sa-
nandos, vim atque potestatem, si quis
recte iis utatur, attribuit. Nam uti §.
VII. subicit, que ex hisce rebus profuerunt,
ob rectum usum profuerunt, que
vero nocuerunt, ob id, quod non recte
usurpata sunt, nocuerunt. Sane, sa-
pientissimum hoc & magni in praxi me-
dica momenti assertum, paulo accura-
tiorem, quam quisque putaverit atten-
tionem & diffusiorem illustrationem
meretur. Atque in hoc etiam nostra jam
erit meditatio intenta, nosler labor de-
fixus, ut, quæ & quanta inhæreat re-

bus hisce, quæ in vita habentur fami-
liares ac domesticæ, & juvandi & me-
dendi virtus, omnibus subinde aliis me-
dicamentis superior, appareat quam
clarissime.

6. Ex dictis igitur diæteticis nunc mo-
do recensitis remediis, labor sive motus
& exercitatio corporis, merito nobis
primum differendi locum, quantum sci-
licet inde utilitatis, cum ad sanitatem
conservandam, tum ad morbos assi-
stiones avertendas propullulet, suppe-
ditare videtur. In limine vero hujus
disquisitionis statim monendum esse du-
ximus: inter omnis generis remedia si-
ve diæterica, sive pharmaceutica quibus
in medendo utimur, nullum dari, cui,
vel sanitatem conservandi, vel amisi-
sam restituendi vim ab eorum natura
absolute dependentem assignemus, sed
tantum, relatione facta ad corporis hu-
mani naturam, eorum virtutes astiman-
das venire; quare non sine ratione cum
ipso HIPPOCRATE statuimus: natu-
ram optimam morborum esse medicari-
cem, insuper addimus, vita & sanitas
conservatricem, a morbis præserva-
tricem & præcipuum remediorum ope-
ratricem. Per naturam vero corporis
humani, quæ fundamentum ac princi-
pium, juxta laudatum Senem, omnis
sermonis sive demonstrationis medica
est, nihil aliud, quam œconomiam
motuum vitalium, progressivi videlicet,
combinatorii, secretorii & excretori-
ii, in machina mere hydraulica, sive
ex tubulis diversissimi generis, vi elasti-
ca contractili & distractili donatis com-
posita, intellectum volumus; qui soli-
dorum & fluidorum motus, si recte,
& secundum leges æqualitatis, sive tem-
peramenti se habent, omnes functiones
quas partes corporis nostri exereant, se-
cundum regulam fiunt, & non modo
vita, sed & integritas corporis & animi
conservatur. Hos motus attente obser-
vare, sique a proportione & symmetria
abeunt, & nimii evadunt, vel etiam
vacillant variis ex causis & deficiunt,
idoneis remediis in ordinem & modera-
tionem reducere, unicum & vere præci-
puum

puum medici esse officium recte judicatur. Quam mirabilem vero hoc nomine & genere, res supra ab Hippocrate recensitæ, motus machinæ nostræ ab ordine & regula deflectentes, in ipsam moderationem & æquabilitatem redigendi, potentiam habeant, quantumque inter eas maxime motus valeat, id nunc paulo pressius declarabimus.

7. Complures ex desidi, otiosa & laboris experie vita, præsertim si paulo pleniori vietu utantur, inque primis sub cœlo inclemotori, inordinata animi perturbatione & ex neglecta venæ sectione, in difficiles diuturnas & obscuratas ægritudines incidere; cuius generis quam maxime sunt pathemata spasmodico-flatulenta, hypochondriaca, colica, hysterica, item scorbutum, cachexia, nimis hæmorrhagia, lentæ febres & cutis descedationes, immanes etiam dolores qui sœpe numero quoque ex calculo proveniunt, experientia quotidiana obvium est & compertissimum. Quos omnes dictos affectus, a nimis tardo, lento & difficiili sanguinis & humorum circulo ac progressu, & exinde impeditiori facta fluidorum utilium sequestratione, humorumque vitalium, per excretionem inutilium depuratione, causam & ortum repetere, identidem, qui puriori pathologia præceptis instruti sunt medicis, non potest non esse notissimum. Solus vero conveniens corporis ejusque partium motus & exercitatio, eo præ aliis gaudet beneficii genere, ut æquali & plane naturali, sive naturæ amico modo labescerent & deficientem solidorum & fluidorum motum exciteret & hac ratione saluberrimas & valetudini conservandas necessarias secretiones & excretiones, eamque præfertim, quæ fit per illud fere catholicum cutis emulctorium promoveat, atque adeo dictas chronicas passiones, quæ omnes a stasisibus, flagnationibus, infarctibus viscerum & nimiis ad certa loca sanguinis congectionibus pronoscuntur, non modo feliciter avertat, sed & præsentes efficacissime vincat atque expugnet.

8. Sunt quidem nobis, ex remediorum maxime diaphoreticorum, sudoriferorum, confortantium ac spirituorum classem, multa in promtu, quæ etiam cordis & arteriarum motum augendo, circularem sanguinis & humorum progressivum motum, neque minus ab eo dependentes secretiones & excretiones adjuvant; sed non æque tam secura, tam facili, tam æquabili & naturæ amico ratione, ac ipse motus & corporis exercitatio, id præstant. Nam hic sine violentia, sine addita interne humoribus quadam materia præcalida æstuante, salino-sulphureo-volatili, orgallica, quæ pollent sudorifera, operationem suam, citra virium jacturam exerit placidissime. Deinceps id peculiare & eximium habet motus remedium, præ diaphoreticis & sudoriferis, quod in arbitrio nostro positum sit, virtutem ejusdem, pro rei natura & circumstantiarum ratione minuere, temperare atque intendere, quod a medicamentis intus sumtis, quorum operatio non est in nostra potestate, expectari nequit. Præterea etiam ob id, motus corporis, cum aliis de prærogativa contendere potest, quod præter evacuaciones, vires & robur, corpori non secus ac animo addat, appetitum emortuum resuscitet, languorem erigit & digestiōnem vacillantem confirmet, blande videlicet spirituascentiam sanguinis & humorum promovendo; id quod a plurimis aliis medicamentis, usu familiaribus, sperare nemo unquam poterit.

9. Habemus hac in re, quam usum, experientiam & auctoritatem veterum medicorum suffragantem, qui quidem tanta medicamentorum compofitorum & igne chymico excoftorum copia, quæ nostra ætate in pharmacopoliis conspicitur, carebant; sed, re vera, ejusmodi diæticis, inter quæ primas corporis motus & exercitatio tenet, plus certe, si ingenue veritatem fateri licet, in medicina præstabant, quam nostri temporis medici, innumeris suis pharmaciis. Quot autem modos & species motuum, ad tuendam & reparandam, pro cuiusvis

corporis natura & statu, valetudinem excoxitaverint, id quam optime, ex eleganti illo libro, quem doctissimus medicorum MERCURIALIS, ex veterum consignavit monumentis, & artis gymnastica nomine insignivit, conspicitur. Nos jam potiora, inter innumera ex veterum probatissimorum medicorum scriptis adducere volumus loca, ut hinc incomparabilis hujus remedii efficacia, ejusque laus, & encomium abunde eluceat. HIPPOCRATES enim lib. I. de digesta aperte scribit: *Homo edens sanus esse non potest, nisi etiam labores;* & in eodem libro, ceu regulam sanitatis universalem inculcat: *mensuram motuum pro mensura ciborum semper esse estimandam.* Neque hujus asserti ratio intellectu difficultis est; quodcunque enim corpori ingeritur, eadem fere mensura, si istud non amplius augentur, per evacuationes debet egeri, quas vero motus corporis convenienter institutus, præ aliis omnibus, egregie promovet ac moderatur. Spectant hoc verba GALENI, quæ commentario, in bunc aphorismum, habet: *Exercitatio omnium vitiosorum, qui in corporis profundo sunt, humorum purgationem supplet.* Cui sententia calculum addit AVICENNA lib. I. F. E. N. c. I. his verbis: *Possent homines, si debito tempore, exercitio ac labore uterentur, omnibus medicis ac medicamentis carere.* Intellige venæctione, purgantibus, sudoriferis, diaphoreticis, aperientibus, incidentibus, attenuantibus, quippe horum virtus omnis motui inest.

10. Consideratione porro dignissimum est, quod præter evacuantem, laudatum nostrum remedium, roborantem quoque virtutem possidat. Partibus enim imbecillibus, ipso HIPPOCRATE teste, tam internis quam externis robur adjicit. Hinc Sect. IV. aph. 71. laborem articulis & carnibus cibum esse prodidit: & lib. de digesta §. 38. perhibet: *laborem siccare & corpus robustum facere.* Nec non lib. I. de digesta §. 40. deambulationem & alzum, & corpus, & ventrem siccare ac firmare, affirmat; lib. II. de digesta, autem in nimis alvi fluxibus,

cam commendat. Cui gravissimo Auctori nostro adspiculatur PLUTARCHUS Oper. Tom. II. p. 130. ita eloquens: *usque sermonis quotidianus, mirum dictu, quam utile sit genus exercitationis, non ad sanitatem duntaxat, sed etiam ad vires reparandas:* & CELSUS lib. I. c. 8. & passim in suis operibus, claram vocem in stomachi vitiis, qui videlicet in ejus resolutione consistunt, magnopere commendat. Et profecto laudem suam, eximium hoc motus remedium, quo probatissimi viri & medici illud affecterunt, suo jure meretur, ut etiam quasi medicinam universalem, & præservatoriam & curatoriam ipsi inesse recte putaverint. Hinc gravissimus ille Auctor & Philosophus, VERULAMIUS lib. IV. de augn. scient. c. I. ita differit: *vix aliquam in morbum inclinationem inveniri, que non exercitatione quadam propria corrigi posse.* Et PECCHLINUS, lib. II. obs. 34. hæc habet: *Nulla corpora morbis minus obnoxia reperies quam eorum, que a prima statim infantia, motu gladiatorio, palestrico, firmatatem sibi contrarerunt, viriumque robur, quod quum in serum etatem extendant, immunitatem sibi a morbis procurant; quod infinitis obvium est exemplis.*

11. Inter omnes vero motus species equitationi primum concedendum esse locum, & sana medico ratio dictitat, & ipsa experientia confirmat. Siquidem, totius corporis tam internas quam externas partes, æquabili successione afficit, & motum ac circulum sanguinis, in primis per mesenterium & viscera abdominis, qui ordinario fere difficilis est, procurando, mesenterii glandulas referando, tonique viscerum & stomachi roborando, in malo sic dicto hypochondriaco, hysterico, cachexia, hydrope, ac febribus lenti mirabilem sane præstat operem. Primus fere omnium, ORIBASIUS, magnas sanandi partes equitationi tribuit, quod vel sequentia loca indicant: lib. IV. enim c. 24. hæc perhibet: *Equitatio magis, quam omnes reliquæ exercitationes corpus preservat, stomachum & sensuum organa confirmat, eaque reddit acutoria.* Et, in capite de equitatione, ita scri-

scribit: *Si vehementer impellatur equus, quamvis totum corpus laboriose concutiat, tamen aliquid utilitatis afferit: siquidem magis, quam omnes aliae exercitationes, corpus & praesertim stomachum firmat. Ex recentioribus vero nemo rectius de equitatione, ejusque in medendo viribus, ipso SYDENHAMIO differuit: hincin Oper. p. 476. in malo hypochondriaco, & passione hysterica, non satis laudare ejus usum potest. Meminit enim sacerdos malo hypochondriaco vehementer correpti, qui sine alio pharmaco, sola equitatione pristinum acquisivit vigorem, & ibid. huc refert: muli mihi sanguine jundi, tabidi & phthisici, multum terrarum, equo velore, peragrantes, ex meo consilio, sanitati sunt restituti, medicamentis aliis, frustra adhibitis.*

12. Verum enim vero, cum nullum, etiam efficacissimum & tutissimum, si quis eo recte utatur, remedium sit, quod non praepostero ejus usu, plus noxae quam levaminis afferre possit: ita etiam id ipsum, de exercitio corporis, si imprudenter suscipiatur, tenendum esse animadvertisimus. Nam plura nobis, intra aliquot annos, innoverunt exempla, ubi valde imbecillis hominibus, hec & phthisi laborantibus, vel quorum, a morbo praecedente, vires & humores vitales penitus exhausti & consumuti fuerunt, fortior motus, lignorum videlicet cum ferraria scissio, ac sectio, improvide fuit commendatus, quos dein in animi deliquium, quod brevi exceptit mors, collapsos fuisse perspeximus: motus enim paulo fortior, licet vires restauraret, eas tamen adhuc sufficientes, licet quodammodo suppressas requirit. Quin, varia dantur motuum pilae lufus, armorum & palæstrica exercitia; quedam mediæ naturæ, ut ascensio scalarum, vectura in curru, equitatio paulo validior; quedam sunt leviora, ut equitatio lenta, leistica, deambulatio, frictio, vox clara. Quas diversas motuum species, pro virium mensura, proportione, & corporum robore, vel debilitate, circumspicere oportet medicum ordinare, & prescribere. Quod discrimen & observationem, ipsos veteres, inque primis HIP-

POCRATEM animadvertisse, video nam, lib. de inter. affect. Sect. 33. splenetico, agro, si validus fuerit, per tres dies, ut ad ligna secunda cogatur, consuli. Et lib. cit. §. 28. Si potens est cachecticus, inquit, luxuriantur summis humeris & labore per circuitus multos in die. Et CORNEL. CEL- SUS lib. I. c. 2, dum ad valetudinem integrum servandam, varia motus generali commendat, inter haec ascensus quoque & descensus menitionem inicit; nimirum qui quadam varietate, ut inquit, corpus movet; addit: nisi corpus perquam imbecillum est..

13. Praterea & certum tempus, si quis exercitatione, praesertim paulo fortiori, pro remedio uti velit, observare convenit. Nam, nec mox ante cibum, nec mox post eum sumtum utilis est, quia concoctionis opus inde perturbatur: sed commodissime absoluta concoctione, matutino tempore, hora quarta vel quinta a cibo, instituitur. Juxta HIPPOCRATIS enim effatum: Deambulationes matutinae extenuant, & quæ circa caput sunt, levia, agilia & prompta efficiunt, alvumque solvant. Vid. lib. Epid. VI. Sect. 4. Si quidem peracta concoctione ciborum in primis viis, & succi chylosi distributione per totius corporis venas facta, perspiratio sive excretio inutilis, qui per cutem fit, humoris, longe liberior atque expeditior reddi, & motu, quam facile augeri potest. Demum, si quis exercitationis remedio recte uti velit, & hoc servandum esse monitum arbitror, ut, pro cuiusvis laborantis corporis & morbi natura, determinatus & porportionatus modus & mensura, in eo prescribatur. Si virium satis est, in obfirmata chronica passione, diutius corporis labori & exercitationi est insistendum. Novimus melancholia, hypochondriaca, ad furorem usque affectos, peregrinatione facta, per pedes, viaginti imo tringinta milliarium fuisse sanitati mentis & corporis redditos. Novimus etiam lenta equitatione, ter vel quartus de die per dimidium horæ facta, duorum mensium spatio, atrophia & lenta febre extenuata corpora integre restituta.

14. Præter motum & corporis exerci-

tationem HIPPOCRATES , superioris citato loco , ad valetudinem conservandam & amissam , sine medicorum vel potius medicamentorum usu , restituendam , pluri mūm inediæ tribuit . Neque id afferum , clarissimis rationibus & indubia experientia destituitur : nimia enim edendi intemperantia sive ciborum ingluvie , complures & valde difficiles ac diuturnas passiones , inter quas hysterica & hypochondriaca primas merito tenet , cum suis quæ ipsam comitantur & excipiunt pathematibus ; item , quæ ex nimia sanguinis vel succorum pravorum abundantia nascuntur morbi , proigni compertissimum est . Recidivæ quæ post febres intermittentes sanatas frequentissime sunt , vix aliis causis , ac vegetiori appetitui largiorique cibo sumto , præsertim si accedat ex frigido & ex septentrio ne spirante aere , prohibita transpiratio , debentur . Cachexiam , hydropem , scorbutum & morbos capitis , affectus soporos , ac paralyses , a sanguinis & succorum , ob nimiam voracitatem in vasibus congestorum copia , ceu genuina & proxima causa proficiunt , rationali pathologia & therapiæ dediti quā optime noverunt .

15. Profecto nullum corpus , plus morbis obnoxium , difficultioreisque sanationis est , quam copiosis & impuris succis repletum ; adeoque peritissime CELSUS lib. I. c. I. scribit : corpora , quæ more athletarum repleta sunt , celerrime & senescunt & agrotant . Neque deficit ratio : nam , quando supra modum , ac ventriculi & intestinorum vis motrix & peristaltica concoctionem maxime adjuvans , ferre & subigere potest , cibus ingeritur , multæ emergunt cruditates , atque magna humorum vitiosorum colluvies , quæ primis viis inhærens , ructus , flatus , borborygmos , inflationes , hypochondriorum tensiones , alvi constipations & interdum nimias fluxiones suscitat , ingignitur . Quanta autem mala & damna , ex viis prima digestio , in viscera reliqua corporis redundent , & quam graviter inde omnium partium functiones ledantur , nemo rectius , quam medicus senioribus philosophie rationalis dogmatibus instructus , pernoscit .

16. Quamvis vero major cibi copia probe concocta fuerit , in corpore scilicet firmo & robusto , nihil tamen facilius nimia succi chylosi , & quæ ex eo producitur sanguinis exuperantia , sive plethora , ad multas & graves affectiones sternit viam amplissimam , in quo etiam veterum constans & unanimis semper sterit sententia . Ratio quoque est in procinctu : nam nimia humorum copia resistendo , vim cordis , arteriarum , aliorumque tubularum motricem , sanguiticam , elasticam , quæ regit in tota machina vitales motus , progressivum & circularem , quo utilia retinentur , inutilia excerpuntur , minuit ac labefactat , quo inde in laxioribus & imbecillioribus , inferioribus præsertim , & multum remotis a corde partibus , in que vasibus maxime venosis , stagnationes , humorum decubitus , infarctus , obstructions , corruptiones , & impetus etiam interdum ad removendas eas , a provida natura , cum fortiori strictura & spasmus institutæ motiones proveniunt ; quæ ormania , totam oœconomiam animalem perturbant .

17. Quum vero hæc innumera fere mala , primam suam a nimia ciborum appetientia , vietu pleno & largo , ducent & trahant originem ; quantum utilitatis & salubritatis ad ea avertenda & sananda , in pareo & tenui vietu , abstinentia per aliquot dies a cibo , sive inedia repositum sit , quisque clara & sana ratione instructus , quam facile poterit intelligere . Quapropter , non sine , sed certe cum magna & fundata ratione , medicorum antiquissimi & optimi scriptores ad custodiendam vitam & sanitatem , morbosque avertendos id remedi non satis laudare & commendare possunt .

18. In confirmationem hujus , placet saltim pauca adferre testimonia . Ita HIPPOCRATES , lib. de morb. it. VI. Epidem. aperte scribit : sanitatis studium , non satiari cibis . Et alibi : nihil magis ad sanitatem facit , quam non satiari cibis & impigrum esse ad labores . Item : si quis pauca edat , nullum morbum experietur . Et lib. de prisca med.

dic, ita fatur: *fames plurimum potest in hominum natura, ad sanitatem.* Eadem pariter est CELSI sententia lib. II. cap. 16. hęc tradens: *non ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempestiva abstinentia:* addit, *intemperantes homines apud nos, sibi cibi tempora, modum curantibus dant.* Sic PLINIUS lib. XVIII. cap. 5. longe utilissimam esse ad sanitatis conservationem, in cibis temperantiam affirmat. Ut enim, inquit, *tempestiva abstinentia, summas in secunda valetudine partes sibi vindicat:* ita quoque in adversa plurimum momenti obtinet; *sicut enim plenitudinem, nimis obesos, pituitosos, vitiisque ex pituita nata, apoplexiā, epilepsiam, comata, vertigines & id genus alia.* Et SENECA, lib. I. epist. 95. hęc habet notatum digna: *Antiqui medici nesciebant cibum dare sapienti, & vino fulcire venas cadentes: itaque nil erat opus, tam magna medicorum suppellestile, nec tot ferramentis & pyxidibus.* Philosophi Plato, Zeno, Socrates simplici vita, tenuique diæta consernabant. De quibus PORPHYRIUS lib. IV. de abstinentia, testatur: *quod carnibus abstinerint, sponte ex terra crescentibus contenti, atque ita summa illorum vita fuerit cum sanitate.* Et PLATO in Charmide, temperantiam vitæ custodem appellat.

19. Neque nobis defunt literaram monumentis inscripta exempla virorum, qui a prima ætate valetudinari fuerunt, & sine ulla medicamentorum ope, partiori vieti, moderata diæta, & abstinentia ab omni repletione porus & cibi, egrégie valuerunt, & ad octuagesimum, imo nonagesimum & ultra annum, sub vigore mentis & corporis vitam produxerunt. Nam etiæ doctissime scribit FERNELIUS lib. I. de morb. sauf. pag. 210. *Inedia ac parcior & tenuior vietus, corpus pervium patensque reddit, obstructiones expedit, flatus, alvi, feces, urinas, cerebri, omniumque partium excrementa movet & excludit; atque, si impurum corpus vitiioso humore perfunditur, cruditates concoquit & emendat, tenues & inutiles humores exhaustus aut balitu dissipat, crassos vero & cuique parti tenacius inherentes proritat*

atque movet. Ita abstinentia & inedita tanta inest vis medicinalis, ut non modo in vitiis stomachi omnibus fere, in quibus eam CELSUS lib. IV. pag. 217. commendat, colluviem crudorum humorum absument calorem & tonum deficiētem restituat, sed & copiam seri impuri in reliquis corporis partibus evacuando solidorumque tonum ac elaterem restituendo, iis affectibus, qui ex nimia seri proveniunt abundantia medeatur atque occurrat insignissime. Quadrat hinc pulcherrime aph. 59. Sect. VII. HIPPOCRATIS, ita habens: *corporibus præsumida carne præditis fames commendanda est, quæ exsiccat corpora.* HEURNIUS in hunc locum addit: *quia sensim & aqua-liter totum corpus exsiccat.*

20. Ex hisce igitur dictis & adductis facile jam intelligi posse arbitror, quare in morbis capitales gravioribus, ut sunt: paralyticus, affectus soporosi, melancholia, incubus, epilepsia, veteres inque primis CELSUS imo HIPPOCRATES lib. popul. VII. p. 858. *exercitum corporis & abstinentiam a carnis, præsertim pinguis, a vino etiam, maximopere commendarint.* Qui idem auctores in morbo cachectico, id est inque omnis generis cutis vitiis, ulceribus, scabie, elephantiasi, cibum paucum sine pinguis, sine glutinosis, sine inflantibus, item aliquot die rum inediā ac sudore per laborem corporis, præ omnibus aliis remediorum generibus mirifice extollunt. Vide sis CELSUM lib. III. cap. 25. Et THEOPHRASTUS lib. V. philos. auctor est: *abstinentiam rationis usum reddere, quia multum edere & carnis vesci eum adimit, animosque efficit tardiores, & eos immani quadam dementia complet.* Minime vero opus esse autemo, in hujus rei illustrationem latius divagari, quia mihi licet provocare ad meam ipsius experientiam. Nam ad obfirmatam luem, necnon eam, quæ ex impura venere nascitur, radicitus tollendam, imo ad alcerâ cachecticorum cum summa corporis laßitudine juncta sananda, non tutius, non certius & quod majorem ægrotantibus operem tulerit remedium me unquam fuisse

expertum plena fide testor, prater curam emaciantem, per mensem vel duos institutam, nimirum quæ in tenuiori viatu & abstinentia a carnibus, præcipue pinguisibus, motu corporis convenienti & loco potus decoctorum usu, ex lignis & radicibus temperatioribus cum aqua paratorum, interpositis idoneis laxantibus consistit.

21. Et certe, ut non dissimulemus veritatem, sed eam aperte & ingenue profiteamur, posset quidem quisque hominum bene & per totam vitam valere ac penitus omni sanguinis missione carere, si temperanter & moderate viveret, & pro ciborum mensura, convenienti corpus motu exerceret. Quum autem luxuriam & perditam ciborum ingluviem cum otio & desidio declinare homines nolint, ut potius saluberrima haecce remedia plures & fere omnes abhorreant; utique venæctione opus est, quæ subinde praesens & subitum periculum minatur tollendam, ut sunt: apoplexia, hæmoptysis, phrenitis, peripneumonia, angina, febris synocha, inflammatio & spasmodicus intestinorum dolor, non dari potest facilius, praesertim & efficacius remedium; neque minus hac multæ diurnæ & dolorifica passiones, ut rheumatismi, arthritides, phthisis, pathemata hypochondriaco-spasmodica, calculus, ischiaticum malum, si in corporibus copiam sanguinis alentibus ac viribus satis convenienti tempore & modo administretur, averti possunt quam felicissime.

22. Videmus etiam frequentissime, a nimia sanguinis copia, quæ minuendo solidorum elaterem, promtiorem alias ac liberiorem sanguinis & humorum circulum reddit tardiorem, salutares valde excretiones per transpirationem, per alvum, per urinam, item solennes & criticas sanguinis profusiones per uteri ac per ani venas fuisse suppressas. Neque tamen hoc loco, & hac occasione præterire & reticere possumus, quod nonnulli, nostris praesertim temporibus,

efficacissimo hoc remedio cum damno ægrotantium sæpius abutantur, non considerantes, insignem esse differentiam inter plethoram ad vasa, quæ nimium distenta remorantur circulum sanguinis ut vires inde premantur; & inter eam, quæ a veteribus dicitur plethora ad vires, in qua sanguis ebulliens vasa nimium distendit & liberum circumatum impendit: revera autem inopia boni & sinceri sanguinis adest. Quo posteriori casu, nimia & repetitæ sanguinis detractiones plus utique vires exhausti, stomachum infirmant, excretiones retardant & morbos sæpe insanabiles reddunt; igitur Mac ratione, optimo & maxime invocuo huic remedio temerarie pessima fama infertur.

23. Missa perquam utili hac materia, ad aliud genus remedii simplicissimi, quod vulgo vilis habetur pretii, cui tam maximam & prorsus mirabilem ad conservandam vitam & medendum, inexhausta DEI bonitas iadidit efficaciam, nos convertimus. Et hoc est ipsa aqua communis, quæ uti omnium animalium corporum præcipuum est elementum constitutivum, ita etiam summum medicamentum, cujus uberiori potu, juxta locum HIPPOCRATIS citatum ægrotantium plures, sine medicorum ope convalescunt. Saluberrimum hujus autem in medicina usum, antequam paulo pressius prosequamur, principia & ingredientia illa, a quibus proxime ejus in corpus humanum pendet efficacia, paulo accuratius examinabimus.

24. Primum autem monendum esse ducimus, nos non omnem promiscue aquam, quia magna inter eam differentia occurrit, ad salutarem usum commendare, sed eam potissimum, quæ limpida, levis, pura est, non heterogeneis multis sive alienæ naturæ partibus e. g. terreis, salinis imprægnata sive ex fontibus sive fluviis vel ex pluviosis defumta. In hac ipsa tria potissimum medicam considerationem præmerentur. Primo, humidum quod præcipuum formale & essentiale est hujus elementum.

tum. Dein, tenuer illud spirituosum si-
ve potius æthereum, quod intime par-
tibus ejus imprimatum hæret. Et deni-
que, ipsum frigidum principium. Ab
hisce utique singulis, magna & salutef-
ixa in animale corpus virtus redundat.

25. Sine sufficienti enim aquæ ele-
menti copia, nec vitam nec sanitatem
confistere, nec ullum morbum sanari
posse, iis plane qui interiora artis nostræ
hand leviter attigerunt perspicuum est.
Nam natura veterum, illa vitæ conser-
vatrix & morborum optima sanatrix,
nihil aliud est quam sanguinis & humo-
rum perennis progressivus & circularis
motus, cuius beneficio, œconomie vi-
tali amica retinentur, quæ vero aliena
expelluntur; ut hac ratione, ab interi-
tu corruptibile corpus vindicetur. Quam
autem hic ipse in orbem abiens motus
per tenuissimum vasculosum animale
contextum corpus, sine sufficienti liquido
consistere nequeat, quam necessaria
& vita utilis sit liquidi copia, jam con-
stat planissime. Atque id etiam clarissi-
me evincit experimentum, quo constat,
in lacte humano quod non nisi chylus est,
vel in sanguine arterioso septem partes
aquei, & in sani hominis venoso, tres
partes ejus ad unam partem solidæ &
ficcæ substantiæ contineri, quod si len-
to, calore humidi facta fuerit evapo-
ratio.

26. Unde manifestum evadit, liqui-
dum, si quis sanus persistere velit, longissime superare debere solidum quod in-
cibis est, ne humores convenientiæ ca-
rentes fluxilitate in spissescant, in mini-
mis vasculis secretoriis & excretoriis hæ-
reant atque subsistant, & hinc inde sa-
lutaribus evacuationibus suppressis, co-
pia sanguinis & seru impuri, increscens &
liberam humorum circulationem impe-
diens, diurnas & periculi haud exper-
tes conciter passiones, cuius generis sunt:
morbus cachecticus, malum scorbuti-
cum, arthriticum, nephriticum,
neque minus hypochondriaca & hysteri-
ca pathemata, quibus quam maxime
obnoxii sunt ii. homines & præsertim
mulieres, quæ parsiori utuntur potu &

desidî atque sedentariæ addictæ sunt vi-
ta: cum e contrario, eos qui copiosum
tenuem & humidum vescunt, juscum
videlicet, cerevisias valde tenues, imo
ipsam aquam puram & frigidam in usu
habent, ac frequentius infusis herbarum
temperatarum ex aqua calida utuntur,
motuque ac clamore simul corpus exer-
cent, ab omnibus fere morborum insul-
tibus, tutos ac immunes permanere ex-
perientia plane indubia edoceamus.

27. Equisdem nos si quid judicare pos-
sumus, nullum, sive acutus sive chro-
nicus sit, morbum sine sufficienti & te-
nui aquæ potu sanari posse, adeo ut
huic præcipua & medicinalis virtus ad-
scribi debeat, ingenue asserimus ac pro-
fitemur. Nunquam cura febris, sive sit
chronica intermittens, sive continua &
acuta, sine largo lati aquæ, sive c. li-
dæ sive frigidæ, vel cerevisiarum ate-
nuum aut prisana potu feliciter absolvitur;
modo debito tempore, ordine &
mensura subministretur. Nam sine hu-
midi copia, vehemens ille, qui carnem
& vires consumit mixturamque sanguini-
s temperaram destruit æstus, vix ac-
ne vix quidem sedari potest. Neque defi-
ciente hoc, stagnationes & obstruc-
tiones, quæ maxime febrium causam con-
stituant, solvi, neque excretiones &
quidem cuticularem illam, qua potissi-
mum id quod febrem sovet & concitatavit
expellitur, recte succedere posse, res-
est in aprico posita. Quippe medicamen-
ta fere omnia, febrilibus compescendis
motibus a medicis dicata, ut diaphoreti-
ca, diuretica, incidentia, laxantia
& roborantia, nullius fere effectus sunt,
nisi ab humido copioso secundentur &
promoveantur.

28. Ecquis est, qui sine salutiferorum
fontium sive aquarum mineralium frigi-
darum & thermalium usu, tutius, me-
lius, & certius tollere, vel minima-
minuere ac levare chronicas & difficiles
passiones, quibus genus humanum sub-
inde afficit & cruciat, majora deni-
que mala avertere, vel quod præcipuum
est ab eismodi morbis, corpora ad eos
disposita, vindicare suis pharmaciis spe-

cificis & arcanis audeat sibi que persuasum habeat? Harum nimurum & summa virtus aliis remediis in affectibus debellandis longe superior, sanx rationi, ductui & ordini naturæ non modo convenientissima est, sed & per tot secula firma est stabilita experientia, ut profecto de risu se dent, qui vel ex ignorantia, vel ex affectu, hanc a sapientissimo Numine, generi humano providentissime gratis concessam medicinam floeci faciunt vel plane contemtui habent.

29. Per opportunam nobis interea, hac nostra, de aqua meditatio largitur occasionem, curiosam pariter ac utilem movendi quæstionem: utrum incomparabilis harum aquarum efficacia, eis quæ in visceribus terræ primario admissentur varii generis salibus & mineralibus, an aquo potius elemento accepta referenda sit? Nos certe tuemur posteriorem sententiam, ita tamen, ut statuamus, ipsam aquam ab admixtis hisce rebus, quæ utique activæ indolis sunt, majorem vim poros intimius penetrandi, & obstrunctiones reserandi & excretiones promovendi acquirere, quia sine sufficienti vehiculo aquo, parum admodum in dictis hac præstare possunt morbis.

30. Alterum aquarum salutiferum ingrediens est ipsum elementum aereo-æthereo-subtilissimum, quod intime ejus poris innatæ & immersum est, quo aqua nulla, præsertim quæ recens ex fontibus depromitur, antequam calore ejus maxima pars effugiat, caret, ita tamen, ut major vel minor ipsis insit quantitas. Ab hoc elemento dependet aquarum levitas, subtilitas & medicinalis poros penetrans ac roborans virtus. Quod ipsum etiam subtile ac spirituosum principium, quo acidulæ tam calidæ quam frigidæ copioso instructæ sunt, multum harum aquarum medicam virtutem adjuvat. Et quo magis aqua foeta hoc est elemento, quod maxime ex levitate & prompta evaporatione, nec non ex ingenti bullularum copia in vacuo profilientium cognoscitur, eo salubrior est & stimanda, eoque aptior usibus cœco-

nomicis, in coquendis cibis, in extra-hendis vegetabilium, radicum, herbarum per infusionem viribus evadit. Ad quod hoc notatum volumus: aquam, quo diutius coquatur, eo minus aptam esse ad extrahendam grata & sapidam ex herba Thee, vel fabis Coffee substantiam; & hinc statim post primam ebullitionem, optime in hunc finem adhiberi.

31. Afferuimus, in ipso frigore aquæ limpidæ & puræ insignem ad medicum ulum residere virtutem. Veteres medicorum HIPPOCRATES, CELSUS, GALENUS, RASES, potionem aquæ frigidæ plurimis & gravibus in morbis, ut sunt ardentes & cholericæ febres, magnæ infirmitates ventriculi & intestinorum, dolorificæ, flatulentæ, item quæ ex partium nervosarum resolutione & infirmitate oriuntur paf-siones, ut paralyses, catarrhi, rheumatismi, frequentissimo in usu habuerunt & laudabilem ejus in hisce morbis effectum prædicarunt, id quod ex eorum qua posteriorati reliquerunt monumentis abunde licet animadvertere.

32. Inter plurima vero quæ extant loca, per pauca saltim huc adducere placet. CELSUS lib.I.cap.8.iis, qui tarde concoquunt, & quorum ideo præcordia inflantur ac qui propter ardorem aliquem, noctu sitiæ consueverunt, antequam quiescant, duos vel tres cyathos frigida per tenuem fistulam bibendo, suader. Et si meam iplius experientiam interponere integrum est, ex imbecillitate ventriculi & intestinorum laborantibus, qui præcordiorum anxietates cum phlogosi & lassitudine, sanguinisque ebullitiones cum pulsu celeri & difficiili respirazione fuerunt passi, ante lecti introitum, solam aquam frigidam optimæ notæ paullatim assumendam sèpius optimo cum successu suam. CELSUS in præsat. reminit medici cuiusdam CASSII, qui febricitanti cuidam & magna siti affecto aquam frigidam porrexit, qua protinus eam sedavit ac somno & sudore discessit. Et HIPPOCRATES lib. Epid.VI. Sect. 4. ad refrigerandam calidam naturam, conferre dicit aquæ potum & quietem. Neque

Neque minus laudatus jam CELSUS , lib. I. cap. 2. iis qui ex prava concoctione euidum sine praecordiorum dolore rulant , ex intervallo aquam frigidam bibere & se continere commendat . GALENUS ad ardorem in febribus temperandam praebuit aquam frigidissimam ad satietatem ; qui idem in colica quoque biliosa ejus uolum non satis dilaudare potest .

33. Ceterum , illud certissimum est , quod hydropotæ longe melius valeant & maxime ab articularibus doloribus immunes degant , quam qui cerevisis , vino & potibus inebriantibus utuntur . Namque meo ipsius testimonio , si quis dubitaret , confirmare possum , me ex aqua puræ ac frigidae uisu & potu , valde tamen cauto & circumspecto , per aliquot annorum spatium , in levandis & sanandis obstinatis affectionibus , quæ vix ullo remedio cedebant , longæ praeflantiorem vidisse effectum , quam ex aqua calida sive simplicie , sive in infuso uirpata ; quemadmodum id superioribus annis habita dissertatione . de potis frigiſ ſalubritate , fuis ostendi ac demonstravi , varia quoque perutilia quæ hic merito conferri merentur monita adjiciens .

34. Quemadmodum vero experientia , quæ optima veritatis medica est parens , habemus confirmatum , eos , qui supra modum & quotidie fere potibus spirituosis indulgent , capitib & artuum doloribus , rheumatismi , calculo , catarro suffocativo & maxime effrenibus hæmorrhagiis esse obnoxios : ita , qui ab iis potibus abstinentes tenues positiones ipsamque frigidam aquam , vel vinum cum multa aqua dilutum in quotidiano uisu habent , a vehementibus hisce malis immunes persistere , identidem observatione constat certissima . Possem omnino hujus asserti veritatem pluribus exemplis ac testimonii confirmare , si instituti & brevitatis ratio id permetteret ; ast , cum plane constet , me superioribus annis , ob ingentem & multiplicem in præservando & morbis oppugnandis utilitatem , aquam tanquam universalem medicinam , in peculiari

dissertatione , non ita pridem Parisis Gallico sermone redditâ , quæ ab iis quæ medicam praxin intendunt atque intelligunt legi potest , plurimum commendasse , huic labori merito supersedeo .

35. Evidem omne frigidum naturæ humanæ , qua temperato semper gaudet calido , ac humores valde fluxiles & tenues , motibus vitalibus aptos desiderat , nervosisque pariter ac membranofis partibus solidis , testimonio ipsius HIPPOCRATIS , valde alienum & inimicum habetur ; neque ullum fugit , quam subita & gravia imo funesta a largiori potu frigidi haustu subinde fuerint damna oborta : hæc tamen omnia , de imprudenti & inconsulto frigidorum usu intelligenda sunt ; nullum enim , ut inter omnes constat , heroicum , nullum forte & magna in medendo efficacia remedium est , quo non possimus in pernitiem corporis humani abuti . Calidum ipso teste HIPPOCRATE Sect. V. aph. 16. natura humanæ alias admodum amicu[m] , carnium laxationem , nervorum infirmitatem , mentis stuporem , hæmorrhagias , lipothymias quæ ejus sunt naturæ , ut mortis consecutionem afferant , is qui eo diu multumque utuntur , inducit . Nam & calido & frigido sua juvandi & nocendi virtus constat , calidum videlicet tenues & fluxiles servat humores , partes duras & tensas emollit & laxat atque salutares movet exeretiones ; sed ubi jam æstus nimius adest in corpore & omnia in motu sunt ac fluxilitate , vites soluit & dissipat , vimque solidorum elasticam & systalticam vitalem subtrahendo valde nocet .

36. E contrario , frigus solidis partibus , ubi ab excessivo æstu & umido earum viselasticæ systaltica , quæ regit maxime fluida & eorum motibus salutari bus præst , nimium relaxata & soluta est , elaterem , tonum ac robur restituit , intestinumque præcalidum sanguinis motum & orgasmum temperat , circumspecto nimirum , tempestivo & moderato ipsius usu ; qui ubi negligitur , & vel solidis nervosisque partibus rigore & spastmo affectis , vel subito & in nimis larga

larga quantitate corpori aestuanti ac sudore diffluenti ingeritur, incrassando humores, eosque circulationi per minima vasorum ineptos reddendo, frigidum utique perniciosissimum est.

37. Denique, iis rebus, quæ non procul querendæ & quasi nobis domesticæ magna tamen virtute medicinali instructæ sunt, balnea quoque ipse HIPPOCRATES accenset, quorum virtus identidem ab elemento aqæo, eoque vel frigido vel calido unice venit derivanda. Afficiunt hæc vero quam maxime integumenta corporis, cutim, & qui ei substernant musculos, tendines, vasa ac nervos; si in justa temperie non sunt constituta, sed præter naturam nimis relaxata vel constricta: utroque enim vitio si laborant, mox totum corpus propter motuum nexum & conspirationem partium inde male afficitur, etenim internis partibus præter naturam se habentibus, ut videre licet in febribus, convulsionibus, affectibus spasmodicis, etiam externas partes & ipsam cutem ceu valde nervosam & sensilem in consensum capi conspicimus; unde non modo laborantibus externis, sed etiam internis partibus succurri posse balneis, ratio ac naturæ ductus suadet & experientia confirmat.

38. Miræ & fere ineffabiles sunt utilitates, quas balnea, quibus vel inferiorum partium, ut pediluvia temperata, vel superiorum, nimirum capitiluvia, ex aqua tantum dulci parata, accensimus, in doloribus, spasmis, contracturis, omnibusve partibus frigore & rigiditate affectis recte usurpata prestant. Adeoque quam insignes & eximias vires in morbis internis gravioribus & diuturnitate molestissimis, ut sunt affectio hypochondriaca, hysterica, colica, calculosa, in deliris quoque, mania & melancholia mitigandis ac curandis, balnea temperate calida exerant, iis, qui praxin exercent & intelligunt optimæ cognitionem & perspectum est. Quam materiam, cum fusius olim persecutus fuerim in dissertatione de usu balneariorum ex aqua dulci, lectorum eo remitto.

39. Præter balnea calida vero etiam frigida peculiarem plane in medendo promittunt efficaciam. Romanam patiter ac alias gentes balneis olim frigidis, non tam delectationis & munditiae quam sanitatis causa usas fuisse constat: quod remedium in Anglia retentum fuisse, Buxtoniensia, quæ maximæ in sanandis morbis efficaciaz perhibentur, in primis testantur, qua de re certe doctissimi Angli FLOYERI trattatus de usu balneariorum evolvi meretur. Prosum autem quam maxime in affectibus paralyticis, inque malo hypochondriaco, hysterico, ubi ventriculi & intestinorum tonus solitus est, in malo ischiatrico, rheumatismis, artuum & capitis doloribus, hujusque generis similibus. Neque exempla desunt melancholicorum pariter ac maniacorum balneo frigido curatorum, quale de mania curata Clar. MICHELOTTUS in M. N.C. vol. I. obs. 102. pag. 191. refert.

40. Suffragatur nostræ quoque sententia hoc in genere antiquitas. Nam lib. II. cap. 5. CELSUS inquit: Neque hi solis, quos capitis imbecillitas torquet; usus aque frigidæ prodest, sed iis etiam, quos assidue lippidudines, gravedines, destillationes tonsillæque male habent; his autem non caput tantum quotidie perfundendum, sed os quoque multa frigida aqua sovendum est. Præcipueque omnibus, quibus hoc uile auxilium est, utendum est ubi gravius cælum austri rediderunt. Neque prætermittendus ex eodem Auctore alias de hac materia illustris locus, qui extans lib. IV. cap. 5. hic est: vulgatissimum pessimumque stomachi vitium est resolutio, id est, cum cibi non tenax est, soletque desinere ali corporis ac sic tibi consumi. Huic generi inutilissimum balneum est. Lectiones, exercitationesque superioris partis necessaria; & perfundi frigida atque in eadem uatore, cunalibus ejusdem subjicere etiam stomachum ipsum, & magis etiam a scapulis, id quod contra stomachum est. Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Symbrunaramque sunt, salutare est. Quo loco aperte CELSUS profe-

profitetur, balneum calidum minime prodesse, ubi stomachi vis concoctrix fracta ac debilitata est, quam potius frigidum egregie excitat atque erigit.

41. Paucis ut dicam meam sententiam: exerit frigidum balneum quam maxime virtutem suam, tonicam & elasticam vim motricem partium solidarum, praesertim externalium, etiam ipsius stomachi atque intestinalium penitus solutam vel relaxatam restituendo, ut majori vi ac robore fluida regi & propelli per canales possint, in primis ubi eorum infirmitas ex nimia humiditate vel excessivo calore, qui soluit tonum, oborta fuerit. Certe notatu digna sunt quae hanc in rem scribit HIPPOCRATES de humid. usu §. 6. item lib. II. de dieta §. 35. calido balneo corpus magis perfrigeratur, post frigidum potius evanescit. Sed haec satis de hac materia. Possimus adhuc plura, ex ipsius HIPPOCRATIS supra citato loco, de quietis, de somni, & praeter haec de lacte & ejus seru, de juscumorum quoque medicamentorum mira in medendo efficacia adducere, si ubiorem harum rerum evolutionem & disquisitionem, temporis pariter ac brevitatis studium permitteret.

DISSESSATIO VIII.

DE MIRABILI LACTIS ASININI IN MEDENDO USU.

S. I.

REmedia simpliciora, parabiliora & velut domestica, cum in pertinendis, tum tempestive praescindendis, variis morborum generibus, omnia sic dicta composita, artificiose cinnata & concentrata pharmaca, non modo securitate, sed & virtute ac efficacia, longe multumque antecellere: nemo facile rectius intelligit, quam qui in artis salutaris exercitio diu cum cura versatus est. Sane, si praeclara antiquissimorum medicorum monumenta evol-

vimus & curatius excutimus, eosdem medicamentibus simplicissimis & paratu facillimis, naturae amicis & ita dictis diæticis, magis alimenti, quam medicamenti vires obtinentibus, plus detulisse & re ipsa præstitisse, omnino deprehendimus, quam recentioris ævi chymiatri, chymico igne excoctis, activioribus pharmacis & pretiosis arcanis proficiunt. Hæc enim, nisi summa adhibita cautione & prudentia administrantur, magis ad nocendum, quam ad juvandum, parata sunt atque disposita: eamque ob causam merito valde inlecura censenda, & domesticis minus anticipitibus longe sunt postponenda.

2. Constat quidem subtiliori chymia laus sua & haud translatitia commendatio, ad perscrutandas maxime rerum naturalium mixtiones ac vires; laudanda quoque in eo est quorundam chymiarum contentio, quod paucis guttulis & exigua mole ægrotantium fastidia levare annisi sunt: sed profecto, quum penitus ferme rejectis diffusoribus & sic dictis Galenicis medicamentorum formulis, ipsisque diæticis, a veteribus tantopere laudatis præsidii, neglectu datis, medicamenta ex chymia perfita, in avertendis & debellandis morbis, nimum in usum vocarunt; factum utique est, ut praxis medica nostra ætate, longe periculosior sit veteri, funestisque plurimis exemplis subinde infametur. Ego vero hanc semper animo imbibi sententiam: ad felicem & auspiciatum in arte salutari finem obtinendum, necessarium esse, ut theoria cum praxi, veteres cum recentioribus, remedia Galenica & domestica cum chymicis & perpetuo coniungantur. Quippe, longa demum & multiplici experientia reperi & annotavi, remedia, quæ & alimenti, & medicamenti vi instructa sunt, tanquam affinia & blanda corpori nostro, in morbis curandis & præcavendis, non modo securissima esse, sed etiam efficacissima. Et horum usum ac genuinum adhibendi modum, ex veterum monumentis, longe melius, quam ex recentiorum libris hauriri posse & adisci,

disci, identidem iis, quibus antiqua non sordent, apprime cognitum est.

3. Praclaro in primis & luculentio hujus rei exemplo est lac asinum, quod, licet a priscis medicorum mirifice laudatum, & in expugnanda gravissimorum morborum contumacia utilissimum deprehensum fuerit; plurimis tamen ex recentioribus, etiam magni alias nominis medicis, praestantissima haec dotes latent, eamque ob causam, exoptatum hoc sanitatis praesidium, vel parcius in usum medicum traxerunt, vel eodem uti plane non ausi sunt. Nos itaque & solida ratione ducti & multiplici experientia edoti, prasenti specimine nobilissimum lactis asinini usum ejusque virtutes plane mirandas, velut ex ignorantia tenebris iterum in lucem proferre & ad pristinum splendorem postlimino quasi revocare, apud animum constitui mus.

4. Prius vero, quam ad institutum nostrum exsequendum paulo proprius accedamus; e re visum fuit, ostendere in genere, quod omne lac alimentum sit maxime medicamentorum, sive, quod eidem, praeter eximiam nutrientem facultatem, singularis & admiranda plane virtus insit medicinalis, ob quam merito, nec sine gravi ratione, ad medicos usus commendari queat. Et nutritivam quidem lactis efficaciam, eo minus ulli dubiam fore credo, quo magis inter omnes, vel proprio cuiusvis exemplo, constat, lac corporis nostri alimento, si quid aliud, convenientissimum esse & quam maxime accommodatum. Etenim foetus, uteri ergastulo adhuc inclusus, lacte, in secundinarum compage elaborato, nutritur & augefitur. In lucem deinde editus, lactis beneficio firmitatem nanciscitur, ad perfectionem sensim deducitur, omnesque ejus internae partes tantum roboris iude fortiantur, ut alimenta assumta subigere, digerere & in lacteum succum, chylum scilicet, convertere possint. Ac denique quilibet homo, quoisque vita fruatur, chylo, ex alimentis digestis & soluis extracto, qui non nisi lac est, nu-

trimentum accipit & vigescit. Quinimo lac est, quod non modo sanguinis, sed & omnium quae vitam sovent ac sustentant liquidorum, pabulum & materiam suggestit.

5. Quidammodum igitur lac in alimentorum classe principem obtinere locum, certum ac manifestum est: ita non minus primas in remediorum censu meretur. Quod, licet non adeo omnibus cognitum sit atque perspectum: facili tamen negotio probari potest ac demonstrari. Ut enim ab experientia, optima rerum magistra, omnibusque subtilissimis ratiocinationum speculationibus superiori, ordiamur: nemini certe, vel levi brachio in artis medice cultura versato, obscurum esse poterit lac, omnium propemodum animalium, excellentem & prodigiosam fere, adversus potentissima, corrosiva maxime & funestis exemplis penitus infama ta, tam ex mineralium, quam animalium & vegetabilium sic dicto regno, petita venena temperanda, circu randa & infringeada, vim possidere: quae tanta est, ut quilibet toxicō infectus, lactis tempestive, convenienti tempore, modo & quantitate hausti us, praesertaneum interitum effugere & omni periculo eripi possit; eamque ob causam merito dubitandum sit, an, praeter lacteum humorem, tam promptum tamque excellens antidotum, in universa rerum natura deprehendatur & aequali facultate splendescat. Et hanc certissimam lactis adversus venenorū nōxiam virtutem, dudum jam veteres & primi medicinæ & materiæ medicae autores perspicerunt & prodiderunt. In primis DIOSCORIDES, antiquissimus medicinalis materiæ scriptor, GALENO teste, nulli secundus, lib. II. de mat. med. c. 77. ita differit: *Lac autem, recens etiam, efficax est contra resiones & inflammaciones, a medicamentis existialibus factas, sibi a cantharide, pityocampa, salamandra aut bupreste, auripigmento, dorycnio, aconito aut ephemero. Id quod etiam PLINIUS hist. natur. lib. XXVIII. sect. 21. & 33. totidem fere verbis testatur.*

6. Si

6. Si morbos ipsos dispicimus, amplissimus pariter lactis in iis est usus & incomparabilis utilitas, quam unanimi suffragio, testimonii & exemplis luculentem adstruunt, cum priscis medicorum HIPPOCRATE, GALENO, CELSO & ARABIBUS, neotericorum quidam. Patebit hoc uberiorius in sequentibus nobilissimo lactis asinini exemplo; in praesentiarum autem sufficerit allegasse MARTIANUM, *Comment. in Hippocr. lib. I. de morb. mul.* p. m. 205. perhibentem: antiquitus lac fuisse veluti sacram anchoram & omnium remediorum caput; ita ut vix ullus morbus esset, in quo lac non administraretur. Eadem quoque in rem pulchre non minus quam ex vero JO: JAC. WEPFERUS, probatissimus auctor & gloriam Helvetiorum medicorum quam maxime exornans, in epistola ad Verzaschan scribit: certe, divini aliquid in lacte latet. Antehac nunquam credidisse, nisi id sensibus compriisset. Vidi his meis oculis, quasi novos homines inde facti fuisse. Nam legitimo ejus usu, habitum firmorem, colorem nitidorem & vires robustiores plurimi acquisiverunt.

7. Utut autem in genere lacti animalium, quae in usum maxime economicum cedunt, ut bubulo, ovillo & caprillo eximia medicamentosa facultas insit: attamen asinum lac, PLINIO l.c. sect. 33. teste, omnium est efficacissimum, & virtute reliquias lactis species in medendo longe exsuperat, ita prorsus, ut neque tam securum, neque prstantia & efficacia tam excellens remedium, ullibi sit reperiendum. Hoc enim opportuno tempore, debita quantitate & convenienti cum regimeni exhibitum, phthisics, hecticis, marasma & febribus lentis tabescentibus, tufsi chronica & atrophia scorbutica laborantibus, hypochondriaco & hysterico malo affictis, spasticis pathematibus detentis, viscerum exulcerationi & morbis ab erosione falino-acri proficisciensibus implicitis, summo auxilio est atque praesidio. Quare dignum omnino mihi visum fuit hoc potissimum lactis genus,

quod præ ceteris eligerem, meditationi subjicerem, cuius vires eruerem, utilitatem demonstrarem ac testimoniis & exemplis confirmarem.

8. Cur vero asinum lac, aliorum animalium lacti in medendo fit præferendum, primo omnium ratio erit reddenda. Quo ut eo facilius & felicius defungar, supponenda prius & statuenda erunt nonnulla, de lactis mixtione ejusque ingredientibus, tanquam operationum fontibus. Videlicet, res vulgo noxiissima est: omne lac ex diversa eaque triplici substantia, quarum quilibet discrepantem facultatem & proprias vires obtinet, confitatum esse. Prima est fluida portio, qua seru nomine effertur. Altera est oleosa, pinguis, qua in supernatante cremore sese conspicendi præbet, & ex qua butyrum elaboratur. Tertia est crassior, terreæ & mucilaginosa texturæ, ex qua caseus coagulatur & conficitur. Serum, sive aquæa portio, reliquas omnes quantitate superat, ita, ut pro differentia lactis, non unquam octo vel decem fluidi partes, & una tantum solidi, in eo continentur. Butyrofa, oleosa, pinguis materia, levissima est & parciflma, naturæ inflamabilis. Et caseosa denique indolis est fixioris & gravioris, qua ab acido facile densatur, in casei speciem coit fundumque petrit.

9. A triplici hac & differenti lac constituentium ingredientium natura ac indeole, omnis omnino lactis, in quibusvis morbis, tam arctendis, quam debelandis, virtus repetenda est ac derivanda. Etenim quodcumque lac tenue est ac liquidum multumque seri alit, illud & humectandi, & diluendi, & absflergendi, & laxandi facultate præ reliquis commendabile est. Vicissim, quod gravius est, multumque caseofa, crassioris materia foveat, incrassandi, constipandi, adeoque rupta vasa consolidandi efficacia maxime splendet. Id autem, quod multum tremoris buryrosi, nec non largum caseofa substantiae apparatum cōplectitur, emolliendi, demulcendi, invigandi & nutriendi facultate conspicuum est.

Jam si diversas & quæ communioris ac recepti usus sunt lactis species lustramus: humanum omnium dulcissimum, tenuioris craseos substantiæque præpinguis est, quare eximie nutrit ac naturæ humanae maxime est accommodatum. Bubulum pinguius est, multumque etiam terrei & minus seri haber, ideoque minor in eo vis abstergendi est, tanto autem major leniendi, temperandi & nutritiendi. Ovillum omnium era assiduum & caseosa terrestri mucilaginosa materia fecutum est: unde, teste HIPPOCRATE, minus detergit, conglutinandi autem vasa læsa & ab humorum acrimonia erosa, sive sanguinea, sive lymphatica, utilitate excellit. Caprillum, parcius sero imbutum & crassioris, tantisper consistentia & adstringentis naturæ est, minus butyri largitur, meliorem tamen adhuc bubulo, absterioriam facultatem obtinet.

10. Hæc autem diversa in lacte ingredientium proportio, & inde dependens quoad operationem & usum differentia, non tam pabulo, quo vescuntur animalia, de quo inferius latius agemus, quam potius diversæ corporum, quæ lac præbent, texturæ & conformatiōni tribuenda est. Etenim licet singula animalia lactaria eodem tempore, eodem modo eodemque alimento nutrīantur, non tamen unius ejusdemque indolis lac fundunt, sed quodlibet proprium & peculiare concedit. Id quod luculent utique est documento, pabuli materiam & naturam, ad lac conficiendum non solam sufficere, sed diversam animalium naturam, quæ non nisi a dissidente fluidorum, sanguinis, nempe & reliquo humorum varia crassi, mixtione & textura, nec non solidorum, maxime glandularum mammiarum, quæ e minimis vasculis conflatae sunt, fabrica, structura & constitutione petenda est, concurrere maximumque conferre momentum.

11. Jam si medicamentosam, asinini lactis facultatem ejusque indolem, sigillatim perquirimus, istud multis peculiaribus splendere dotibus, deprehendi-

mus, quæ id singulari quadam & eminente salubritatis nota insinuant. Nimirum ea asinini lactis propria laus est, quod præ reliquis tenui, aquosum sit & seroso humore abundet: id quod dudum jam cum ARISTOTELE lib. III. his. anim. cap. 20. animadvertisit GALENUS, qui lib. X. de simpl. facult. nec non lib. VI. de sanit. lac asinimum vocat ~~asinoque ieiunator~~, tenuissimarum partium. Quare, quum in confessu sit, plerisque morborum origines ducere ex humorum tenacitate & spissitudine, qui dum ægrius per minima vasculorum, e quibus præcipua emunctoria & colatoria glandularum organa coagmentata sunt, transeunt, his in angustiis subsistunt easdemque infaciunt, & sic obstructions signunt: in proclivi est judicare, lactis asinini, serosa & fluida materia largiter scatentis, ad referanda obstructorum repagula, spissiores & viscidos in corpore succos attenuandos, fluxiles reddendos & in motum redigendos, usum esse saluberrimum. Similiter, quum in propatulo sit, permultas ægritudinum acri, falsæ & vellicanti humorum constitutioni ortum debere; non minus luculent patet, lac asinimum, multo sero & humidu dilutum, huic diluendæ, temperandæ ac obtundendæ apprime ex usu esse: licet non negandam sit, quod in exequenda saluberrima hac efficacia, oleolum ac dulce simul succurrat elementum, quod intersertas salinas acies involvit & cicurat, quo sic attemperati crudi & male cocti succi, accedente liberalioris seri vehiculo, promte per vasorum excernentium emissaria, eliminentur.

12. Altera, qua lac asinimum datum est, prærogativa, in eo constituta & quarenda est, quod parum caseosa & crassioris substantia alat. Etenim ostio primum lactis asinini uncias carbonibus vivis in patina ampliori imposuit, & post omnimodam seri, exhalationem, vix sex drachmas materiæ albescantis dulcis collegimus. Cepimus deinde ejusdem lactis libram medicam, quæ duodecim uncias sequat, & in vase clausa-

clauso, ad dimidiis replete, ut coagularetur se posuimus. Elapso triduo, ad fundum fecerit candidissimum ac tenuem coagulum, quod colatu per chartam bubalam a sero liberatum & penitus postea exsiccatum, pondere vix ad drachmas duas accessit, reliqua substantia solidioris parte, partim una cum sero per cribrum transeunte, partim filtri vasorumque parietibus firmius agglutinata ipsaque sub operatione disperatur. Contra vero idem vaccini lactis pondus, eodem modo tractatum, in longe crassius & ponderosius coagulum densabatur, quod transmissio per filtrum liquido, insolatum & ad lancem expensum, decem drachmarum gravitatem exhibuit. Quo manifestatur, per exiguum, comparatione cum aliis lactis generibus facta, esse caseosae crassioris substantiae in lacte asinino apparatum, eoque ipsi peculiarem commendationem accedere. Quippe facilius ad extrebas venarum angustias pertingit, succos vitales intimius perluit, lento humores citius eliquat, inertes & impastos attenuat, solutaque promptius evertat.

13. Accedit tertio, & eminentius salubrem lactis asinini facultatem conspectuus arguit: quod ipsa caseosa, quam complectitur substantia, longe tenerima sit, neque in crassum ac firmum coagulum abeat. Calefecimus hunc in finem asinimum lac, & aspergo acido, ut spissitudinem contraherer expectavimus; sed praeter flocculos paucos, tenues & sparsim sero innatantes, nihil in conspectum venit: quum contra bubulum lac, admixto acido, illico in ossas densetur, quae firmius concrecentes ob pondus fundo adhaerescunt. Jam vero in cura, quae lactis ope adornatur, nihil neque noxiun ac perniciolum est, quam si hoc in ventriculo coagulum contrahit, eamque ob causam, ut hoc avertatur, primaria medentis est intentio. Gravissima enim, quae factam lactis in ventriculo coagulationem subsequuntur, sunt damna, & a probatissimis auctori bus passim observata & annotata. Quare liquido patescit, longe salubrius &

medico usui multo magis accommodatum esse illud lac, quod difficulter coit, vel tenerum tantum & exiguum spissamentum dimittit, cuius genii potissimum est, de quo jam agimus, asinum.

14. Quam modo in asinino lacte lavavimus teneritudinem & serosi humoris copiam; huic dos quarta eaque electissima proxime adjungenda est, quam exquisita dulcedo ipsi conciliat, & quae tanta est, ut omnes lactis species, solo humano excepto, superet, eamque ob causam delicatissimum saccharum, seu potius maniforme magma, artificiose longe melius & copiosius ex eo elici possit. Suscepimus experimentum, & duodecim lactis asinini, Junio mense emulsi, uncias, leni igne incoximus, ac primum unciam concreti crassamenti, admodum dulcis, obtinuimus. Huic effudimus rursus in vitro conservali aquae pluvialis libram medicam, qua crebriori agitatione dissolutum proponendum est concrementum totum, relieto tantum parco in fundo sedimento. Supernatans liquamen per chartam emporeticam trajecimus & exhalationi commisisimus, eaque spissamenti melliformis, saporis mirum dulcis & coloris albi, unciam dimidiad impetravimus. Quum igitur asinum lac liberalius sal dulce intus reconditum habeat: omnino non dubitandum videtur, quin ab eo eximiam quandam medendi facultatem accipiat, quae non exspectari potest ab aliis lactis speciebus. Melleum enim hoc sal, acrimonie humorum, tam acidorum, quam biliorum, contemperande, obtundendae & cicurande egestie inservit, simulque abras intestinales blande irritando, alvum officii admonet eamque subducit. Unde recte HIPPOCRATES lib. II. de diet. auctor est: quod lac asinum magis per alvum secedat, quam ullum aliud. Et idem gravissimus auctor, lib. de nat. mulier. in persanando uterino fluxu albo, primum per inferiora lactis asinini potu purgationem absolvit, & post hanc lactis bubuli usum suadet.

15. Ex his igitur, quæ hactenus fusiis de nobilissimis lactis asinini dotibus & prærogativis differuimus, intelligentium judicio luculenter patebit: incomparabilem prorsus ipsi inesse facultatem, ad persanandos quamplurimos morbos, quos ut ordine jam enumeremus, ipsumque usum quoad specialiora exponamus, instituti ratio postulat. Quod si vero morborum censum, quibus asinuum lac dicatum & accommodum est, ini-mus, inter præcipuas præstantissimi hu-jus remedii laudes, primo merito connumerandum est loco: quod phthisicis & tabe consumtis, hoc certius ac utilius, neque excogitari, neque suaderi possit, remedium. Antiquissimus certe his in morbis lactis est usus, quem priscæ medicorum scholæ, Cnidia æque ac Coa, propugnarunt, donec ex hac pro-diret HIPPOCRATES & illustrius hunc affereret ac stabiliret, cuius aucto-ritatem ii, quos postera ætas tulit, una-nimi suffragio sequunt sunt. Inprimis GALENUS multus est in commendando lactis ad phthisin usu, & lib. V. meth. med. cap. 12. mentionem injicit loci, quem vocat Stabias, aeris bonitate, pecudum pabulo & lactis ibi emulcti salubritate celeberrimi, in quem frequen-tissime confluxerit, ad sanitatem recu-perandam elumbis phthisicorum cohors. Quinimo ARETÆUS tantum lacti in gravissimo hoc morbo tribuit, ut lib. VII. de morb. chron. non dubitaverit asse-re, phthisicos, si multum lactis po-tent, nullo alio egere auxilio.

16. Quamvis vero omne lac phthisicis & tabidis saluberrima eaque optima sit medicina: asinimum tamen reliquis omnibus palmam præripit, dum ejus usus cunctis indicationibus, quæ ad phthisin curandam requiruntur, ple-nissime satisfacit. Quod si enim causam & originem phthisis pulmonalis paulo curatijs scrutamur; utique ab infarctu & obstructione vasculorum, ex quibus pulmonum compages maxime contexta est, eadem arcessenda erit. Unde ap-posite non minus, quam mechanice, HIPPOCRATES lib. de internis aff-

tionibus cap. IV. phthisici mali genera-tionem hisce delineat verbis: *Quum pulmo sanguinem in se ipsum traxerit, aut pituitam salsam, & non rursus di-miserit, sed in ipso coacta & compacta fuerint, ab his tubercula fiunt in pulmo-ne & suppurantur, ab initio & per to-tum morbum tussis acuta sicca obtinet, & rigor, & febris, & dolor in pectore & in dorso incumbit, aliquando etiam in latere & erecta cervice spiratio vehe-mens incidit, deinde corrumptus pus & multum expulit.* Solemne quidem fuit veteribus, lactis curam in phthisi ita adornare ac præscribere: ut asinino nonnunquam præmitterent, nonnun-quam subjugerent, pro varia cujusvis intentione, aliud lactis genus. Sic HIPPOCRATES primo suadet purga-tionem cum lacte asinino cocto, vel etiam equinum lac excolatum, quod valde perfibile est asinino, quotidie mane ad tres heminas hauriendum: postea vero, lac vaccinum, aut caprili-um, usurpandum commendat. Et PROSPER ALPINUS, de medic. meth. lib. VIII. cap. 7. in exulceratione pulmo-num & inde facta tabe, primo lactis muliebris, deinde asinini, & tandem caprilli usum, plurimum laudat. Nos autem, solum lac asinimum ad trucu-lentum hunc morbum abigendum suffi-cere, & ratione, & experientia confir-mari, asserimus. Quippe hoc, ad amurcam mucidam in tubulis pulmo-num obhæresentem abstergendam, dissolvendam, propter sal dulce deter-sivum quo pollet, nihil est aptius nihilque magis accommodatum. Vires pra-terea dejectas egregie instaurat, calorem intestinum temperat, vacuata membra replet omniaque excretoria aperta servat. Neque tamen penitus inficias imus, obstructionibus vasorum pulmonialium sublatis, ad cavitatem, quæ ab erosione & ulcere fit, replen-dam, & consolidandam, lac vaccinum, vel caprillum, ob copiam mucidæ ter-reæ, qua refertum est substantiæ, optimo cum fructu addi posse atque sub-stitui.

17. Si nostram licet interponere experientiam, in procli vi forer, plurima recensare exempla, phthisicorum, qui contumaci tussi, febre, puris & materiae viscidæ copiosa ex pectorre rejectione & incredibili corporis contabescentia afflicti, omnibus aliis sere frustra datis, tandem ex consilio meo, solo lactis asinini, vel etiam vaccini, cum, vel etiam sine infuso theiformi, exhibiti, longius extracto usu, perfecte sanitati redditii fuerunt. Sed missis aliis, recentissimum tantum & quod animo nostro adhuc obversatur interseremus. Vir quidam, triginta circiter annorum, prava vietis ratione, in primis spirituorum ingurgitatione, nec non affestuum intemperantia, primum in hæmoptysis incidit, qua curata, quam antiquum obtineret, febrem nactus est prima facie catarrhalem, sed progressu vires lumenem & ægrum diu noctuque afflagentem. Accessit continuus & copiosus purulentæ & viscidæ materiæ screatus, cum extremo virium lapsu & summa corporis contabescentia, ut ossa circumferre non posset & morti ab omnibus destinaretur. Nihilominus, quem per trium ferme mensum decursum gravissime decubuisse, incunite vere, praeter omnem, nostram etiam opinionem, lacte capillo, mane calide sumto, postquam pulveribus leniter aperientibus falino-abstessivis & nitrofisis, infarctui & calori hectico ocurrisset, adspirante Deo convaluit.

18. Monendum tamen est, quod, licet lac præstantissimum inter omnia in phthisi curanda remedium sit, & justo tempore ac convenienter datum, non facile usu suo destituatur; non tamen omnis omnino phthisis eodem persanari possit, sed principiis maxime obstante, hoc & tum fabridium in usum esse trahendum, quando ulcera non adeo callosa sunt, si cavitas & erosio non profundior & amplior, neque febris continua, sine ulla intermissione vel remissione, urget. Recte enim CELSUS lib. III. cap. 22. tradit: *Si vera phthisis est, inter initia protinus occurtere necesse*

sarinum est: neque enim facile hic morbus, quum inveteraverit, evincitur. Inter initia vero, subjicit, sicut in omnibus longis difficilibusque febriculis, lac recte dati potest. Et ALPINUS l.c. considerate monet, lactis potionem continuatam sanare posse phthisicos in principio, antequam ulcera augeantur & callola evadant.

19. Porro, quum hæmoptysis, difficilis spiratio, tabes & febricula, ab eadem causa, nempe obstructione vasorum pulmonalium & inde obortis tuberculis, quæ malo consummato in scirrhos & exilcerationes cancerosas abeunt, & individui plerumque phthiseos pulmonalis comites sunt, originem ducant: his etiam malis nullum aliud & præstantius, quam usus lactis asinini, opponi potest præsidium, quod etiam ab antiquis & peritis medicis magnopere semper fuit laudatum & commendatum. Meretur huc adduci insignis TRALLIANO locus, lib. VII. p. 309. dum ait: *quod si corpus totum alimentum non sentiens contabescere manifesto inceperit, neque thorax multum puris continet, etiam solum lac ipsis dari debet, & asinum omnia alia antecellit, quod probe purgat.* Idem auctor lac asinum in difficulti spiratione commendat l.c. scribens: *agre spirantes asinino late adjutos subinde conspexi, quum opportune esset datum, omnia enim, quæ pulmonum cavernis infixæ sunt, rejectione reddit morigera.* Et de hæmoptysi l.c. p. 304. ita habet: *omnes hæmoptyci latte utantur. Neque enim medicamentum, aut cibus, aut aliud quippiam, adeo accommodum ipsis aut utile, quam lac: & qui per initia solo ipso constanter, longiori tempore usi sunt, omnes in totum consanuerunt.* Porro addit: *novi quandam, qui cum toto anno lac bibisset & comedisset, & a vino abstinuisse, ab hæmoptysi & puris sputo liberatus fuit, ut nec postea in phthisin incidenter.*

20. Tabes cum calore febrili lento plerumque originem dicit ex infarctis, vel obstruatis vasculorum angustiis, & inde exorta humorum stagnatione, sive eadem in pulmonibus, sive

visceribus abdominis & partibus glandulosis, contigerit. Lactis autem asini ea propria laus arque facultas est, ut egregie humectet, obstructa expediatur, & teste *Prosp. ALPINO* l.c. cap. 8. plus refrigeret, ac refrigerando prohibeat caloris effluvium, humiditateque caloris ignei efficaciam hebet et. Unde luculententer patet: ejus convenienter institutum usum, non solum desideratissimum in omni febre lenta spondere opem, sed reliquias etiam omnibus remediis merito esse praeferendum. Quadrant huc quæ **HIPPOCRATES** *Sect. V. aphor. 64.* perire suadet: *tubercularibus, inquit, cum febricula, lac sumere convenit.* Idem testatur **RIVERIUS**, idque notatum digna observatione *Cent. II. obs. 78.* confirmat, memorans: quod virgo **Mons-pelicensis**, XXV. annorum, quæ tussi molesta, dies noctesque urgente, perpetuis vigiliis, dolore peccoris, febre lenta, alvi constrictione & macie totius corporis afficta diu lecto affixa fuerat, præmissa ptsana laxante, postea solo lacte asinino, per mensem usurpato, plenarie convaluerit.

21. Præter hæc commemorabilis maxime est casus, qui mihi ante aliquot annos contigit: Generosa quædam feminina variis a multis annis detenta fuerat morbos afflictionibus, a dimidio vero anni, nacta erat febrem lentam, cum ciborum fastidio, artuum languore, tussi siccâ, insomnia, dolore circa os sacrum, urinæ ardore, copiosis nocturnis sudoribus summa corporis macie viriumque lapsu stipatam, ita ut pedem ex lecto proferre non posset. Incassum adhibite fuerat decocta visceralia, pulveres antihectici, stomachica, antihysterica, resolventia & sexcenta alia omnia videbantur conclamata, nihilque præter duram moriendi necessitatem superesse. Tandem vero, ex consilio meo, adulto vere lac asinum, interpositis subinde, laxante mannato, pulveribus temperantibus nitrosis & assumptis jusculis nutrientibus, cum radicibus aperientibus paratis, in usum votatum fuit, tam felici cum successu, ut

exactis vix tribus diebus, in melius verterentur omnia, protractaque ad ali. quot hebdomades adhuc cura, ægra sanitati & vigori penitus redderetur, eademque per DEI gratiam adhuc leta fruatur. Ipsum calum & curationis successum pluribus commemoratum vide in mea *Medicina consult. part. IV. Dec. II. cas. 7.*

22. In empyemate quoque, quod non raro a pleuritide vera, eaque perperam tractata, præsertim in corporibus spongiosi habitus gigantur & ingenti quotidie puris copiæ per os ejectione manifestatur; mirabilem lactis asinini efficaciam deprehendimus. Quod ut eo testatus elucescat, in confirmationem adducere placet illustre exemplum a **FRANCISC. VALLERIOLA lib. V. obs. 5.** proditum, utpote narrat: mulierem quandam post pleuritidem ingenitem sputi purulenti copiam per os rejcisse, & inde totam consumtam, attenuatam, exsanguem planeque tabidam fuisse factam. Ipsum quidem deterioris potionibus, linctibus, & jusculis, & aliis omnibus auxiliis, illam juvare & pectori contentam saniem evellere tentasse, sed parum profecisse; tandem vero, quia febris non fuerit gravis, nec in hypochondriis & visceribus obstrunctionibus apparuerit, lac asinæ recens multum, adjecto pauxillo saccaro, suffisse, eoque per sesquimensem assumto, in integrum sanitatem bonumque corporis habitum deductam esse ægram, & demum post duodecim annos in puerperio obiisse. Memini etiam viri cuiusdam nobilis, triginta annorum, temperamenti sanguinei, succi pleni, qui ante plures annos, quum Mindæ medicinam factitarem, a pleuritide malcurata inciderat in ingentem, tam purulentæ, quam chylosæ materiæ per os ejectionem, per mensem & ultra durantem, ita, ut primis hebdomadibus, libram minimum unam quotidie expueret, & mirum inde viribus deficeret macieque consumeretur. Huic quam suauissimæ lac asinum, & is hoc ad duos fere menses, adhibitis simul pulveribus

ex lapidibus cancrorum & bolo Armeniæ, necnon balsamo sulphuris amygdalino, cum spermate ceti & sanguine draconis remixto, quotidie potasset, eundem, fortunante divina gratia, feliciter cum omnium admiratione ad salutarem reduxi.

23. Verum enim vero usus lactis asinini non tantum in morbis, qui pulmones aliaque viscera cum gravi tussi, febre, labo ac tabe attentant, eximiam & plane divinam exserit utilitatem, sed admiranda etiam & exoptatissima virtute in leniendis, demulcendis ac sopiendis atrocioribus partium maxime nervofarum doloribus, e quibus qui articulis incumbunt præcipui sunt, splendet. Oriuntur articulares hi morbi, in primis chiragra, podagra & ischiadica affectio, a sero tenui acriori, ligamentis articulo-nerveo-tendinosis, ex glandulis a Clopton HAVERO inventis, imotuncis glandulosis, transudantibus illo, quod arroendo incredibilis dolores & spasticas contractions suscitat, quæ postea per consensum totum systema nervosarum partium afficiendo, febrem, vigiliam, anxietatem, virium languorem, inappetentiam, inquietudinem, si paroxysmus gravior est, inducent. In ejusmodi rheumaticis & arthriticis passionibus, universa fere humorum mala, impuris, fallis, tartareis, acribus particulis est referta, quæ, licet sepe antecedentem causam sive plethoram, sive sanguinis excretionem quandam criticam suppressam, affectuum intemperantium & diætam inordinatam habent: perperam tamen novaturientes quidam remotas has causas, cum proxima, salina humorum impuritate, confundunt, & sic, quod neque genium hujus morbi, neque remediorum agenti modum intelligent, produnt. Quippe experientiae calculo constat: omnia remedia, quæ succos edulcant, salinos acres contemperant, ipsa salium spicula involvunt & omnis generis excretiones in corpore blande promovent, mitigandæ paroxysmorum atrocias, iplis doloribus leniendis ac sopiendis, imo ma-

lo, si non plane inveteraverit, vel hereditarium fuerit, penitus submovendo, egregie prodesse & tantum non sufficere.

24. Inter hæc autem, præter diluentia & decocta, ex temperatis radicibus concinnata, maxime eminet, omnibusque superius est lac, præsertim asinimum, cuius usum non fieri aut nudius tertius neuterici quidam excogitarunt, sed primi medicinæ auctores, omnesque qui eorum vestigia legerunt, magnopere commendarunt & gravissimis rationibus adstruxerunt. Ipse HIPPOCRATES, lib. de intern. affect. auctor est: ut in ischiatide primo exhibeat purgans, & postea lac asinimum bibatur. Et in eodem libro prodidit: arthritidi conserf, alvunclystere, aut suppositorio solvere & purgans exhibere, tandemque serum cocicum & lac asinimum propinare. PLINIUS l.c. sec. 9. plurimos lactis usu ab articulari morbo liberatos perhibet. Cui assurgit CELSUS lib. IV. cap. 24. scribens: quidam etiam, cum asinino latte poto, extoto seclusissent, in perpetuum hec malum evaserant. Ex recentioribus: GABRIEL FONSECA, HOLLERIUS, BALLONIUS, BAGLIVUS, SYDENHAM, SACHS A LEWENHEIMB, GREISELIUS, PECHLINUS, DO-LÆUS, WALDSCHMIDT aliique plures, lac, & maxime asinimum, arthriticorum & podagricorum solatum & sacram anchorā, compluribus exemplis & accuratis observationibus esse affirmant.

25. Nos etiam plena fide testari possumus, quod præmissis senioribus laxantibus, ex manna, syrupo rosarum solutivo, adjectis absorbentibus, lactis capilli, si non haberit potuit asinimum, potum, remotis omnibus aliis cibis & potulentorum generibus, per aliquot dies continuatum, utilissimum deprehenderimus, ita, ut dolores inde & mitiores & breviores redditii fuerint, & alia consueta symptomata plane cessarint. Plures certe novimus podagricos senes, qui asinino latte, primis tribus diebus cum manna sumto, & postea illo solo per binas septimanas continuato, mitissimos dolores inde experti sunt; quum intermissò hujus præsi-

dii usu, tormenta essent acerbissima & contumacissima, ut per aliquot menses agros lecto affigerent. Id vero non praetereundum: quod in omnibus hisce affectionibus, longe facilius ac certius salutaris effectus lactis usum subsequatur, si etas adhuc sit juvenilis, malum non adeo inveteratum, podraga non fixa ac tophosa, neque per hereditatem propagata.

26. Quemadmodum igitur asinimum lac praestantissimum inter omnia ad abigendos exteriores corporis partes occupantes dolores remedium est: ita non minus in iis, qui internas nerveas partes, ut ventriculum & intestina, prout in colica convulsiva contingit, infestant, usus est longe exoptatissimo. Ratio saluberissimae hujus facultatis in eo potissimum confluenda: quod asinimum lac diluendo, acrimoniam humorum biliosorum infringat ac enervet, parte serosa ac pingui constrictas fibras emolliat & laxet, & dulcioribus sui partibus alvum fluxilem reddat, quo caustica illa dolorum scenam adornante materia, promte per ani secessum exturbata, iidem conquefecant. Quoad experientiam autem, in primis memoratu digna sunt, quae de utilissimo lactis usu in colicis doloribus prodidit BALLONIUS Comment. in lib. epid. p. 98. in doloribus, inquiens, colicis, iisque biliosis, lactis usum valde contulisse vidi. Et tametsi HIPPOCRATES lactis usum interdieat, dum sunt dejectiones biliosae; tamen nisi insignis aliqua sit febris, quo corrumpit lac, ab eo abstinentur non videtur. Si enim in ventrem clysmate injicitur, & nulla inde sequitur noxa, cur non in ventriculum injici poterit?

27. Et quam spasticæ nervosarum partium constrictiones, fere omnia illa, quæ hypochondriacis & hystericae solemnia sunt symptomata, concident; lac utique, præsertim asinimum, eandem ob causam utilissimum a nobis observatum est, modo non adhuc viscerum infarctus & obstructio, nec primæ viæ pituita accida & viscida sint oblesse. Hinc est, quod SYDENHAM in opp. p.m. 425. in colicis dicta hysterica lactis usum mirifice commendat. Mulieres, ait, aliquos, cum

affectionibus hystericis diu conflictare, maximeque ea specie, quam ego colicam bystericam appello, tandem solo lacte aliquando vescentes convalevere. In ipsa autem affectione hypochondriaca lactis asinini, faceharo conditi & modico fennæ pulverisata subinde dejectorii redditæ, potum, ad quadraginta & plures dies extrahendum, BENED. SYLVATICUS Cene. I. obs. 65. miris dilaudat encomiis. Et quamvis HIPPOCRATES aph. 64. sect. 5. lac dare prohibeat, ubi hypochondria tensa sunt, hoc est, si fibribus ventriculus distentus & expansus est, vel abdominis viscera sanguinis infarctu turgent: attamen non semper hi hypochondria detineri, sed ventriculum & ei annexa intestina sæpiissime ob acrimoniam humorum, & sanguinem in eorum vasis immobiliter hærent, spasticis stricturis torqueri, & his saltariter lacte succurri, indubia experientia edocemur.

28. Eadem etiam ratio subest, quæ in mania ac melancholia hypochondrica, quæ identidem ex spastis, qui sanguinem nimium ad caput urgent, & æquilaterè & libere per vas a meningis volvi nequeat, originem trahunt, idem præstantissimus Auctor cent. 1. obs. 4. item 57. 58. lactis asinini usuram summopere collaudat & commendat. Siquidem si hoc ipsum per mensis, & longius adhuc spatium, quotidie maturino tempore ad uncias quatuor vel quinque assumitur, humores acres temperat, spasticis fibrarum stricturis leniendis interficit, alvum subducit & sic atrocis & contumacis morbi causam sensim submovendo, eundem expugnat & abigit. Quod ut eo certius eveniat, expedit dejectoram & purgamentum hujus lactis facultatem, manna adiecta, augere & intendere: id quod multoties felici cum successu a nobis factum esse testamur.

29. Quum igitur asinimum lac nervis tam amicum sit, & mulcente ac lubrificante sua virtute ipsorum affectionibus jam enumeratis eximie opituletur; nequitiam dubitandum est, quin in aliis etiam passionibus, ubi nervosa pars pariter

pariter afflita sunt & violento motu exagitantur, ut in epilepsia & convulsione motibus, non sine fructu ejus usus administrari possit. Testatur id disertis verbis laudatissimus auctor SYLVATICUS l.c. & nosmet ipsi idem confirmatus asserimus. Plurimis enim confirmata habemus exemplis, saluberrimam hanc facultatem, e quorum numero notabilis in primis est casus, quem ante aliquot annos in nobili quodam puerō, quarundam annorum & vegeti admodum ingenii, vidimus. Is improviso quodam terrore perculsus, subito convulsivis artuum, pedum nempe & manuum, tractionibus comprehendebatur, & cum praecedente anxietate praecordiorum animique deliquio, gravius torquebatur, ita, ut paroxysmus interdum alternis, interdum etiam singulis diebus, vespertino maxime tempore, veletiam nocte, appeteret & per duos menses ægrum affligendo eundem viribus exueret. In consilium vocati plurimi medici, adhibita plurima medicamenta, malum vero omnia eluserat, donec tandem, sumto quotidie matutino tempore ad uncias tres asinino lacte, nonnunquam manna sociato. & balneo aquæ dulcis alternis diebus tepide usurpato, interposito simul usu pulveris antiepileptici, intra mensem atrox morbus superaretur, & æger pristinae sanitati & corporis firmitudinis, Deo favente, reddeatur.

30. Accedunt gravissima illa pathemata, quæ scorbutico malo complicantur, ut sunt atrophia, lancingantes & spastici dolores artuum, nec non erosiones & exulcerationes partium externarum. Quæ omnia sicuti non nisi humorum summa dyscrasiaz, & obfusciam natum ac imminutum saluberrimum illud excretionum naturalium, quæ sunt per sudorem & alvum, negotium, ac ipsius bilioſi humoris in hepate secretioris defectum, obortæ fallo-sulphureæ impuritati, nec non nimis eorundem spissitudini, legitimum progressum retardanti & valorum minima obstruenti, originem debent: ita certe, ad meatus

occlusos referandos, obſtructions expediendas, acrimoniam humorum temperandam, eorumque tenacitatem emendandam & dissolvendam, nihil aptius est diluentibus, humectantibus, refrigerantibus, sero videlicet laetis caprilli, vel, quod huic etiam palmam præripit, laete asinino.

31. Luculentum hujus saluberrimæ in lacte recondite virtutis testem citamus optimum qui de scorbuto scripsit auctorem, EUGALENUM, qui p.62. hunc in sensu differit: *videlicet frequenter cum latiore colore a morbo surrexisse, qui lacte & laeticiniis in scorbuto usi fuerunt, quam qui ex medicorum praescriptis vixerunt; & quoddam recenset, qui lactis usu in scorbuticis febribus, in quibus tam ex praescripto HIPPOCRATIS in aphorismis interdicendum est, convaluerunt. Et ego pariter ex multiplici experientia, quam plurima allegare possem exempla arthritide vaga scorbutica, endemio Westphalorum morbo, laborantium, quos ipse, quum olim Mindæ medicinam facerem, lactis, vel asinini, vel alius usu, ab eadem penitus liberavi: nisi in re tam clara exemplorum farragine fidem præstruere supertacuum foret.*

32. Et quum scorbutici ac senes, quorum artas ad dyscrasiam humorum falsam & impuram admodum proclivis est, nec non ii, qui venero inquinamento infecti sunt, laepius ulceribus mali moris & ad cancri naturam accendentibus infestantur; profecto in hisce gravibus vitiis, non certius & praesentius, quam in lacte asinino ejusque sero auxilium est. Qod quemadmodum ob rationes superius allatas fieri certum est: ita de praestansissima hac laetis asinini facultate uberrima existant auctorum, veterum que ac recentiorum, testimonia. Ipse DIOSCORIDES, lib. II. cap. 75. in universum in omniibus exulcerationibus, tam internis, quam externis, in summo cutis pruritu, papularum eruptione & vitiatis corporis succis, lac, addito melle crudo vel sale, miris encomiis ornat. GALENUS quoque

lib. X. de simpl. medic. facult. cap. de lacte, asinum lac commendat ad ulceram uteri, renum, vesicæ & pudendorum. Quibus accedit SYLVATICUS cent. IV. cons. 66. fidem faciens: quod non solum lacte asinino, trigesies vel quadragesies poto, cancrosum cervicis uteri tumorem feliciter subegerit, sed etiam quod idem lac, in ulcere Gallico, cum tabe & febre lenta coniuncto, exoptato cum successu usurpaverit. Quinimmo idem gravissimus auctor, cent. IV. cons. 100. ad elephantiasin, Herculeum illum morbum, persanandum, hoc præsidium magnopere laudat: *in elephantiasi, inquiens, accommodissimum remedium est lac asinum ejusque potus, quotidie mane ad libras duas, cum saccharo & cromore tartari, quo dejectorum fiat.* PARÆUS quoque in *Chirurgia lib. VI. cap. 28.* saluberrimam & utilissimam efficaciam lacti asinino, experientia edoctus, tribuit, in iis, qui cancro ulcera gestant, ad acrimoniam humorum corrigendam, tam interne ad potum, quam externe, ad fomenta, usurpato.

33. Denique, in enarratione nobilissimarum virtutum, quibus lac asinum splendet; ceu præcipua non prætermittenda videtur illa, qua senibus non solum tanquam utilissima medicina auxilio est, sed etiam ut accommodatissimum ad vires reficiendas alimentum inservit. Quod si enim medicamentosam ejus ad senium sublevandum facultatem despiciimus; jam alibi latius deduximus, proiecta ætate, ob excretorum vasorumque factam angustiam, sanguinem omnesque humores eminentem dyscrasiam & imparitatem contrahere, & ex hac demuni varios propullare morbos, quos inter maxime atrophia, languor virium, marasmus, seu lenta febris, nec non pruritus eminent. Hisce vero omnibus egregie lac, opportune datum, opitulatur: eoque nomine etiam nunquam nos, a veteribus æque ac recentioribus, magni habitum fuit: quippe quod, humores spissescentes fluiles reddit, salbos & acres diluit, stri-

etas & rigidas fibras laxat, & excretionum turbatarum successum revocando, succos a sorditie non solum repurgat, sed etiam bonos ac laudabiles ingenerat. Sufficerit in præsentiarum in confirmationem citasse TRALLIANUM, qui *lib. XI. p. 729.* senibus marasmo laborantibus asinini lactis usum insigniter commendat, & quidem hanc ob rationem, quia vires habent imbecilles, nec almentum possunt attrahere, neque in corpus distribuere, quare lac muliebre primum, secundum vero locum asinum obtineret.

34. Si nutritivam & analepticam lactis asinini vim, qua tam senio, quam morborum atrocia a viribus defectis, præsidio est, pensamus; eo minus hanc ulli dubiam fore putamus, quo magis patet, huic præstantia nullum aliud lactis genus esse æquiparandum, & quo major est numerus eorum, qui illud hoc nomine unanimi suffragio concelebrant. Erit vero utile non minus quam gratum, gravissimorum auctorum hac de re recipere testimonia. Primum sit HELMONTII elogium, qui, licet alias injuriis admodum sit in lactis usum; asinino tamen *lib. de digest. alim. p. 179.* virtutem, peculiariter reficiensem & recreantem, nec non nutrientem, adscribit, existimans asinam, quatenus longæva, lac ceteris animantibus præstantius præbere, dum archeum, longæva vita donatum habeat. *Euryphon,* referente HERODOTO, ad reficiendam senum & extenuatorum corpora tantummodo in lacte asinino fiduciam habebat. Novi etiam quendam militis præfectum, venera lue & diris dolorum tormentis per plures annos mirifice excruciatum & penitus ferme emaciatum, ex lactis asinini usu, exoptatissimum solarium & allevamentum perceperisse. Quinimum HEURNIUS, in *aphor. 64. sect. 5.* lac hoc senium & rugas tollere meminit. Qua, formæ lenociniis studentibus accepta lactis asinini efficacia inducta procul dubio fuit Poppæa, digna Nerone uxor, ut centum semper asinas aleret & in comitatu duci imperaret.

ret, quo harum lacti quotidie in balneo immersa; cutis candorem, mollitem, levitatem ac nitorem servaret.

35. Exposita sic nobilissima asinini lactis facultate & præstantissima variis in morbis utilitate: superest adhuc, ut ipsum exhibendi modum attingam, & postea ea, quæ ad dextrum curationis successum necessaria sunt, præcipiam. Antequam vero quæ de usu tenenda tradamus, hæc de animali, e quo lac petitur, monenda habemus. Eligenda est lactaria asina sanissima, non nimis annosa, sed media ætatis, nec nimis pinguis, nec nimis macra, & quæ mense Majo peperit. Hæc non domi nutrienda est, sed ruri, in viretis herbis medicatis obſtitis. Potus sit aqua fluorialis, quæ subtilior ac levior est, emunctoria quoque expeditius transit & humores intime perlundo eos puriores reddit, quam quidem fontana. Elegans quoque HELMONTII l.c. hanc in rem est monitum, præcipientis: ut asina instar equorum quotidie pectinetur, quum ex lacte statim dignosci possit, an asina isto mane pexa fuerit nec ne? hanc procul dubio ob rationem, quod, si strigili ducantur animalia, transpiratio austior reddatur, & pluribus excrementiis falsis partibus sic exhalantibus, humores puriores siant.

36. Porro, ipsius etiam pabuli, quo asina nutritur, ratio habenda: eo quod a diversa alimenti, quo animalia vescuntur indole, lac quod præbent, disſidentem quoque nataram & facultates fortitut, ut salubrius vel insalubrius, imo certis morbis magis accommodatum sit. Etenim, quemadmodum per vulgato & domestico exemplo constat, quod medicamenti, tam purgantis, quam alterantis, nutrici oblati, virtus lacti insinuetur, & unacum hoc in infantem transfundatur: ita, quin idem in animalibus, quorum lacte fruitur homo, succedat, non est quod dubitemus. Probat hoc maxime GALENUS lib. III. de aliment. facult. cap. 15. exemplo caprarum sciammonio aut titthymalo

pastarum, quarum lac est catharticum. Idem sentiunt DIOSCORIDES lib. II. cap. 62. HIPPOCRATES lib. VI. epid. & Aphor. 64. sect. 5. Et Acta Haffniensia Vcl. II. fidem faciunt, quod ab lynthio copiosius sumto, lac redditum fuerit amarum. Hinc est, quod Cael. AURELIANUS lib. IV. cap. 3. in passione coeliaca commendat lac, ubi capræ lentisco, vitis foliis, vel quercus aut salicis, polygoni, plantaginis, aut horum simillimum fuerint nutritæ, rationem addens: quia constrictiva harum herbarum qualitas, in qualitatem lactis influit. In primis autem notabilis intercedit differentia inter lac, quod verno tempore, e viridi pascuo, & inter illud, quod hieme, e fisco pabulo elaboratur. Taliis est peritissimus rei rusticæ VARRO, lib. II. cap. 2. conceptis verbis scribens: lac, quod ab hordeo fit, & stipula & omnino arido & firmo cibo pecule pasto, id alibile est, ad perpurgandum vera id, quod a viridi pascuo. Et DIOSCORIDES l.c. cap. 75. vernum lac dilutius aestivo judicat, & quod e viridi pascuo, est, alvum magis emolliat.

37. Ex quo dilucide patet, lactis in genere, & maxime asinini curam, non solum tempore vernali commodissime institui, sed etiam ipsius lactis salubritatem aduersus certos morbos, per pabulum posse admodum intendi & singulis specialius accommodari. Quare etiam auctor sum, ut asinæ, cuius lac ad curam adhibetur, pro nutrimento objiciantur ejusmobi herbae, quæ ad morbum, quem curandum suscepimus, virtute apprime specifica gaudent. Sic in phthisi, pulmonum & pectoris affectibus, veronica, hedera terrestris, urtica mortua, tussilago, scabiosa, & si consolidatio molienda, sanicula, anserina, nummularia, consolida major, flores hyperici, alchimilla, polygonum & similia inter pabula offerri possunt, vel animal eo agi, ubi sponte pullulant. In doloribus & spasmis, tam internas, quam externas partes excruciantibus expedit, pascui loco nonnunquam objicere millefolium, flores cha-

momillæ , acaciaræ , ulmariaræ , tiliæ , meliloti , horminum , malvam , altheam , & alia hujus census . In lentijs & hecticis febribus , præterea , quæ in pectoris affectibus ex usu esse diximus , plantago , prunella , & scabiosa cum scordio addi poterunt . Si hypochondria obstruta & inde exorta humorum impuritas scorbutica , ex aperientiorum classe feligendæ species , cujus generis sunt : fu maria , gentaurium minus , absinthium , scabiosa , trifolium fibrinum , beccabunga , nasturtium , sedum minus , cum aliis . Et hoc modo etiam in aliis morbis , pro medentis intentione & judicio , congruis , tam herbis quam floribus , ipsum lac medicamentorum magis reddi , ejusque usus ad speciales effectus dirigi poterit .

38. Ipsam autem utendi rationem ac methodum quod attinet ; his eandem comprehendere regulis re visum fuit . I. Omni quidem tempore , necessitate urgente , lac asinum propinari potest , commodissime tamen & efficacissime , vernali & æstivo , quo omnis generis herbae succo turgent , & ab asinis devoratae , laeti nobiliorem facultatem inferunt . II. Lac ubere exprimentum in mulétrale aquæ ferventi impositum , illico lagenæ angustioris orificii indendum , obturaculo manendum & tepidum sic successive bibendum . Quemadmodum enim omnibus liquoribus subtile ætherium , roborantis & analepticæ virtutis elementum innatat : ita ejusmodi etiam laeti inesse , extra dubitationis aleam possum est , quod , ne cum calore sepe subducatur , hoc pacto providendum . Unde procul dubio GALENUS lib . V . meth . med . cap . 12 . inculcat , ut lac recentissime mulctum , animali adhuc argo lectove ejus adstante , bibatur : quippe cujus natura tam facile ab aere alterabilis sit , quam feminis . III. Tempus diei potationi maxime opportunum est matutinum , quo , vacuo ventriculo , celerius & efficacius operationem exequitur , neque hanc ob causam , nisi elapsis quatuor vel quinque horis cibus in prandio assumendus . Sunt tamen

horæ etiam pomeridianæ , si circumstantie repetitum usum suaserint , non alienæ potui : ita tamen , ut digestione peracta , horis circiter quatuor , post prandium , dimidia tantum ejus , quemane posa fuit , mensuræ portio , bibatur . IV. Lactis hausiendi copiam generatim exacte definire in difficulti est , ob diversam ætatis rationem , multiplicem corporum habitadis & discrepantem morborum genium . Non facile tamen ultra tres libras medicas , quæ mentram civilem circiter æquant , ascendum . V. Temporis spatiū usui impendendum , morbi indoli ejusque contumacia accommodandum , quæ si major est & obstinatior , ad duos aut tres menes , vel diutius adhuc , cura extrahenda erit : in primis si spes operatis sufficessus affulserit , & vehementia symptomatum seorsim remittere inceperit .

39. Interim tamen prudentis , & bolidiori , tam doctrina , quam experientia , instructi medici erit , lactis hujus usum ita disponere , dirigere ac restrin gere , quo feliciter cedat , neque spes concepta fallatur , & incommoda obo viantur . Erit itaque perutile quadam eum in finem curiose tenendas ac observandas cautiones subjugere . I. Ante quam lactis potatio instituatur , ventriculi ratio habenda & studiose dispendendum : utrum is lac ferat , ac ejusmodi robore polleat , ut illud coneoquere , digerere iterumque expellere possit . Quod si enim atonia laborat , flatibus & pituita viscida turget , vel acidorum humorum sentina sciatet , nunquam lac propinandum , eo quod , his prius non emendatis aut sublatis , illud stagnando acorem suscipit , corruptitur & flatum cum anxietate incremento favet . Quare expedit ante lactis curam , ventriculum & primam regionem , vel inferne blando laxante mannato , vel , si conditio ferat , superius , adjecto tartari emeticì uno vel altero grano , a collecta intus faburra deplere ac repurgare . II. Cariote providendum est , ne lac in cibum akeat ; eaque propter ubi alimenta , sicut in sevibus & plurimis hy- portione

pochondriacis solemine est, in ventriculo facile coacteunt, tam ante, quam inter ejus usum absorbentia, terrea, alealina, cum ipso lacte, subjuncta es-
tentia stomachica carminativa, vel
salse volatili oleoso, exhibere consultum
est. III. Quando per sex vel octo dies
ager potationi indulxit, remedium quod
alvum ducat mannatum interponen-
dum, quo collecte interea in ventricu-
lo & intestinis fordes, e corpore pro-
scribantur, ne ulteriori lactis usui ob-
sistint. IV. Praestat lac sub initio parcus,
ad tres vel quatuor uncias, haurire, ac
in copiam magis liberalem ascendere,
ne ventriculus nimium simul ac semel
obratur, neque nauseam contrahat &
labefactetur. V. Cooveniens virtus ra-
tio habenda est sub lactis potu, & tenui
potissimum diaeta studendum, vitando
non solum cibos concoctu difficiles, sed
etiam nimis nutrientes carnes, caven-
do ab obsoniis flatulentis, horaeis fructi-
bus omnibusque acidis, abstinendo ab
omni cerevisiarum potu, nec non vino,
excepto modo tantum Hungarici aut
Hispanici usu: neque etiam conducibile
est, pane farreto consermentato vesci,
sed similagineus potius eligendus.

40. Ultimo loco, placet nonnulla
subjicere, quo perspiciat, quibus la-
ctis usus minus conveniat. Si dolor ca-
pitis ex ventriculi cruditatibus affigit,
si febris valde acuta est, viscera abdomi-
nis sanguine crasso turgent; lac utique
juxta priscum HIPPOCRATIS moni-
tum propinare periculosem est. Neque
enim lactis potatio nimis frigidum &
acido obsecunt admittit ventriculum,
neque nimis astuantem, qualis est in fe-
bre, & ubi biliofus nimis redundat humor:
inde enim facile in sidorosam put-
tredinem fatiscit & corrumptur. Nun-
quam etiam cum bonis & gri rebus lac ex-
hibetur iis, qui ex intermisca ventre-
stione, vel suppresso aut plane desinen-
te hemorrhoidum vel menstruo fluxu,
nimia & praeternaturali sanguinis abun-
dantia, & inde aborta humorum fodi-
tie laborant: & apprime hoc quadrat il-
lud divi Goli: *corpus impunit quo magis*

nutriveris, eo magis laferis. Nisi enim
conveniente sanguinis missione super-
fluum subtrahatur, & universam huius
massam repurgantibus medicamen-
tis eacoquacia tollatur, ab omnibus la-
cticiis est abstinentum.

41. Tantum est, quod in praesenti,
de mirabili lactis asinini in medendo usu,
commentari placuit, & pro instituti ra-
tione lieuit. Id certe ex omnibus his in-
telligentium judicio luculenter patere
arbitramur, amplissimam esse domesti-
ci hujus remedii utilitatem, summam
virtutem & tam præstabilem faculta-
tem, ut ejus usum omnes medentes me-
rito sibi habeant commendatissimum.

DISSESSATIO IX.

DE SALUBERRIMA SERI LACTIS VIRTUTE.

§. I.

Tanta est divinae benignitatis & cle-
mentiae in mortalium genus uber-
tas, ut in morborum tam ingenti multi-
tudine ac mira varietate, non modo ex
regno vegetantium, animalium & mine-
ralium, innumera, varia & efficacissima
ad morbosque afflictiones tum avertendas,
tum persanandas, remediiorum genera,
largissime concescerit, sed etiam ipsa
quotidiani usus alimenta saluberrimis ad
praescindenda & expugnanda gravia ma-
la instruxerit virtutibus. Praclaro inpri-
mis hujus rei exemplo est lac, quod sicuti
omni etati, omni corporis natura & tem-
peramento, ad nutriendum & sustentan-
dum corpus convenientissimum: ita cer-
te inter magna quoque sanitatis praesidia
principem jure meritoque sibi vendicat
locum, adeo, ut non facile par subsidiu m,
tam quoad virium præstantiam, quam se-
curitatem, in universa reruta natura sit
reperiundum. At vero, quemadmo-
dum porro nullum magnum & prætan-
tissimam virtutis remedium, minus recte
præparatum, vel non rite & prudenter
userpatum, noxa catet, ita idem etiam
in omnis generis lacte ejusque usu
certis-

certissime obtinet: eo quod omnium, & alimentorum & medicamentorum natura & conditio, ita plerumque comparata est, ut præter salutare quod alunt principium, aliud etiam minus salubre & noxiū commixtum habeant ingrediens, eodemque, nisi administrantis prudentia quod damnum minatur præscindatur, detrimentum injungant. Quare periti utique medici est, sapienti consilio, ea quæ noxia sunt a salutaribus discernere, dispendiosa arcere, fructuosa admittere & rejectis alienis, ea in usum vocare, quæ sanitatis tutelæ servent; cui scopo obtinendo, paulo exquisitor rerum naturalium, & potissimum chymia: notitia, plurimum certe velificatur.

2. Et utilis hæc non minus quam curiosa contemplatio, nos etiam permovit, ut, quum omnia in medicina ad veram mortalium utilitatem referenda velimus, lac potissimum meditationi subjiceremus & medicinalem ejus virtutem asserturi, clarissime demonstraremus; quidorem in lacte substantiam, quæ seri nomine effertur, præsentissimum & sere sine pari remedium, præbere; crassorem vero & graviorem terrestrem ejus partem, præsertim a seri connubio penitus sejunctam, nunquam non, tam nutriendi, quam medendi fine esse perniciosissimam.

3. Quamvis lacte ad alenda animantium ipsorumque hominum corpora nihil detur accommodatius, nihil salubrius, ut recte princeps alimentorum dici mereatur; nihilominus tamen, vix ullum ex alimentorum omnium numero deprehenditur, quod tam infecurum, tam exitiosum, tantisque gravibus malis. ansam prebeat, quam ipsum lac. Quum enim omne omnino lactis genus, ex duplice potissimum substantia, fluida una, altera solida, compositum sit, & non nisi his unitis & intimius junctis, salutarem exsequatur effectum & corpori blandum concedat nutrimentum: ita certe densata in coagulum caseosa substantia, alienam plane indolem & integritati corporis inimicam, induit.

Nihilo tamen secius, vix reperies ullum alimenti genus, quod tam facile mixti dissolutionem admittat, & in quo tam citio partes mixtum constituentes a se invicem discedant & separantur, quam lac animantium; ita proorsus, ut non solum affusis quibusdam liquoribus, ejus crasis facile destruatur, sed ipsum etiam sponte satisfat & cogatur.

4. Scilicet, domesticis admodum experientis satis notum est, omne lac quieti expositum, æstivo tempore, & hieme in conclavi calefacto, longe fere magis, si tonitru, si fulgur cœlum percussit, quam promate & facile ultiro coire, ferosa butyracea & caseosa substantia discedente & seorsim in vase obhærescente. Compertum porro est, ab omni liquore acido, vel qui acidum in recessu habet, asperso e. g. ab aceto, succo citri, vino Rhenano, cerevisia, lac coagulari, quod longe promptius incidit, si hoc prius tepefactum fuerit. Id tamen mirabile videtur, quod forte & valde concentratum acidum, cuius generis est oleum vitrioli, minime ladanet, ut potius fluidius id reddat, hanc forsitan ob rationem, quod ætheria illa, oleo vitrioli immixta substantia, nisu suo, partes ad coagulum suscipiendum aptas, ita disfracet ac circumagat, quo minus coire ac concrescere possint. De vini autem spiritu hoc commemorabile: quod dilutior is laeti affusus, vix ullam alterationem eidem inducat, rectificatissimum vero, præsertim liberalius aspersus, mox ut in crassam offam transcat, efficiat; quod quidem hanc ob causam fieri arbitror, quod purissimus hic vini spiritus humidum ex lacte sorbens, secessionem crassioris substantiae ex poris liquidè causetur, non secus ac ipse saturatum salis ammoniaci spiritum in coagulum vertit.

5. Hæc extra corpus humanum lactis coagulationem promovent: nunc dispiendum est, quænam in corpore nostro, ad vinculum seri & casei in lacte destruendum, plurimum faciant. Rarius quidem sine acido est ventriculus, quia plurima ex ingestis, tam solidis, quam flu-

fluidis, aciditatem recondunt, quæ maxime peracta ciborum solutione remanet, sui juris sit, & firmius ventriculi tunicis inhærescit: attamen, ut natura & viribus hoc acidum differt: ita etiam coagulum, quod lacti inducitur discrepat; aliud nimirum est, lactis mixturam tantum turbari, partes crassiores tantisper coire & adhuc in fluidi finu natantes hærere; aliud est, illas ipsas in duum, firmum & grave, quod fundum petit coagulum transire, quod tenacius ventriculi & intestinorum tunicis agglutinatum, ægre dissolvitur, sed postea pejoris indolis excrementitiis soribus sociatum, pessimam morborum graviorum mineram constituit. Id vero non facile contingit, licet acidum ventriculi paulo fortius sit, nisi ipse etiam stomachus sit infirmus & imbecillus, ut ingesta diutius in ejus eavo moram nequant, & nisi quoque calore præternaturali, qui multum lactis mixtioni adversatur, sit affectus.

6. Ex hisce jam definitis & expensis, quibus corporibus, & in quibus morbis lac, ob coagulum quod in ventriculo subit, noxium ac pernicisum sit, clarissime intelligi potest. Primo enim observamus, lactentium infantum pessimas affectiones potissimum a lacte coagulato subnasci, si videlicet copia crassioris lactis, præbendo assiduo mammam, infirmanus infantis stomachus plus justo infarcitur, ut contentam molem non debite subigere possit, sed illud in coagulum satifcat, mora valde acidum & corrosivum reddatur, & accedente in duodeno biliose succo, fermentatum virideat, & acrimonia acuta, tenerimas & exquisite sentientes intestinorum nerveas tunicas arrorendo, sœva cum inquietudine & anxietate tormenta, quæ subinde epilepticae convulsiones lethales subsequuntur, excitet.

7. Porro, senibus lac, præsertim id, quod multum caseosæ substantiæ alit, adversissimum est, partim quod omnia ingesta facile in serum ventriculo coacecant, partim etiam, quod ob solutio-rem nimisque remissum motum peri-

stalticum, tam lac ipsum, quam etiam factum coagulum, in stomacho diuersi hæreant, ut inde anxi in præcordiis dolores, tormenta cum tenefmo, ventris inflatio, suscitentur, fæces cum dolore & alvi arrosione & pruritu secedant, corpus lassetur, ipsaque ciborum appetentia concidat. Vix vero ullus alias affectus est, in quo tam detimento-sus sit lactis usus, quam is, qui vulgo vocari solet hypochondriacus, & in quo, ob plane turbatum concoctionis & excretionis alvinæ a spasmis & copioso flatuum proventu negotium, plures cruditates acidæ ventriculo ingenerantur, qua quum lac eo delatum promte coagulent atque præcipit, molestissima afferunt symptomata. Neque etiam ullo modo expedit, lac ad aleendum corpus dare iis, qui a gravi morbo convaluerunt, quia ut plurimum adhuc imbecillus ventriculus non subigere hoc validioris materiae nutrimentum potest, sed diutius retinet, ut stagnatione pessimam induat naturam, variisque malis inducendis faveat.

8. Quibus in morbis sapientissimus noster senex lacticiniorum usum prohibeat, aphorismus 54. Sect. V. disertis verbis docet, ita habens: lac dare caput dolentibus malum, malum etiam febricitantibus & quibus præcordia elevata permurmurant; ex friculosis malum, quibus biliose alvi egestiones in febribus acutis sunt, & quibus sanguinis multa egestio facta est. Quod caput dolentibus noceat, hanc soleo suppeditare rationem. Ingens est ventriculi & capitidis membranas nervæ consensio, adeo, ut si capiti exquisitus dolor insideat, ventriculus etiam simul afficiatur, & non debite concoctioni, solutioni & ingestorum expulsioni vacet: quin sapientissime etiam capitis dolor ex stomachi vicio ortum trahit, si hic scilicet concoctionis officio minus recte fungitur, & cruditatibus acido viscidis oblessum est. In utroque casu lactis potus perniciem intentat, ob diuturniorem in ventriculo moram & nocentissimum inductum inde coagulum.

9. Præterea, idem gravissimus noster Auctor valde febricitantibus lactis usum interdicit: neque etiam hujus rei rationem promere erit difficile. Primo enim, intensus aestus mixturae lactis homogeneæ valde est adversus, & quotidiano admodum experimento constat, ab externo calore lac promte in casei speciem densari. Deinde, alvus in omni febre adstrictior est, vel plane compressa, unde crassior illa, recrementitia & humorum vitalium connubio minus apta lactis materia remanet, ac febrili cause accedens eandem auget, ut spastica strictura quoque increaserent. Ulterius, lac malum esse judicat noster auctor iis, qui alvi dejectione biliosa, sive cholera, torquentur; siquidem hujus mali causa subinde in succo valde acido corrosivo, cum sulphureis bilis partibus remixto & lactis textura dissolvendæ accommodo, posita est. Improbat quoque lac dare iis, qui nimias sanguinis egestiones experti sunt, per quas utique, subtracto nimium calore & spiritu, robur & tonus ventriculi ac intestinorum, cuius beneficio ciborum solutio, chyli elaboratio & fæcum expulsio administratur, frangitur ac labefactatur, ut hinc lac ingestum mora acescat, crassescat & hostiles fiant prima in regione recrementorū stagnationes.

10. Quod si vero præter rationes allatas, in confirmationem accerimus probatissimorum medicorum auctoritates & testimonia; multi certe sunt veteres & que ac recentiores, in exponenda gravi noxa e lactis in ventriculo coagulo oriunda. Audiamus quosdam tantum. AVICENNA L. IV. Fen. VI. Tr. III. §. 96. de lacte differens, si, ait, lac acidum sit in ventriculo, ab eo vertigo, syncope & punctura in ore stomachi oritur, & quandoque accidit inde cholericā passio mortifera. Et DIOSCORIDES lib. II. cap. 64. biliosis & hepaticis lactomne ob coagulum respuendum esse, perite monet, cuius causam MATTHIOLUS, comment. in h. l. hanc adjectit: lac quod coagulo concreseit angustiam parit, ventriculum opprimit, ca-

put vaporibus replet & ægre concoquitus. Porro BALLONIUS in L. II. Epidem. p. 211. hæc prodidit: Quidam laborabat fluore dysenterico, post multa remedia, consilio medicorum ad usum lactis bubuli recens multo adactus est; hoc inventriculo coagulatum, incredibile, quanta inde symptomata, quanta defensione animi & similia. Refert quoque HEER ab HEER Observ. 15. quendam a lacte coagulato sudore frigido perfusum, ægre respirasse, ut suffocationem timeret, nausea pressum esse & quaqua versum in lecto sese volutasse, recurrentibus cerebro lipothymis. Alium quendam inde in cholera morbum incidisse, idem auctor testatur. Accedit AMATUS LUSITANUS Cent. VI. curat. 56. memorans: lac coagulatum pondus gravum dolore circa præcordia effecisse, & agrum, cum vomere volebat, mox strangulasse. Idem etiam auctoritate AETII in dysenterico pessima symptomata a dato lacte, orta fuisse confirmat. Plura autem eandem in rem exempla annotata sunt in DODONÆI annot. c. 17. & apud FORESTUM lib. XVIII. obser. 13. quæ tamen prætermittimus, contenti, quod sciamus, optimos quoque medicorum, pessimi a coagulato lacte suscitatis symptomatis, inductos, lactis coagulum veneni naturam obtainere asseruisse.

11. Quum igitur tam gravia pericula a lacte in ventriculi cavo densato imminent; quid, si coiverit, e re sit, ad arcenda quæ inde pullulant mala, paucis tradendum. SENNERTUS Lib. VI. Prax. Part. VIII. Cap. 34. & in Paralip. p. 17. emetica huic scopo apta judicat: & DIOSCORIDES l. c. lixivium commendat. Nos autem hanc interponimus consentientiam, afferentes: alcalia, sive lisi- viosa, sive terrea sint, ante lactis usum dara, ejus coagulum, acidum hostile absorbendo, quam optime impedit, & hoc cicurato, solita symptomata, a coagulatione oriunda, opportune praescindere. Si vero densatum jam & coactum sit lac, & quis jam exinde pejus habeat, aquæ diluentia paulo largius sumta,

sumta, ut infusum thee, veronicæ, ad coagulatum diluendum, viscidum len-torem dissolvendum & cluendum, usus sunt quam maxime egregii. Si etiam nausea urget & ad vomitum dispositio-dest, hic utilissime promovetur per suf-ficientem aqua tepidae potum, præser-tim si adjecto uno vel altero grano tartari emetici soluti, stimulo imbuvatur & is faciliteretur. Expedit quoque, si vires ferunt, & superne & inferne, evacua-tionem moliri; cui scopo obtinendo man-na ad uncias duas vel tres, in aqueo ve-hiculo, una cum duobus tartari emetic granis exhibita, plenissime satisfacit. Et hæc tam in adultis, quā infantibus ex usu esse poterunt, modo medens eadem pro diversa ætatis viriumque ratione pruden-ter dispensare & accommodare noverit.

12. Verum enim vero, non solum a solidato lacte intra ventriculi pomceria tantum periculum metuendum, sed eti-
am ipse frequentior lactis, quod parum serì & multum caseosè in coagulum pro-næ substantiæ alit, quale est lac capril-lum, vaccinum & ovillum, potus, non omnibus æque convenient, sed mul-tis exitio est. Etenim, minus tuto tum ad alendum, tum ad curandum, lac da-tur, si corpora spongiosi & porosi habi-tus sunt, exilioribus & copiosioribus va-sis prædicta, neque minus ubi copia hu-morum spisscentium, ex meris san-guinis tubulis conflata viscera, ut hepar,lien, renes, pulmones, detinet, & infarctu & stagnatione sanguinis canales repleti sunt; quia periculum est, ne a crassioribus lactis partibus, quæ facile feri vinculum deserunt, iidem magis is-farciantur & opplicantur.

13. Meretur in hujus confirmationem egregius adduci locus ex GALE-NO, quem etiam MARSILIUS FI-CINUS de salubri virtutis ratione p. 125. allegat, ita habens: frequens lactis usus sui modicum sero, humiditatis, casei vero plurimum int̄est, non omnibus tutus est, presentim rebus ad calculum gene-randum paratis, afferit quoque obstriclo-nes hepatis illis, quos aptos invenit, tales sunt, qui vasorum hepaticorum fines

angustos habent. Et hæc etiam causa subeit, quare AETIUS solcite inculcat, quod, qui lacte uti velit, meatus viscerum apertos & venas latas habere debeat. Præterea, noxium in hepate affecto lactis usum HIPPOCRATES speciali historia, quæ Lib. III. Epidem. consignata est, confirmat: Appollo-niū, inquiens, erat magnis visceribus & circa hepar dolor continuus, & tunc icteritus fiebat, flatuosus, colore subal-bido; invalidus primum modicum, decu-buit; lacticinus vero usus coctis & crudis multis, caprillis & ovillis, & victu-pravo, omnium lesiones maxime erant. Febre exacerbata, alvus nihil reddidit, urina tenuis & pauca. HIPPOCRATI suffragatur DIOSCORIDES, qui l.c. lienosis & hepaticis, comitalibus, ver-tiginosis & nervorum vitio laborantibus, & capite dolentibus lac omne respuendum esse pronunciavit.

14. Neque in difficulti est, hujus rei rationem eruere ac sistere. Quum enim gra-ves & longæ, quæ in capite vel abdomine nidulantur afflictiones, plerumque incu-nabula trahant ex libero sanguinis & hu-morum per has partes suffuminato & intercepto progressu, quem postea stagna-tiones, obstrunctiones, infarctus, presso se-quuntur pede, & ex his demum in imo ventre cachexia, icterus flavus & niger, hydrops, renum calculus, in capite insa-nia melancholica & furiosa, epilepsia, gra-vativus dolor, in pulmonibus, polypolis concretiones, difficilis respiratio, hæmop-tysis, phthisis, liberaliter pullulant; in proclivi omnino est judicare: lactis usum, multo magis longius extractum, ob oral-iore & coagulum promte suscipientem substantiam, obstrunctionis minitorum canalium augmento potius favere & in-sensibilium esse, in primis in habitori-bus, & qui ex nimia quiete & otio vel unctius vivendi genere, valetudinarium sibi corpus contraxerunt.

15. Verum, quo magis noxia & pluri-mis ingenerandis malis aptissima spisse-ness & ad coagulum prona lactis mate-ria est; eo magis vicissim naturæ hu-manæ, sive solidorum & fluidorum tem-

temperie & motibus vitalibus amica, salutaris atque ad morbos tam præscindendos, quam superandos idonea est, humida illa lactis portio, quæ seri nomine venit. Hujus saluberrimam virtutem in medendo dudum jam vetustissimi iisque peritissimi medici perspèxerunt & posteris mirifice commendarunt. DIOSCORIDES, antiquissimus ille & optimus materie medicinalis scriptor lib. II. cap. 64, hunc in sensu de præstabilitate seri facultate differit: Serum, ubi discessit a lacte, multo potentius ad purgationes redditur, datur, quibus sine acrimonia volumus dejectiones moliri, ut melancholicis, lepris, elephantiacis, & erumpentibus toto corpore papulis. Huic accedit GALENUS, ex antiquioribus post HIPPOCRATEM facile princeps, ita perhibens: lactis serum, ob suas abstergendi vires, ad alvi dejectiones, tum potum, tum per clysterem injectum, assumitur; absque erosione enim abluit & abstergit ab intestinis acrimoniam. Et alio loco egrigias seri virtutes graphicas, hisce delineat verbis: serum, inquiens, simplicissimum, mollioribus corporibus precipue convenit, quorum intestinum a quacunque medicina facilime ulceratur, & quorum ventres biliosi intemperies vexat. Quos arguunt inania egerendi desideria, que tenesmi vocantur, & quorum renes, vesica & uterus ulceris periculum subeunt, & gracilibus, qui non aluntur, purgatione vero nihilominus indigent, his omnibus serum exhibendum, ne sale, nec quoque medicamento adjecto. Pueris, mulieribus, senibus, tutissime hac medicina datur, vel sub ipso febris furore, quo precipue tempore reliqua omnia medicamenta suspecta sunt. Efficaciori sera uetus aliquis, ad corpora & morbos, qui validioribus præsidii indigent, præsertim ad diuturna exanthemata, liventesque varos. & ad omnes humorum depravationes, ad cuium tendentes, ut lepram & consimilia; ad antiqua & ferina ulcera, ad capitis aches, & hujusmodi, item ad oculos assiduo fluentes, ad palpebrarum scakiem, ad faciem masulas, imo & ad diuturnas

febrium periodos, & ad hos, qui ab adversa valetudine in hydroponem pergunt.

16. Eisdem porro seri lactis eximias dotes, passim in monumentis suis annotarunt & deprædicarunt alii. Et CELSUS lib. I. cap. 12. sero & laeti asinino dejectoriam facultatem adscribit: Dejectionem, ait, antiqui variis medicamentis moliebantur, in omnibus vero morbis dabant lac, vel asinum, aut caprinum, eique salis paululum adiabant, idque decoquabant, sublati his, que coiverant, quod quasi scri supererat bibere cogebant. In primis autem dignum est luculentum MESUES testimonium, quod totum transcribatur: Aqua lactis caprini per se innocuum medicamentum; præsertim quæ fit ex lacte nigrarum caprarum, in laudatis pascuis vicitatium recenterque fostrarum, attenuat, abluit, abstergit, & nitrosa, qua reserta est facultate, alvum absque aliqua mordacitate leniter subducit, bilem tum atram ab exustis humoribus genitam deſicit, quod fit, ut mirifice conserat maniacis & melancholicis. Idem præstat ad viscerum infarctus, & morbis inde præventibus opitulatur, nimis aqua intercute laboribus, selle suffusis & lienosis, datur utiliter febribus ex bile, viscerum ac vasorum obſtructione; convenientiam uitii in cute, a bile & persistis humoribus emergentibus, quare lichenibus, vitiliginibus, alphis, psoris leprosique admodum convenient. Neque præterenda AETIL, de seri utilitate sententia, quam iudeclaravit: Ad pulmonis, intestinorum, renum, vesica uteri que ulcera & exanthemata exterisque cutis asperitates, & cantharides, epotum lactis serum mirifice proficuum est.

17. Missis autem aliis idem conceptis verbis confirmantibus, jam ex allegatis luculenter admodum constare arbitror: summo in pretio priscis medicorum suis se lactis serum, & frequentissimum plurimis in morbis usum. Nimis ut compendio exhibeamus, ad unum fere omnes sera lactis, virtutem alvum deſcientem, præsertim ubi humores salſi, acres, biliosi, blande & sine acrimoniam expue-

expurgandi sunt, assignarunt. Dein, ejus usum in morbis, qui ab acrimonia succorum, cutis teneras tunicas & fibras nerveas & subcutaneas glandulas erodente oriuntur, cuius generis sunt interne ulcera pulmonum, vesicæ, renum, externe vero lichenes, impetigines, lepra, elephantiasis & variæ cutis descedentes & exulcerationes, quam maxime collaudarunt; non aliam ob rationem, quam quod virtute polleat eximia subtilissimam illam acrimoniam seri, nec non eam, quæ in venenosis cantharidibus delitescit, tam diluendo, quam acies involvendo ac obtundendo, temperandi, demulcendi & invertendi. Denique etiam, saluberrimam sero veteres tribuant facultatem ad reserandos & aperiendos obstructos viscerum & reliquarum partium meatus, a quibus graves morbi, prout superius dictum, tam in capite, quam in abdominis regione, originem sortiuntur.

18. Et hæc fuit veterum de sero lactis ejusque utilitate sententia; quæ, a veritati & experientia respondeat, jam dispiciendum. Quod ut recte & rationali modo exsequamur, in primis necessarium est, genuina seri cuiusvis elementa ac principia, a quibus, teu a fonte, virtus manat, eruere atque exponere. Quum vero ex lactis mixto secedat & obtineatur serum, utile erit, prius perspicere, qua proportione fluidior & serosa hac pars, crassior & minus solubili, in variis usu receptis lactis speciebus, nupta sit & sociata. Experimenta hunc in finem a nobis instituta, huc potissimum redeunt. Sumimus primo libram medici ponderis lactis vaccini, illudque in vase stanneo subjectis carbonibus vivis, evaporationi commisisimus, tandemque ad siccitatem usque continuata, obtinimus pulverem flavescentem, grumosum, qui ad lancem exactus, unciae unius & quinque drachmarum pondus exhibuit. Simili modo, lac caprillum recenter multum igne siccavimus, & idem ferme pondus materiæ pulverulenter, deficiente tantum drachma dimidia, remansisse deprehendimus. Lac

autein asinum & muliebre insigne prodidit disserimen, & longe minorem solidæ substantiæ apparatum: quippe ex asini libra una medica, post omnitudinem humili exhalationem, collegimus vix unciam pulveris albi subdulcis; & ex eadem muliebris quantitate, unciam unam materiæ siccæ albescens.

19. Siccum hunc ex quovis lacte pulverem ulteriori deinde subjecimus exanimi, & testibili post exhalationem e bubulo lacte pulvere, qui ad unciam & quinque drachmarum pondus accedebat, aquæ pluvialis duodecim uncias affudimus, carbonibus, ut bulliret & solidum illud magna iterum dissolvetur, imposuimus; hoc facto, liquamen colatu per linteum trajecimus, relicum in colatorio spissamentum rursus exsiccamus, & adhuc ad unciam unius, trium & dimidiae drachmarum pondus accedere animadvertisimus, luculento indicio, unam tantum & dimidiem drachmam subtilioris materiæ in aqua contubernium & cum hac per linteum transisse. Tum percolatam sic aquam, quæ saporis pinguis & subdulcis erat, & colore ex flavo-albescente referebat, iterum ad siccitatem l. a. reduximus, & jugi facta ejus agitatione, ne empyreuma contraheret, drachmam magmatis ex albo flavescentis terreo-dulcis impetravimus. Eadem experimenta cum lacte caprino adornavimus & nullam fere differentiam, tam ratione ponderis, quam ratione saporis & coloris, in residua materia notavimus, saltim quod in sero lactis caprini sapor paulo dulcior emicaret, & plus pinguedinis instar guttularum supernataret, ac si pauxillum butyri admistum suisset. Sed longe major differentia apparuit in pulvere ab evaporatione lactis asini relicto, quippe qui, unciam unam pondere æquans, libræ medicæ aquæ puræ pariter inspersus & ad ebullitionem & solutionem igne leñiori deductus, totus ferme liquatus fuit, ita, ut in colatorio tantum una & dimidia drachma remaneret & septem circiter ab aqua absumerentur linteumque permearent. Liquamen autem quod duce

dulce admodum erat, post omnimodam humidi exhalationem, pulveris siccissimi & albissimi instar sacchari plus quam sex drachmas reliquit. Denique, lac humanum & elicitus per evaporationem ex eodem pulvis, uncia unius & drachmæ unius gravitatem exhibens, eodem modo dissolutus & percolatus, reliquit tres drachmas crassamenti spissi in colatorio, liquor autem transiens, iterum resiccatus, pulverem dulcem, coloris ferme subfuscæ, drachmaram sex circiter pondere concessit.

20. Jam, si specialius paulo ipsius serri indolem pensitamus, delibatissimam hoc esse lactis a ruddiori, crassa & caseosa substantia liberatam partem, constat, in qua copiosi aquæ humoris hospitio, sal tenerimum dulce, cum substantia mucilaginosa pingui subtiliori excipitur. Et a tribus his longe saluberrimis elementis omnis quoque omnino seri medicinalis præstantissima virtus repetenda est. Scilicet, palmarium & quantitate reliqua superans seri elementum est, fluida illa & humida portio. Hac igitur viscidos & spissos succos eliquat & diluit, infarctos a lento humore canales eluit & obstructionum in visceribus repagula solvit ac referat. Alterum ejus ingrediens est salinum dulce tenerimum, quod velut essentialie sal, ex herbis, quibus vescuntur animantia, extractum & a naturali quasi chymia per varias mixtiones elaboratum, singularem plane excretoria stimulandi & maxime alvum subducendi & urinam movendi, facultatem habet, simulque acrimoniam humorum biliosam causticam obtundit ac contemperat. Hinc est, quod, quo majori dulcis hujus materiæ copia lac turget, eo efficacius sit ad perpurgandum corpus: id quod manifesto patet in asinino, quandoquidem ad dimidias incoctum, disiectio nimio humido & coeuntibus dulcibus particulis, longe validius & promptius purgantem effectum exsequitur, quod HIPPOCRATI in crebriori usu fuisse legimus. Accedit tertium seri ingrediens, mucilaginosa scilicet & subtilior pinguis pars. Hujus ea præcipua

laus ac virtus est, ut fibras aridas & crispatas humectet, molliat & relaxet, & falsam acredinem humorum succosque mordaces involvat, deliniat, eorundemque noxam arceat.

21. Hæc sunt seri elementa & hæc inde dependentes virtutes, quas si quis curatus perpendit, ulro a priori statim certa & rationali inductione perspiciet: easdem in plurimis morbis spondere & commodare utilitatem longe saluberrimam. Prius vero quam specialiori meditatione hæc ad varia morborum genera applicemus, præmittemus nonnulla scitu necessaria, de seri lactis præparatione, medico usui quam maxime accommodata, nec non de modo illud exhibendi. Nimirum, communissima serum a caseosa; crassiori substantia separandi ratio est, ut accedens calor sub quiete vinculum solvat & secessionem faciat, vel ut eadem aspersis acidis, pro ut superius jam meminimus, acceleretur & producatur. At vero, quum, si mora acescat lac, vel etiam adjecto acido seri secessus provocetur, hoc non parum vitietur, & naturæ gratissimam atque in medendo desideratissimam dulcedinem exuat, ac potius acetosam indolem, quæ nunquam corporis integrati blanda & amica est, induat, cogitandum fuit de accommoda quadam & salubriori præparandi ratione, qua ex recenti adhuc lacte, integra manente ejus dulcedine & salvata teneriori, pingui & mucida substantia, serosus humor elicetur & extraheretur.

22. Quod ut perficerem, aptissimum mihi virus fuit modus, si, uti jam narravi, lac recenter multum exhalationis ope penitus resiccaretur, & postea residuo flavescenti grumoso pulveri, tantum aquæ purissimæ, levis & salubris, quantum in forma vaporis in auras disjectum, affunderetur, hæc invicem tantisper bullirent, ut dulcissima, salina & pinguis mucida tenerior portio ab aqua forberetur, & liquamen denique colatu a crassiori, terrestri substantia liberatum usui servaretur. Et certe parata sic per decoctionem lactis aqua,

five serum artificiosum , multis pra^r vulgaris splendet dotibus & coloris ex flavo albescentis gratissimique dulcis est saporis ac simul pingui & oleosa substantia liquata perfusum ; quod sine omni nausea & calide & frigide assumitur , & diutius quoque , salva textura & sapore , durat .

23. Ad exhibendi modum porro quod attinet ; videbimus primum , qui solennis fuerit tam ratione mensuræ , quam temporis , veteribus , optimis hac in re magistris . Horum monumenta si curatius lustramus ; luculenter patet : eosdem non in exigua , sed satis sepe magna quantitate , & per tempus etiam satis longum seri lactei usum suasse ; hac tamen cum cautione & distinctione , ut , si primam regionem tantummodo a foribus purgare niterentur , minori copia & ad paucos duntaxat dies , id praescriberent , si vero in longis morbis , & qui altius viscerum male affectionum penetralibus insidabant , ad ejus usum descedenter , diutius & majori quoque mensuræ hoc ipsum adhiberent . GALENUS l. c. de sero lactis utendi ratione hæc præcepit : copia seri pro virium ratione expendenda est : ac licet non multum peccaverit , si plus etiam exhibueris ; certa tamen mensura ad heminas quinque accedat . Heminam vero apud priscos duodecim uncias æquasse , pariter ab antiquioribus medicis memoria prodi- tum est .

24. HIPPOCRATIS sententia ex libri VII. sect. I. epidem. patescit , ubi prodidit : quod in fluxu hepatico , ubi similes loturæ carnis ejectiones copiose , a bilis vitio factæ , lac asinum , a quo multo magis argumentari licet ad serum lactis , ad quantitatem novem cotylarum Atticarum dederit , non quidem unica vice totum , sed pluribus , ita , ut spatio duorum dierum , tota quantitas absumeretur . Quinimo , ubi purgandi fine eo usus est , semper , prout MARTIANUS in comment. in aphor 64. Sect. V. probe notat , largius id exhibuit , & quandoque ad congiu mensuram accedit . Et VALESIUS Comment. in Epidem.

L.VII. scribit : erat veteribus familiaris lactis asinini usus ad purgandam bilem , ut constat ex Lib. II. de natura vixus in acutis ; quem usum ego non sine magna utilitate sum imitatus , cogens ægrotos accipere hujus seri , aut hujus lactis , quod etiam est valde serosum , plus quam duos sextarios .

25. Quamdiu vero potatio extrahenda , iisdem priscis auctoribus ducibus constat . Et quidem , si diuturnior & contumacior affectus , HIPPOCRATES lac asinum , vel serum lactis , maxime caprinum , per plures dies portari jussit ; quemadmodum ex libro Epidem. VII. patet . Serum lactis per mensum & ultra assumi posse , testes gravissimi sunt RIVERIUS & SYLVATICUS , qui , lacte asinino , & sero lactis , summo cum emolumento , in gravissimis affectibus ad XII. XX. vel XL. etiam dies usi , multi sunt in commendando ejus potu . Porro relatum legimus apud HIPPOCRATEM Lib. de Internis affectionibus §. XI. illum in tabe dorsali lac per XLV. dies , tertia aquæ mulæ parte admixta , propinasse . Neque enim in difficilibus & longis morbis , ubi viscera male affecta & obstructa sunt , laudabilem præstare poterit effectum , nisi , ut cum aquis mineralibus fieri solet , liberaliori dosi & per plures dies usurpetur .

26. Nos igitur hunc semper servavimus morem , ut quantitatem profosi capiendi seri ægri rationibus accommodaremus , & iis , qui facile nausea tentantur ac teneriores sunt , libram medicam , qui vero fritioris minisque acuti sensus , libras duas propinaremus , & nonnunquam mane tantum , quandoque etiam pomeridianis horis , sed parciori quam matutinis quantitate , potum præciperemus . Tempus vero usui impendendum , pariter ex morbi majori vel minore contumacia mensi sumus , & quosdam duobus hebdomadibus elapsis , quosdam vero vix quatuor aut sex decurrentibus , abactos fuisse novimus . Denique iam cum MARTIANO Comm. in

Hippocr. Aphor. pag. 163. laudamus modum exhibendi lac asinimum, vel serum lactis, per vices, non simul & semel; tum quia, si ager debilis & stomachus solutio est, tantam molem simul ferre nequit, tum quia ipsum serum, interpolatis vicibus assumptum, longe felicius & expeditius alvum subducit.

27. His expensis, dispiciendum: quibus potissimum usibus & morbis dicatum sit lactis serum. Hos inter primo merito connumerandum est loco: quod ipse **HIPPOCRATES** solenne habuerit, ut sero lactis & lacte asinino, post exhibita fortiora purgantia, ut eleborum, elaterium &c. ad arcendam noxam & infringendam eorum deleteriam vim, uteretur. Is enim lib. de internis affectiōnibus §. 44. post veratrum sumtum, serum caprillum coctum, duorum congiorum mensura bibendum se dedisse testatur; & l.c. §. 46. post nigrum veratum ventrem superne purgantem, & inferne per scammonii succum, serum & lac bubulum, item asinimum coctum, pro tempore præbendum esse auctor est. Porro lib. II. de morbis mulierum §. XII. ita sapienter differit: Post veratrum datum, serum coctum, per plurimos dies, cum modico sale bibendum; & addit: si non adfuerit serum, lac asinimum coquito exhibito per quatuor dies. Ratio, quare potus seri lactis caprini, vel lactis asinini, post fortiorem ab acriori cathartico purgationem, maxime salutaris sit, hanc esse reor. Validiora purgantia, caustico & fere virulento sale, tenerimas intestinorum tunicas arrodente, suam exserunt operationem, & copioſas cum terminibus movent dejeſtiones, quas ob subtractam nimis intelliniſ humiditatem & tunicas eorum valde contractas & conſtrictas, ſequentiibus diebus, alvus dura, tensa & conſtricta, non sine moleſtia ſequitur. Serum autem vel lac dilutum, assumptis iis ingestum, ſuccum & humidum intestinis reddit, fibras tensas & crispatas emollit & laxat, ſpiculorum acris purgantis tunicis exquisito ſenuſ dotatis adhuc infixorum inherentium acies obtundit, &

leniori ac blando ſtimulo alvum confitpatam expedit ac ſolvit.

28. Nos ipſi quoque confirmatiuſ teſtatur: quod in hypercatharſi tam me tuenda avertenda, quam praesenti compescenda, ſive fuerit per catharticum, ſive emeticum excitata; certius & praſentius remedium non deprehenderimus ipſo lacte bubulo, quod etiam experti ſimum ad infringendam arsenici infamem virulentiam eſt praefidium. Non minus plurimis exempliſ confirmatum habemus, eadē plane ratione a fortiori emetico, mercurio vitæ, aut pulvri Monckii, inconsulto & perperam beralius oblato, enormes vomitiones obottas, ſolo lacte, vel ejus ſero, calide ſummo cohibitas fuſſe atque ſopitas. Ut adeo non ſine gravi ratione exiſtmem: convenientius vehiculum, emeticum, vel purgans dandum, ne facile reperiſundum fore, quam lactu ſerum rite præparatum, quippe quod præter utiliſſimam humores lentos mobiles & evacuationi aptos redgentem bultatem, egregie ſimil virulentias ejusmodi pharmaciſ propriam contemperat atque emendat.

29. Deinceps, ſuperius diximus, ſerum lactis, ob inſitum ſal dulce, excitationi dicata organa ſtimulare eademque proritare, id quod potiſſimum de ea quæ per alvi ſecuum ſuccedit, intelligendum. Mitior autem & remiſſione operatio haec, eamque ob causam commodiſſima & utiliſſima, ubi validioribus alvum exercere virium aliarumque circumſtantiarum ratio interdictit, in primis in morbis, ubi purgatio periculosa eſt, nec non in febribus & omni febre aſtu præternaturali. Veteres quidem lac asinimum his in caſibus potiſſimum exhibere ſueverunt, & **HIPPOCRATES** in febre quotidiana ex bile, & in febre interficiente appellata lib. II. de morbis illud commendat, nec non in febre ardente lib. IV. Acutorum v. 10. & in eryſipelite lib. II. de morbis lacte corporis purgandum eſſe præcipit. Sed, ubi lactis asinini copia deest, ſerum lactis caprini, adjecta magna portione qua-

dam,

dam, quæ cum sale essentiali dulci laetis magnam alit convenientiam, in iisdem morbis & casibus surrogari, ac præfertim in calore hectica, magno cum commodo exhiberi posse, multipli-ci nobis compertum est experientia.

30. Quamvis vero serum lactis, præfertim asinini, liberalius haustum, egregium admodum sit laxans; expedit tamen saepius, ubi ventriculus largiorum copiam ferre nequit, parciori dosi illud exhibere, & ejus exsectoriam vim, addito alio laxante clemente, acuere atque intendere. Commodissima autem hunc in finem sunt manna, syrups rosarum solutivus, syrups de cichorio cum rhabarbaro, tremor tartari, vel ejus terra foliata; utilissime quoque cum tamarindis & radice polypodiis decoquuntur, & postea sal polychrestum, sive arcanum duplicatum, manna vel etiam roob sambuci, quod majori in quantitate etiam alvum subducit, adjicitur. Et hoc modo parato sero laxante summo cum fructu eoque non satis prædicando frequentius sum usus, in primis ubi natura imbecillis, ut in semibus & infantibus, vel ex morbo debilitatis, aut non ita pridem convalescentibus, vel etiam ubi in febribus etiam exanthematicis, variolis, morbillis &c. alvus diutius suppressa detrimentum minatur. Porro, quando in pectoris affectibus, tussi ferina & sicca, vel etiam nimis humida atque catarrhalis, aut lenta febre, alvum ducere ex usu est, commodissime id perficitur, si unciae duæ vel tres mannae, in libra una seri lactis solvuntur, tremoris tartari vel terræ foliæ tartari drachma adjicitur, ad palati gratiam duæ vel tres olei de cedro gutta instillantur, & ita confecta potio tribus vicibus successive assumitur. Flores quoque acacie & pericorum, cum sero lactis caprini calido infusi, laxatoriam ejus vim augent, præfertim adjecto sale digestivo, vel manna.

31. Quod si igitur expedit, ut vere vel astate, prima corporis regio a sordibus depleatur, vel ad cacochymiam tollendam laxans propinetur medicina:

certe ejusmodi serum lactis laxantibus ita aeuatum, singulis diebus ad dimidiā mensuram per aliquot septimanas utiliter sumi potest. Et instituta sic cura ita dicta vernalis gracilibus, attenuatis & sensibilioribus corporibus, juvenibus maxime, longe tutor, longeque salubrior est, omnibus aliis vulgaris usus nodulis, sive infusis & vinis medicatis purgantibus & sanguinem purificantibus. Non minus, in principio dyfenteriæ apprime conducibile est, ut mordaces caustici succi nervosam intestinorum tunicam gravius infestantes, arroden-tes & inflammationem suscitantes, ele-menter evocentur; quod quidem aptissime lacte asinino perficitur. Ubi vero hoc non sufficit, serum lactis caprilli, adjectis aliquot extracti rhabarbari graniis, cum una, vel una & dimidia mannae uncia eundem exoptatum effectum præstabit. Et sane antiquissimus seri laetis in dyfenteria est usus. Ipse HIPPO-CRATES, lib. epid. VI. quum dolor circa totum ventrem, & labores, surrectio multa & subcruenta fere, jam per viginti dies esset, Adriano & puerō Cen-nai, caprillum serum & lac asinini coctum propinavit. Recte enim hunc morbum judicat VALESIUS fuisse dyfentericum, & comment. in h. L. in dyfenteria autumnali lactis serum filice can-defactum laudat, & scribit: *egestiones biliosas subcruentias cum vehementi ventris dolore, ubi serum & lac bibisset ager, longe moderatores fuisse factas.*

32. Si quando etiam validioribus ad educendas copiosas in leucophlegmatia, sive anasarca, opus est remedium, uti sunt extractum cefalæ, ellebori nigri, hæc ipsa non modo securissime, sed & optimè & accommodissime cum lacte asinino, vel sero miscentur & propinan-tur; sumendo drachmam dimidiā purgantis ejusmodi pharmaci ad libram unam seri, & per vices mixturam ebibendo. Similiter, quum maxime salutare sit, ut ante usum aquarum mineralium, vel etiam finita cura, primæ viæ a sordibus collectis, vel aquis re-tentis, liberentur ac depleantur: nihil,

nostra quidem experientia , tutius & præstantius ipso sero lactis , in quo minimum uncia tres manuæ , cum una & dimidia drachma cremoris tartari solutæ fuerunt , reperire licuit ; inde enim sex vel octo secessus sine omni molestia motos & miram quantitatem aquarum ex-turbatam fuisse , non semel , sed saepius , ob-servavimus . Quinimmo , ubique ob secum copiam & nimiam siccitatem , alvum mollire & evacuare necessarium est : nil quoque præstantius & efficacius est , quam serum lactis cum manna , addita sufficiente quantitate olei amygdalarum dulcium , assumere & quoque per clysterem , ad lubricanda intestina & stercora emollienda , ano infundere .

33. At vero , præter has egregias utilitates , quas serum lactis in primis viis ad alvi solutionem præstat : aliis adiac laudatissimis facultatibus splendet , quas ultra primam corporis regionem explicat , & in iis morbis exhibet , qui lentis adolescenti incrementis & ex visceribus male affectis incunabula trahunt longiusque extrahuntur , quorum in numero haud insimum locum obtinet scorbutus , sive cachexia scorbutica , tot malorum & atrocium symptomatum fons . Sane , si curatius paullo præstantissima peritissimorum medicorum , qui de scorbuto ex instituto egerunt scripta , ut EUGALENI , Balthas. BRÜNNERI , Henr. BRUCÆI , RONSÆI , WIERI , Salom. ALBERTI , Math. MARTINI , DRABIZII evolvimus ac lustramus , ad unum omnes ferme candide fatentur : sola diaeta lactea , vel sero lactis , cum antiscorbuticis herbis decocto & diutius usurpato , in pessimis , qua scorbutus importat symptomatis , ut doloribus acutis , ventris tormentibus , vomitibus , atrophia , febribus lentis , se plus præstans , quam ullis aliis auxiliorum generibus , & molestissimo malo tabescentes plus etiam virium hinc hauiisse , quam ex optimis roborantibus & artificiosis analepticis . Mos felicet fuit usu exercitatismis his medicis , ut herbas antiscorbuticas , ut cochleariam , beccabungam , nasturium

aquaticum , comas abfynthii , acetosam , sumariam , scolopendrium , epithymum , betonicam , carduum benedictum , centaurium minus , trifolium fibrinum cum lacte decoquerent , & quotidie matutinis horis mensurâ dimidiâ , vel etiam plus adhuc , scorbuto detentis calide propinarent , & simplici hoc remedio rebellem morbi contumaciam superarent , diraque omnia symptomata abigerent .

34. Audiamus tantisper , quam magnifice de seri lactis in scorbutica labe percuranda incomparabili utilitate senserint probatissimi hi auctores . Primus sit Jo: WIERUS , qui in tract. de scorbuto p. m. 334. solidum hoc interposuit judicium : quod , ait , in lacte plantæ antiscorbuticas coquant , expressumque liquorem felici successu hauriant ægroti , id seri magis , quam lactis ratione , evanire sentiendum ; in cribro butyri & casei coagulum remanet , serum autem quod transfluit & tenuum partium est , abstergit , aperit , urinas moveat atque ad scorbuticæ luis profligationem cumprimi utile , ex priscorum etiam AETII , GALENI , testimonis est . Porro , Math. MARTINI Lib. de Scorbuto p. 679. de lactis in scorbutica lue usu hac habet : Rationibus ægrotantium mirifice conduce lac caprinum , totius morbi decursu exhibetur , quod non alvum modo moderate subducit , sed & concoctu facile & adstrictoria sua facultate viscerum atoniam emendat , & ad reparandas vires accommodatissimum est ; ne tamen hypochondria inflat , & in ventriculo debili coaguletur , aquæ nonnihil , vel salis , aut sacchari momentum , adjiciendum est . At vero , hic metus fere omnis supervaeaneus est , si loco lactis caprini , ejus serum , vel lac asininum , in usum trahatur ; in primis quem , herbas antiscorbuticas supra memoratas non in lacte , sed sero coquendas esse , Bald. RONSAEUS Tract. de scorbuto admoneat . Denique etiam de sero lactis caprini ejusque præstabili in scorbuto facultate , egregium testimoniū perhibet MOLLENBROCIUS in Lib. de arthritide vaga & scorbutica pag. 193 . Serum lactis , inquietens , impicit .

in primis caprini, multum prodest in scorbuto; & scribunt Salernitani:

Inciditur, lavat, penetrat, munda quoque serum.

Serum enim, ratione aquosæ sua humilitatis, ex qua salsa sunt, solvit, ratione vero nitri abstergit parietibus venarum adhaerentia, ac alvum, absque aliqua mordacitate, leniter subducit; & ratio ne occulti alcali volatilis refrigerat. Unde agrestes Frisiae ac Batavi quotidiano seri usu a scorbuto patrofese muniunt ac liberant. Magis autem accommodatum redditur, si cum herbis antiscorbuticis ebulliat, aut infundatur.

35. Et, si verum fateri licet: certe in lævissimo illo affectuum chronicorum, scorbuto, non facile certius & præstantius datur auxilii genus ipso lactis sero, dulci nempe, ex lacte aslinino, vel caprino nostro modo & methodo paratum. Quum enim origo hujus pertinacis luis non nisi summa humorum vitalium impuritas sit, orta a salino-sulphureis excrementitiis sordibus, ob deficiente excretionum successum in corpore retentis, & motu intestino calido, variaque partium inter se combinatione, magis corruptis, quæ partes solidas interiores & exteriores, acutioris sensus, lancinando & arrodendo, dolores non modo atroces, sed & variis generis maculas & exulcerationes in lumma cute pariunt: ad amolienda dira hæc mala, certe non aliud scopo medico accommodum & salubre est præsidium, quam quod fallo-acres humores diluit, con temperat, minima emunctiorum vacula obstructa recludit, humores viscidos incidendo, vitcera a stagnatione ferri & sanguinis liberat, alvinam excretionem, urinæ fluxu, nec non perspirationem, sine ulla noxa & exagitatio ne, clementissime adjuvat & promovet, ac nervosis præterea partibus blandum atque amicum est.

36. Sed, omnes has nobilissimas facultates in sero lactis rite præparato re conditas, & certo ab eodem exspectandas esse, iam ex superioribus abunde constata arbitror. Quare etiam non sine

ratione a medicorum antiquissimis HIPPOCRATE, GALENO, DIOSCORIDE, PLINIO, AETIO, MÆSUE, in morbis, qui ab humorum im puritate incunabula trahunt, tantopere seri lactis usus laudatus & commendatus fuit. Tenendum tamen est, quod in ejusmodi longis & refractariis vitiis, seri potus, non secus ac cum soteriis aquis solenne est, per mensem & ultra convenienti data mensura extendendus sit & continuandus. Quinimo, licet in biliosis & calidis naturis solum lactis serum sufficiens sit: attamen, si humores sunt crassiores, corpora segniora, frigida & humida, præstat utique herbas amaras, & sic dictas antiscorbuticas, quæ præter oleum volatile, amaritatem maxime in hisce morbis salutarem custodiunt, moderata dosi incoquere, idque sic exhibere.

37. Non minus, eximia & longe præstantissima seri lactis utilitas est in iis morbis, qui motibus spasmodicis & nervosarum partium constrictiōibus suam ludunt tragœdiā, & totam econiomiam vitalium motuum, tum secretiorum, tum excretiorum, perversunt, quos inter præcipuum in nostro climate locum sibi vendicat affectus sic dictus hypochondriacus, qui in foeminis hystericus audit, & nostro tempore non solum frequentissimus, sed etiam, ob perversam vulgarem curandi rationem, contumacissimus est. Hic sedem suam obtinet & tyrannidem potissimum exercet in ventriculi & intestinorum canali nerveo-membranoso, per spasmos continuos & flatus, quibus totum nervosarum partium genus in consensu rapitur, ut iisdem motibus agiteur, unde inæqualis sanguinis & humorum fit cursus, quippe qui a partibus exterioribus ad interiores, præsertim ad caput & petus ruit, & pessima ibi suscitat symptoma. Præcipua vero truculentí hujus mali causa in summa imbecillitate generis nervosi, ex parte, nativa, ex parte etiam per noxiam earum rerum, quæ vires frangunt, texturæque & motui nervosarum partium adversantur:

inducta, quærenda est; cui, si postea accedit ob intemissum corporis motum & excretionem, nec non pravam vi-
ctus rationem, sanguinis spissioris copia, is in contorto intestinorum volu-
mine ob impeditum per hepar liberum
transitum stagnans, flatulentias & spas-
mos longe magis adauget & exacerbat. Et quod magis adhuc est, quia affectus hic, visceribus in hypochondriorum re-
gione sitis firmius innidulatur & univer-
sum nervosarum partium systema afficit,
latius quoque noxam spargit & reliquas
corporis partes gravi danno mactat, ut
in primis caput exinde graviter latat &
vertigines, epilepsia, paralytes, mel-
ancholice, mania exoriantur, a spas-
mis autem, corporis interiora detinen-
tibus, naturalium excretionum saluber-
timum negotium mirifice turbetur ac
pervertatur, quo tam sanguinis per ani
& uteri venas, quam sordium per alvum,
urinam, sudorem eliminatio, vel pla-
ne cohibeatur, vel inordinate succedat;
aut nonnunquam etiam excessu delin-
quat.

38. Ad hæc igitur capitalia sævissima
mala efficaciter debellanda & subigen-
da, non utilius, non tutius & certius
sero lactis, vel lacte asinino, aut lacte
caprillo, cum fontibus mineralibus mix-
to, meo quidem judicio & invento,
reperitur remedium; si nempe debito
tempore, mensura ac regimine, non
fecus ac cum aquis mineralibus fieri sue-
vit, cum eodem cura instituatur. Et
certe ego firmis & momentosis rationi-
bus inductus, asserere non dubito, plus
præstari in sævis hisce affectibus hoc mo-
do adornata cura posse, quam cum solis
aquis mineralibus. Desiderat enim ejus-
modi morbus spasmaticus, remedium
quod temperatum & naturæ amicum
est, quod humores tenaces viscidos fluidos reddit,
obstructa minima vascula aperit, falsos acres humores contem-
perat, & clementi stimulo omnis generis
excretiones promovet, quæ omnia in
sero lactis dulcis comprehenduntur, ut
pote quod virtute omnia reliqua in hoc
casu antecellit, modo recte administre-

tur, neque, si non statim notabilem in
melius mutationem inferat, ab ejus usu
æ gri desistant, sed congrua etiam alia
præsidia pro diversitate corporum &
symptomatum, admisceantur vel inter-
ponantur.

39. Et egregias has laudatissimasque
sero insitas dotes, omnium optime per-
spectas habuit, celebris olim Italorum
Medicus *Benedictus SYLVATICUS*, quippe qui, in consiliis suis passim in
gravissimis & maxime rebellibus morbo-
rum generibus sero lactis & asinino lacte
usum se esse conceptis verbis testatur.
Neque alienum erit, brevibus hoc loco
memorare, quibus in affectibus & qua-
ratione id usurparit. Is igitur *Consil. 58.*
Cent. I. in pathematibus melancholicis
& maniacis serum lactis caprini cum si-
rupo de polypodio & seminibus malo-
rum in emulsionem redactorum, sua-
det; *Consil. 3.* in affectu melancholico-
hypochondriaco idem serum per quin-
decim dies ad libras quatuor quotidie
potum mirifice dilaudat. Porro, *Consil.*
65. serum hoc caprinum, optime depa-
ratum, cum coma absynthii infusum
per aliquot dies præscribendum esse per-
cipit, ac *Consil. 73.* in melancholia-hy-
pochondriaca eidem instillare jubet chal-
ybeum potabilem cum oleo citri, & sic
propinare. Præterea, in semiparalysi
serum lactis caprini cum cremore tarta-
ri & rhabarbaro magis dejectorium, &
postea cum ceterach, capill. veneris,
radic. foeniculi, petroselini, adjectis
aliquot guttis spiritus vitrioli, magis
diureticum factum, utile esse perhibet.
Syncopen quoque epilepticam cum sero
caprino persanavit, ita quidem, ut su-
meret serum optime depuratum cum
succo limonum, idque primum exhibe-
ret, quarta vero die dejectorium rede-
ret, in fundendo quatuor ejus uncias,
cum drachma una rhabarbari & foliis
sennæ, superbibendo tres seri libras &
intermediis tribus diebus libram unam
seri, maceratis prius in eo floribus pco-
niæ, rutæ caprinæ, melissæ & cortici-
bus citri propinaret. Non minus in pa-
sione hysterica seri lactis usum *Cent. II*
Consil.

Consil. 68. mirifice dilaudat, nec non in morbo nigro sic dicto Hippocratis *Consil.* 77. in sanguinis vomitu *Consil.* 82. & in ipso cruento, *Consil.* 34. & 35. Idem laudatissimus auctor diarrhaem & tenetum sirupo rosarum solutivo, julepo tamarindorum, ingerendo postea serum lactis caprilli distillatum, se abegisse prodidit. Similiter tumoris cancrofi in mamilla incipientis minas *Cent. II.* *Consil.* 32. solutis in sero caprillo tribus mannae uncias & oblatis repressit ac jugulavit. Et tandem in inquinamento gallico, tabe, febre lenta *Cent. IV.* *Consil.* 92. idem remedium præstabilem tulisse opem confirmat.

40. Nos quoque confirmatius asserimus: quod incomparabilem seri lactis utilitatem in quamplurimis morbis deprehenderimus. Et ut hoc eo testatus elucescat: placet ultimo loco quasdam subnectere observationes & notabiles casus, quos intra mensis spatium annotavimus. Acceperat vir quidam triginta annorum, non adeo robustus, a studio medicinæ pilulas, nescio quas, purgantes, quæ tam fortiter & valide operationem suam exsequuntæ sunt, ut, licet dimidiā eorum partem ipsa subassumptione vomitu rejiceret, per plures tamen postea dies alvus jugiter flueret & vel centies deponeretur, quo factum est, ut vires penitus collabascerent, appetitia ciborum intercideret somnusque inquietus, accidens & fere nullus esset. Accessit febris erratica intermittens, tandem in lentam, vites & corpus penitus consumentem, degenerans. Conclamat si pœmōdūm rebus, ardentiissimis precibus a me auxilium flagitavit, tum ego ad lectum ægroti accedens, eundem jam per aliquot hebdomades decubuisse & fudoribus nocturnis colliquativis, nec non febre lenta tabescere, cuius index erat pulsus jugiter celer & debilis, percepī. Suavi igitur, ut sepositis omnibus medicamentis serum lactis caprilli, cuius præparacionem tradebam, quotidie per vices ad mensuram hauriret, simulque guttas XII. liquoris anodynī assumeret, &

crebrius decoctum dilutius avenaceum forbillaret, quibus per quatuordecim dies continuatis, somnus rediit, appetitia resuscitata, vires resocillatae & æger ita cum sanitate in gratiam rediit, ut munia sua iterum obire posset.

41. Succurrunt adhuc alii casus memorati digni. Generosus juris studiosus, iracundia comitotus & merore affectus, nausea & vomendi conatu infestabatur, quem ut sublevaret, per amicum a pharmacopœo petit emeticum; sed eodem assumto, non solum crebrius vomuit, sed etiam in summam virium prostrationem delapsus est, cum incendio stomachi, assida vigilia, siti, & ciborum fastidio. Ego accitus ventriculi inflammationem metuens, nihil aliud, quam serum lactis, ex nostra sententia paratum, cum emulsione ex quatuor seminibus frigidis, ad aliquot uncias, tam interdiu quam noctu, interpolatis vicibus bibendum præcepi, quo ardor cum æstu extinctus, pulsus & somnus ad quietem & ordinem traducti summa que sanitatis spes affulit.

42. Similiter, nobilis puella, trium circiter annorum, teneroris constitutionis, ut sese adversus variolarum, populares tum circuitus habentium, incursum muniret, ex consilio medici purgans ex radice jalappa & mercurio dulci deglutit, a quo bis quidem vel tantum dejectit, sed appetitus penitus prosternebatur & ipsa corpus jactitando insomnes transigebat noctes ac siti mirifice excruciatibus, cum æstu corporis intenso & pulsicelere. Accessi & commendavi lactis serum, secundum nostram methodum parandum, cuius usu, symptomatibus successive penitus expirantibus, sanitati redditæ fuit ægra. Ex quibus quum patescat: incomparabilem in variis morbis else seri utilitatem, nihil jam supereft, quam ut nobilissimi hujus remedii usum alii, qui artis exercitium agitant, de meliori quoque commendamus, &c, ut quamplurimis in salutem cedat, voveamus.

DISSERTATIO X.

DE CONNUBIO AQUARUM
MINERALIUM CUM LACTE
LONGE SALUBERRIMO.

§. I.

Intra omnia remediorum genera, quæ insigni efficacia & virium excellētia, cum ad avertendas, tum expugnandas gravissimas ægritudines præstant, & ob id maximopere iis, qui dextre medicinam facere volunt, commendari merentur, duo maxime eminent, eaque simplicitatque domestica: lac scilicet & fontes aquarum salubrissim, hoc est, talium, quæ a Benignissimo corporis humani Medico ingredientibus & facultatibus ad medendum nobilitissimis instructæ sunt. Anabo hæc spectatissima valetudinis præsidia, quæ principem merito atque primarium inter reliqua obtineant locum, ut non facile, propter eximium & præstantissimum, quo pollent usum, quispiam iis catere possit: mirandum utique est, eadem a plurimis recentiorum, qui tantum remediis chymica arte elaboratis, aut specificis medicamentis arcanis, ex auro, mercurio & antimonio paratis, morborum curationem tentant ac moliuntur, adhuc magno cum detimento ægrotantium ignorari, vel ex perverso, e doctrinis Præceptorum haulto præjudicio, negligi penitusque contemni. Pernotus hinc ego sum, ut horum remediorum, simplicitate, facilitate & incomparabili virtute præstantissimorum, dignitatem & gloriam restituere ac postlimino quasi revocarem, id quod multo labore compluribus scriptis perficere haecenus annis sum. Testantur in primis de hoc studio plurimæ de soteriis fontibus seorsim editæ dissertationes, jam in tomo II. opuscul. physico medicorum collectæ exhibitæ, nec non de asinini lactis & seri lactis virtute longe saluberrima huic præmissæ, in quibus, ut cre-

do, sat dilucide ostendi, in maximo honore ac pretio HIPPOCRATI, DIO. SCORIDI, CELSO & his, qui eorum vestigia legerunt, MESVE, AETIO, GALENO ac PLINIO lactis fuisse usum. Quum vero curatius animo pendere em, quod lac propter caseofaria substantiam non omnibus æque conveniat, & quod aquæ minerales, tam acidæ, quam thermæ, sal alcali seu predominans elementum recipiant, & hujus ope præciptas virtutes exferant, lactis cum medicatis aquis mixturam utilissimam fore, a priori perspexi, & ante viginti & quod excurrit annos, primum in Carolinis periculum faciens, succedente ex voto usu, postea pluribus & medicis & ægrotantibus hoc remedii genus commendavi, coque refractarios, quin desperatos morbos, adspirante DEO felicissime profligavi. Utilissima itaque & maxime digna, hæc de saluberrima lactis cum mineralibus aquis connubio, nobis visa fuit tractatio, quam in præsenti institueremus, & ex experientia paulo fusi explicatiusque prosequeremur.

2. Quum de miscela lactis & fontium mineralium, præsertim acidularum, hoc loco agere consilium ceperimus; primo omnium ostendendum nobis est, quare talis mixtio, non modo utilis, sed & sèpe necessaria sit. Ut autem id eo luculentius demonstremus, necessarium omnino erit, ingredientia tam lactis, quam etiam acidularum, primo loco exponere, eo quod a natura & in sole elementorum, omnes medicinales remediorum vires derivari debent atque deduci. Quod itaque ad lac attinet, notissimum est, illud ipsum ex butyrofa pingui materia, quæ paucissima, ex caseola, terrestri solida, & denique aquæ, tenui, subtili, quæ seri nomine venit & sale quadam dulci abstergente facta est, confare. Ex quo quidem quisque, nisi admodum rudit in rebus medicis sit, facile perspiciet, illam lactis portionem, quæ seri nomen gerit, & aquosam ac salinam dulcem ejus substantiam complectitur, præcipuum medicamentosam virtutem præstare, eo quod plurimi certe morbo-

morborum, præsertim qui longo tempore corpus affligunt, sanguinis & humorum spissitudine, viscositate, tenacitate & stagnatione in vasis, qua illa opplent, infaciunt, vel obstruunt, & denique ab excretionum, præsertim quæ sunt per alvum & urinam, retentione & collecta inde ingenti impuritate humorum salino-acri salphorea, quæ vulgo scorbutica & Græcis cacockymia vocatur, oriuntur.

3. Et hæc etiam causa subest, quod lac asinum, copiosum dulce serum vehens, & pauca caseosa, in coagulum vix abeunte materia refertum, nec non serum lactis, tamen vaccini, quam caprilli, ex quo identidem dulce saccharum, licet non in tanta copia ut ex asino lacte, parari potest, modo sit recenter secundum methodum nostram præparatum, usui lactis puri, longe multumque præferendum sit, propter incomparabilem quam obtinet virtutem abstergentem, diluentem, salium acrimoniam temperantem, obstruktiones aperientem & excretionum per alvum & urinam succussum facilitantem ac promoventem; prout pluribus a nobis in *disserit de saluberrima scri lactis virtute expositum est*. Quia autem lac asinum, quod revera divinam opem misere ægrotantibus promittit, ut loco arcani haberi debeat, difficilius obtineri potest, serum quoque ex late dulce, non acidum, operosam tantisper præparationem requirit; cogitandum omnino fuit, qua ratione lactis medicinalis, quæ maximam partem sero debetur, virtus augeri possit, ut aquosa ejus pars præ caseosa prævalerer. Et hoc nos commodissime perfici posse putamus, per admixtionem aquarum salubrium, acidularum nempe sic dictarum, idque non tantum eam ob causam, ut aquosæ substantiæ in lacte augeatur quantitas, sed etiam ut mediante mixtione acidularum, longe præstabilior virtus & efficacia emergat, qua de re infra pluribus dissereimus.

4. Est vero hæc methodus, lac per aquæ admixtionem corrigendi, non nova, sed antiquissima, HIPPOCRATI jam usitata, quem postea alii medicorum

sequuti sunt, sicuti ex pluribus luculentis, quæ in ejus monumentis consignata sunt testimoniis, patet. Ita enim gravissimus hic auctor in enarratione historica lib. VII. *epid. testatur*: lac aquæ permixtum, Erotholai filio & Clonico Abderite felicissimo successu datum fuisse. Deinde, lib. VII. *Epid.* lac bubulum cum aquæ sexta parte permixtum se exhibuisse memorat. Et *Epid. lib. V. text. V.* recenset historiam Pythoclis, qui lac multa aqua permixtum ægrotantibus propinarit. Porro, TRALLIANUS lib. VIII. cap. 7. vult, ut quarta pars aquæ lacti admisceatur, postea ad dimidiis coquatur. Sic enim minus in ventre, quod AETIUS monuerit, casei naturam accipere. ARETÆUS quoque in tabe dorsali lac commendat, cujus duas partes, cum una parte aquæ remixa sunt. Et idem auctor lib. II. cap. 13. in elephantias lac largius, ad alvum molliendam, cum quinta aquæ parte mixtum, quo melius descendant, potui dare suadet. Præterea, HOLLERİUS de phthisi & febre hectica eandem in rem egregie scribit; quod si ructus est nidorosus, aqua incoqui debet cum lacte, quod consilitum, ait PRIMEROSIUS de vulg. error. lib. III. cap. 21. si plurimi sequentur, majus ex lactis usu emolumen- tum persentirent, quæ solent.

5. Neque aquam tantum affuderunt, sed ipse HIPPOCRATES, ut lactis facultatem augeret vel corrigeret, & abstensivam intenderet, iuriari addidisse legitur. GALENUS serum lactis cum safo ad alvum purgandam exhibere jubet, sal vero removere, ubi purgatio incepit, sed per intervalla alternativam repetere, donec satis materiæ purgatum sit. Copia, præcipit, pro virium ratione ex pendenda est, ac licet non multum peccaveris, si plus etiam exhibueris; certa tamen mensura ad heminas quinque accedat. Et porro dicit: Cares serum lactis cum aqua marina rursus decoquunt & sic propinuant, quod quidem siccus efficacius, ita longe invius est. Ne dicamus de aliis præscotum methodis, quibus lactis correctionem melle vel molso tentarunt, ut ex PLINI & GALENI monumentis elueclet.

Varia

Varia itaque veteres ad augendam facultatem medicinalem lacti admisstae sunt, & quidem maxime aquam, ad diluendum viiscidos, tenaces humores & ad caseosum coagulum arcendum, sal vero, seu muriam, ad excretiones, potissimum alvi promovendas, & mendique, ad acidum, ventriculo inprimis inhærescens, ne lac densaret, obtundendum. Verum, licet hæc tentamina correctoria non improbemus, præsertim cum ipsa experientia eadem haud infruictuosa esse docuerit; id tamen asserere non dubitamus, longe meliorem, tutiorem & salubriorem effectum in mendendo exspectari posse, si quando ipsum lac, vel asininum, vel caprillum, aut bubulum, prout conditio morbi, corporis ægrotantis & reliquarum circumstantiarum fert, cum mineralibus aquis, ram calidis, quam frigidis, sive acidulis, remisceatur.

6. Quemadmodum autem ego ipse, quod sine ostentationis nota dicere licet, primus medicorum fuit, qui asserui atque clarissime demonstravi: omnibus Germaniæ & aliarum quoque regionum acidulis, præter alia ingredientia salina terra & martiale elementum, inesse potissimum sal fixum alcali eminens, adeoque minus recte acidulas, quum ne vestigium quidem acidi manifesti vel vitriolici salis contineant, vocari; ita etiam primus fui, qui ante vi-ginti minimum annos edixi ac docui: minerales aquas optime & sine ulla noxa cum lacte in pectoris affectibus, & ubi lac solum exhibendi quædam contraindicatio & difficultas incidit, potui posse præberi. Primum hoc perficiendi consilium cepi & tentavi in Carolinis, ubi ante XXV. annos, viro honestissimo rei monetariæ in Hercyniæ fodinis præfecto, qui ulcere pulmonum cum sputo copioso & purulento laborabat, thermalium aquarum cum lacte nuptarum potum exoptato cum eventu fuasi, ut postea egregie levatus, licet non penitus ab insanibili morbo liber, vitam per quatuor adhuc lustra extraheret. Succedente sic ex voto negotio, cum

Selteranis, quas omnium mitissimas & quam maxime alcalinas esse noveram, idem tentavi & Berolini olim degens, generofissimo viro juveni, Serenissimi principis ephoro, hæmoptysi & dispositione phthisica affecto, Selteranas cum latte bibendas commendavi, quarum ita institutum usum, hic pariter saluberrimum expertus pluribus ut probatissimum postea dilaudavi. Facta hinc est, ut aquæ Selteranæ, quas primus pariter, pro eo quo tum fungebar munere, potentissimo augustæ memorie Regi demississime fuasi, & loco Carolinarum commendavi, ab aliis quoque medicis tot exemplis nobilitate in usum vocentur. Haud parum itaque in me iniquus fuisse merito videtur auctor schædiasmatis, aliquot annis abhinc Berolini editi, in quo præter alia minus curate scripta, contra omnem penitus veritatem alii medico & archiatro, quod Selteranarum cum latte usum Berolini ad notitiam traduxerit, tribuitur. Neque etiam, quod falso iterum dicitur, potentissimus Rex, augustæ memorie, unquam thermalibus Carolinarum aquis Berolinum advectis, sed, quotiescumque in regia sede minerales aquas potare placebat, Selteranis, ex meo potissimum confilio usus est. Serenissimo autem Principi Marchioni tertiana dupliciti laboranti, D.G. ut Berolini Carolinas allatas potaret, auctor suaforque fui, neque hoc sine effectu. Interim capto etiam cum successu cum Selteranis tentamine, postea non modo has, sed etiam Pyrmontanas, Egranas, Schwabacenses & Spadanæ, pluribus cum latte bibendas, præsertim in pathematicibus arthriticis, scorbuticis, hypochondriacis aliisque, opem a me efflagitatis exhibui.

7. Merito quidem clarissimi nominis Medicus Londinensis & Regiæ Societas membrum Dn. SLARE, in tractatu Anglo idiomate scripto & Germanice reddito de aquis Pyrmontanis & marialibus pag. 67. taxat errorem Germanorum, quod aquas minerales, quæ alcali eminens continent, dicant acidulas, & vel

vel preclaro nomine inducti, sub earum potu laetis & ciborum cum hoc præparatorum usum, ferio interdicant. Et pauci interjectis pag. 68. ita pergit: *Quum plurimi esiam inter nos hoc detineantur prejudicio, non possum, quin confirmatus afferam, quod sapius ob symptomata quedam accidentia, per totam martiatis aquis institutam curationem, vesperi exoptato cum effectu lac bibendum suaserim. Quin serias testor, plures martiatas aquas, non nisi admixta tertia tactis parte, ferre potuisse, cum lacte autem per plures hebdomades utilissime potasse. Solenne etiam est, ut sub usu Batheanarum, mane & vesperi asinimum lac bibant, neque ego ea propter unquam lac bubulum potentibus prohibui, si modo alias illud concoquere potuerint. Minus autem ex vero fuit, quæ addit, dum sibi inventionem hujus medicationis tribuit, licet ad Transact. Angl. provocet, quibus jam Anno MDCCXIII. vol. XXVIII. hanc inseri curaverit. Notavit id jam in notis ad hunc libellum DD. SEIPPIUS, Consiliarius & Medicus Pyrmontensis celebrerrimus, qui cordate & aperte profitetur: me esse auctorem hujus inventi, & allegat dissertatio de methodo examinandi aquas salutares habitam Anno MDCCIII. de thermis Carolinis editam MDCCV. nec non de thermarum & acidularum ratione virtutum & ingredientium convenientia Anno MDCCXII. publici juris factam, in quibus dilucide expositum & experimentis demonstratum sit: in thermis & acidulis eminere sal fixum alcalinum, cui præcipius effectus & operatio in persanandis morbis, nisque chronicis, adscribenda sit. Et hanc sententiam, bene vole scribit laudatus Dn. SEIPPIUS, postea clarissimi Germaniae medici, ceu veram & experientiae convenientem, amplexi sunt. Neque ipse Cl. Dn. SLARE se has disputationes vidisse difficitur, sed potius verba unius adducit, ac testatur, se auctoritatem & testimoniū meum ceu chymici & medici peritissimi, abit ostentatio verbis, plurimum facere.*

8. Inter alia plura vero experimenta, quæ alcalinam acidularum indolem luculenter evincunt, & ante XXX. & quod excedit annos, cum pluribus Germaniaæ acidulis, quas inter nominate possimus, Selteranas, Egranas, Pyrmontanas, Schwalbacenses, Antoninas, Schlangenbadenses, Buchenses & Wildungenses, a nobis instituta sunt, in primis hoc loco commemorabile est, quod cum omnibus acidis tam validioribus, ut spiritu vitrioli, nitri & salis, quam mitioribus, ut aceto, succo citri, vino Rhenano, soluto cremore tartari, confligant & effervescent, cum insigni bullularum prodeuntium copia. Quid? quod notatu dignum, acida illa fortissima & ipsa aqua fortis, his penitus obtunduntur & dulcescent, siue liquores acidi instillati fuerint, pro horum differentia, post evaporationem varii genii magma seu massa remanet, ita, ut ex miscela spiritus vitrioli, tartarus vitriolatus, aquæ fortis, sive spiritus nitri, nitrum inflammabile, solutionis cremoris tartari, sal tartariforme solubile, concrecent. Ex quo proinde rectissime colligitur, aquas quascunque minerales, licet quædam non solum falso pro acidulis venditentur, quæ non effervescent cum acidis & in sal neutrum migrant, acidularum nomen non mereri, eo quod alcali connubio non suscepunt, ut adeo acidula vulgo sic dictæ vocandæ essent alcalinae, alcalische spirituale Masser. Et utut non negandum sit, pluribus etiam sal neutrum inesse, tamen ne vestigium quidem acidi eminentis ullo modo in iis demonstrabile est, quo etiam sit, ut lacti affusæ, eidem nequitquam coagulum inducant, quod alias adjecto vel lenissimo acido, promissime atque celeriter contingit.

9. Ex hisce jam dictis clarissime apparere arbitramur, ad corrigendas immo intendendas lactis vires, non melius & convenientius ad curationem mōrborum, in quibus lactis usus indicatur & vulgo commendatur, dari medium, quam ejus mixtionem cum aquis medicatis, potissimum ita dictis acidulis,

lis, quas thermalibus, quæ pariter sale scatent alcalino, in hoc medicationis genere preferimus, quia majori copia elementi aetherii spirituosi, quod magnam efficaciam aquis insinuat, perfusæ sunt, & quod ab illis propter calorem facile auffugit. Etenim, sub hoc connubio, dum lac, liquor facile concrescens, cum subili & elemento alcalino foeta lympha permiscetur, istud non tantum ab infesto in stomacho coagulo defenditur, verum etiam eximie diluitur, ut longe expeditius per exilissimos canarium alveos trajici, colatoria promte subire iterumque per excretoria, urinæ maxime & alvi secessum, exire possit. Deinceps, ipsa hac mixtura, lac ob salium, tam alcalium, quam nonnunquam mediorum acessum, præstabilem nanciscitur facultatem, resolventem, aperientem & abstergentem.

10. Porro, ubi lactis solius, ob metum coagulationis & obstructionis, ut in pulmonum infarctu & hypochondriacorum morbis, usus minus tutus est, nec non ubi ipsæ aquæ minerales, propter spirituosam, elasticam, & commoveuentem vim, item salinam acrimoniā, vel in nonnullis ob martiale constringens principium, uti in omnibus ex pulmonum vitio oriundis morbis, articulorum & nervosarum partium doloribus, rosinibus, irritationibus & exulcerationibus, minus tuto propinquantur: ibi utique ambo amico connubio juncta in blandam, naturæ amicam, temperatissimam & securissimam medicinam coeunt. Denique etiam, in morbis omnibus, quibus lac asinini, vel serum lactis dulce accommodum est atque proficuum, hisce deficientibus, commedissime neque minus salubri effectu, substitui potest bubulum lae, si modo cum sufficienti sotieriarum aquarum quantitate nupium, usurpetur.

11. Sed, paulo specialius nunc expendendum, quibus maxime in morbis, quo tempore & quibus corporibus, aquarum mineralium cum lacte potus convenient? & quiam etiam fontes, pro diversitate circumstantiarum, magis vel

minus ad usum feligendi, sive commodiorem locum inveniant? Lustrabimus primum pectoris & maxime pulmonum morbos. In his præstantissimum esse lactis usum, experientæ calculo & antiquissimorum medicinæ parentum autoritate uberioris constat, quorum testimonia in *dissert. de mirabili usu lactis asinini in medendo adduxi ex HIPPOCRATE* passim & maxime *lib. de intern. cap. 4. ex GALENO de meth. medend. lib. V. cap. iv. ARETEO de morb. chronic. lib. VII. CELSO lib. III. cap. 22. TRALIANO lib. VII. p. m. 304. & 309. PROSP. ALPINO de medic. method. lib. VIII. cap. 7.* De acidulis vero non eadem medentum est sententia, sed plurimorum potius opinio fert: easdem in pulmonum affectionibus, præsertim phthisi & exulceratione, esse nocentissimas. Hinc etiam in commentariis medicis vix ac ne vix quidem relatum legimus, aquas minerales, ab ullo medentum in phthisi esse exhibitas. Unum e majoribus, quantum quidem novimus, excipimus *Raymundum JO: FORTIS*, qui *Centur. II. conf. 20. 27. 28. 30.* & maxime 34. acidularum usum commendat, adventante, inquiens, tempore, quo aquæ acidule in valle solis enascentes opportuna sunt, que pulmonum ulceribus saluberrimæ ac præstantissime a nobis quandoque fuerunt expertæ, ad easdem tanquam ad unicam sacram anchoram consurgendum consulimus; cui remedium si malum non cesserit, minus decoctis, lacti aliisque ejusdem facultatis, cessurum fore arbitramur. Ex recentioribus MORTONUS medicatas aquas in pulmonum morbis salubres esse perhibet, *phthisiolog. p. m. 68.* si pulmones tumoribus fistomatosis, cum calore miti heptico, obfessi, atque hoc pacto, scribit, plurimos phthisicos, multos annos harum aquarum usu, cum appetitus & virium restitutione, caloris heptici & tussis minoratione, atque majori respirationis libertate, restitutos & sine ulla recidivatione sanos redditos, vidi.

12. Nos autem, licet in morbis, qui ex pulmonum vitio pendent, non facile

minerales validioris indolis, stimulantes, purgantes, terrestris ac martiali elemento eminenter imbutas, aut spirituosas nimis aquas, ut sunt Pyrmon-tanæ, Egranae, Sedlicenses, & ex thermis Carolinæ, servidissimi nempe communis fontis, suaserimus; frequenti tamen & multiplici experientia edisti, confirmatius testamur; eas, quæ mite obtinent ingenium ac temperatæ sunt, qua laude conspicua maxime Selteranæ, in tussi pectorali chronicæ, secca & humida, hæmoptysi, dolore thoracis compressorio, tensivo, cum perpetuo ad tußim stimulo, spirandi angustia, calore lento, pulsu frequenti & languido corporisque contabescientia, quæ omnia phthiseos haud dubia sunt indicia, & insignem labem pulmonum, quod nempe vomicis, vel duris tuberculis, saepe tandem in exulcerationem transeuntibus, obfessi, vel lento succo farti sint, produnt, exoptatissimam & maxime præstabilem opem ferre, eoque præstabiliorum ac certiorem, si cum lacte capillo, aut si hujus copia deest, vaccino, remisceantur. His enim ita amico confortio junctis, & prudenter ac sub debita vita victusque ratione usurpatis, ad expediendum in pulmonum tubulis infarctum, ad obstructiones referandas, tumores emolliendos, exulcerationes quoque abstergendas & consolidandas, & ad restituendum liberum sanguinis per pulmonum compagem commeatum, auxilium suppetit nullum præstantius, nullum præsentius. Multo magis vero lastis cum mineralibus aquis potus indicatur, quando hæc pulmonum vitia ab affectione hypochondriaca, vel dyscrasia sanguinis scorbutica foventur, eo quod in his hujus remedii tam excellens & omnibus indicationibus apprime satisfaciens usus est, quam ullius mirifice dilaudati. Et certe in proclivi foret, plura de utroque in confirmationem laevulenta adducere exempla, sed supervacuum & nimis longum fore putamus, his nobis fidem praæstribus, & malumus, ut ipsi medentes saluberrimo magis effici, quam nostra auctoritate convin-

cantur, in primis quum passim in scriptis meis ejusmodi casus exposuerim, e quibus hoc loco allegasse sufficiet descriptum in medicina consultat. Tom. V. Dec. II. cap. V. pag. 119. seqq. de affectu spasmatico-hypochondriaco, hæmoptysi, doloribus vagis aliisque gravibus malis stipato.

13. Necessarium tamen est, ut sub hoc modo instituta curatione, pro differenti circumstantiarum ratione, alia accommoda medicamenta interponantur. Sic in hæmoptysi usurpandus pulvis temperans nitrosus, adhibenda pediluvia, & si corporis conditio fert, sanguinis missio instituenda. In tussi ex usu erit crocus, sperma ceti, oleum amygdalarum dulcium & sirupus violarum, atque ex his parati linctus. Ad consolidandos abscessus laudem meretur balsamum sulphuris temperatum, nec non balsamum pectorale Meibomianum. In vomicis & tuberculis egregium est decoctum ex scordio, symphito majori, veronica, summitatibus millefolii, floribus hyperici, bellidis & foeniculo. Et que plura adhuc ipsum medentis subministrabit judicium. Porro, monendum est: nunquam nec lac, nec sotterias aquas, utiles esse, ubi pulmonum jam evidens adeat corruptio & ultimus febris hecticæ gradus, vel ubi jam sudores colliquativi, diarrhoeæ vel tumores cedematosi funesti quid præfigiunt, sed tunc potius abstinentia est, ne præstantissimum hoc remedium perverso usu infameretur. Præterea, phthisici & phthisico-hypochondriaci, non unum tantum mensem, sed aliquot potui infumere debent, sed eundem parcus & in minori quantitate repetere, recurrente præstum tempore astivo.

14. In tabescientia corporis viriumque languore cum lento & consumente calore, si non ex corruptione vel inductione vilceris nobilioris originem traxerint, sed potius ex vito primarum viarum & depravata digestione, alviniaria siccitate, ventriculo flatibus & spasmis referto, cura lacticis, præserum asinini, cum Selterano fonte per-

permixti, præstantissimam fert opem. Confirmatum id habeo quam plurimis casibus, quorum unum recensui in *Tomo V. medicina consultatoria Dec. I. cas. III. pag. 18. seqq.* de Serenissima persona ab aliquot annis flatibus & alvi obstipatione, cum languore & debilitate universi corporis, nausea & anxietate præcordiorum, nec non calore volaticio & corporis consumtione gravius affecta, quæ Selteranarum cum asinino lacte ad duos menses, interposito ad alvum subducendam Sedlicensis aquæ usu, extracto potu, ab omnibus, quibus affligebatur passionibus prorsus liberata est, ut universa natura inde penitus mutata videretur. Et nuperius admodum virginis generosæ quadragenaria jam majori, quæ aliquoties vehementi catarrhalis febre, admisso incautius frigore, laborarat, nec amplius cibum, nec potum propter ventriculi imbecillitatem ferre poterat, ac inter continuas fere anxieties lento contabeseebat calore, lac asinum Selterano fonti nuptum, per duos menses usurpandum suasi, quo pristinum virium robur, appetentiam naturalem, faciliorem digestionem, somnum reficientem & sanum ac plenorem corporis habitum recuperavit. Hæc enim nobilissima medicina non modo humorum biliosorum acrimoniam, nec non sulphurearum in sanguine partium, quæ motu intestino calido agitantur impetum contemperat atque refrænat, sed & partes solidas ipsasque tunicas intestinales, a spasmo nimis constrictas & rigidas, laxat, lubricat ac mulcet, æquabilem tonum iis reddit, ut tam alvus, que dura antea tensa & stricta erat, fluidior ac mobilior fiat, quam etiam ciborum appetentia eorumque digestio, melior reddatur.

15. Porro, in inveterata affectione spastmodica & hysterica, complicata cum lenta febre, virium prostratione, digestione vitiata, saluberrimum quoque laetis mineralibus aquis sociati usum reprehendimus. Commemorari in primis hoc loco meretur casus, quem elapse anno annotavimus in virgine Lipsien-

si. Agebat hæc trigesimum circiter annum, & jam per duos annos immanibus spasmis, doloribus abdominalis, tractionibus artuum, præsertim circa tempus mensium, qui parci, cum maxima anxietate & inquietudine, bis vel ter quotidie divexabatur, cum alvi obstruktione pertinacissima, adeo, ut nonnisi intra quartum vel sextum diem, nec sine stimulo, secederet. Tentarat multa, sed frustra, ac tandem pathematis diutius ferendis impar, ad placanda illa a medico ordinario sumxit pulverem diaphoreticum absorbentem, cum duabus granis laudani hysterici remixtum, a quo conqueverunt quidem mox dolores, ut etiam somnum capere posset, repetebant tamen semper certis intervallis paroxysmi, ut aliquoties quotidie sponspem hunc pulverem, per totius anni & diutius spatium ingerere cogeretur, post momentaneum levamen, novum semper insultum pertimescens. Misera demum meum enixe efflagitavit auxilium, quare eidem, quin purgaretur ægrius, primum Sedlicensem aquam liberalius propinavi, a quo aliquoties dejecit, & postea Egranas cum lacte superioris anni autumno per duos & quod excedit menses bibendas suasi, a quibus eximie levata & ab anxietate aliisque tormentis libera, ingrumente vere ad Carolinas abiit, & usurpatis ibi thermalibus tam interius, quam exterius aquis, plenus cum sanitate in gratiam rediit. Eandem quoque in rem apprime notata digna observatio inserta *Tomo V. Medicina consultatoria Dec. IV. cas. I. pag. 243. seqq.* de foemina post febrem suppressam & puerperium dolore in dextro hypochondrio, flatibus, anxietatibus, mensium suppressione, ventriculi dolore, cum phlogosi & tabe detenta, que usurpatis cum lacte per aliquot septimanas Selteranis, adhibito simul exterius balneo, omnino convaluit & vigori pristino est redditæ.

16. Scilicet, lactis asinini vel alias cum medicatis amico sale imbutis aquis remixti, ea præcipua laus ac virtus est, ut blanda sua rescida ac emolliente hu-

militate efficacissime mulceat ac soleat strictas, duras & tensas fibras & tunicas, e quibus potissimum canales, qui fluida corporis nostri vehunt, coagmentati. His enim partibus præter naturam affectis, functiones universæ oeconomiæ animalis vitium capiunt, ut anxietates, inquietudines, dolores, virium jactura, excretionum naturalium suppressiones & calor præternaturalis, cum pulsu mutato, inæquali & celeriori corporis que tabescientia inde suam trahant originem. Quapropter, ad has passiones funditus abigendas, eo maxime Medicamentem & animum advertere in cura debent, ut in ejusmodi inverteratis atque in habitum quasi degenerantibus spasmodicis affectionibus, quæ vulgo hypochondriaca, in foeminis hystericae audiunt, & quæ potissimum a vitio & præternaturali statu nervosarum partium, quas inter maxime eminent ventriculus cum toto intestinorum volume, originem fortuntur, universum nervosum genus vigori suo, suæ temperie & motui æquabili reddant, ac nimiam stricturnam vel atoniam congruis remediis amoveant. Huic autem exerto obtinere, si quid aliud, certe lac aquatum cum debito regime & exacta viectus ratione diurno satis tempore usurpatum, eximie inservit.

17. Accedunt mentis alienationes atque errores, cum depravata fortiori phantasia in melancholicis, & maniacis stipatae. Hæ, quum proxime & principaliter membranarum cerebri, duræ præsertim matris, quæ ex fibris maxime, carneis & mulculosis construta, ac motu systaltico & diastaltico gaudet. quo circulum sanguinis per totum cerebrum, atque secretionem lymphae spirituosa ejusque influxum in nervos ac totum corpus moderatur, præternaturali affectione, præsertim tensione, rigiditate & aucta vi elastica, nitantur ac contineantur, licet a vitio aliarum partium, præsertim affectione hypochondriaca, in abdomen sœpius foveantur; certe in horum morborum cura eo respiciendum maxime est, ut

prava schesis & dispositio membranarom ad inordinatos & anomalous motus, convenientibus remediis tollatur, ipsæque ad statum naturalem reducantur, cui scopo exsequendo, non certius profecto suppetit auxilium, quam in lacte assinino, aut si hujus copia non est, buculo aut caprillo, cum mineralibus aquis remixto.

18. Quum etiam sœpissime hæ insanæ suscitentur a sale fustilioi caustico, nervosis partibus insidente, quod purpuræ materiam constituit & intra corpus remanens, convulsivas motiones atque mentis turbas inducit; ad acrimoniam sanguinis & humorum contempnandam ac diluendam, nil quoque convenientius est, hoc præsidio, quod utique, si a tali causa profiscuntur ejusmodi convulsivi motus cum insania juncti, omnibus aliis palmam præripet, prout infra pluribus patebit. Edocti porro experientia sumus, a cohibita iracundia mentem fuisse emotam nervosque præternaturaliter affectos, & propter excretiones per alvum & transpirationem suppressas, subtilem causticam acrimoniæ, quæ nervosæ sensibiles partes infestat, humoribus inductam, horum symptomatum causam extirisse, quibus tollendis pariter nihil præstantius deprehendimus, lacte cum medicatis aquis aliquamdiu usurpato. Feliciter tamen etiam graves ejusmodi mentis morbos, si nec asinina lac, nec Selteranus fons haberi poterat, divina gratia solo lacte vaccino pingui ejusque cremore, decocto coffee vel infuso theiformi confuso, addito scrupulo nitri purificati, ad mensuram dimidiad quotidie, per duos menses & longius hausto, abegimus ac percuravimus.

19. Præterea, quia epilepsia & motus convulsivi artuum aspectu horribiles, fixam etiam suam sedem atque domicilium in membranis cerebri & spinalis medullæ, quæ nonnisi ex cerebro continuatae, obtinent, & ab earum motu systaltico & diastaltico plane depravato & inæquabili redditio subnascuntur, in proclivi est judicare, quod diris

hisce & gravissimis afflictionibus levandas & submovendas, non accommodatus nec efficacius inveniri possit præsidium, quam nostra hæc toties laudata medicina, infestam stricturam laxans, nervosas membranas mulcens ac firmans & noxiūm recurrentium insulatum fom item sensim e corpore proscriptibens. Confirmatur hæc saluberrima virtus exemplo quam maxime memorabili, quod retul in *Med. consult. Tom. V. Dec. II. cas. II. pag. 101. seqq.* pueri, qui affectu spasmodeo-convulsivo, gravibus & diris symptomatibus stipato, aliquando gravissime afflicti, hoc demum remedio diutius adhibito, non neglectis aliis congruis præsidiis, penitus ab eodem liberatus est, & jam sanus ac incomum degit.

20. In doloribus articulorum, sive sint in manibus, sive pedibus, genuum ligamentis, dentibus, aut vertebris dorsibus, quando primæ viæ prius a colluvie vitiotorum acido biliosorum humorum purgatae fuerunt, tam ipso usu, quam veterum experientia summopere commendabile est lac asinum, vel serum lactis, de quo in superius allegatis dissertationibus testes produxi HIPPOCRATEM, CELSUM, PLINIUM, DIOSCORIDEM aliasque, & ex recentioribus Sachsum a LEWENHEIME in M. N. C. PECHLINUM, DOLÆUM & WALDSCMIDIUM. Longe vero certius, tutius & præstantius hoc remedium evadit, quando lacti admiscetur mineralis aqua, pro diversa circumstantiarum morbi & individuatione, vel mitior & lenior, ut Selterana, vel paulo validioris naturæ, ut Pyrmontensis, Egrana, Schwalbacensis, ita quidem, ut non tantum præservationis causa, verno vel æstivo tempore, ejusmodi cura, ad duos minimum menses continuari, sed etiam ipso in paroxysmo ad aliquot mensuras quotidie utilissime institui possit. Dici enim vix potest, quanta in paroxysmis podagrorum, quibus plerumque febris lenta, qua speciem catarrhalis mentitur, jungitur, humorum sit acrimonia, inte-

stina sanguinis & febrilis humorum exæstuatione, ex destructa eorum debita crassi evoluta, quæ in sudoribus, seidibus, urina & foetidis sub perspiratione exhalantibus effluviis ipsique doloribus ac spasmis, sese abunde manifestat. Ad hanc itaque eluendam opus est copioso diluente & temperante potu, neque huc usque hunc in finem immerito commendata fuerunt decocta ex lignis & radicibus temperataribus, china, sarsaparilla, scorzonera, liquiritia, ligno sassafras præparata, & largius quotidie, adjecta sufficienti quantitate salis tartari aut nitri purificati, hausta; modo emittantur ex hoc decocto, qua descripçio habet, hermodactyli & lignum guajacum. Commodissime autem, quin cum melioribus ærorum rebus huic substitui potest lac asinum vel caprillum, eodem quo diximus modo aquatum & usurpatum, id quod multo tis saluberrimo cum effectu præstiri. Inprimis nuperrime nobili cuidam Varisco, doloribus podagrī & ischiadicis acrius afflito, Egranum fontem cum lacte bubulo bibendum suasi, qui eodem per measles duos poto, ita se levatum sensit, ut novum alacris iniret congiunum. Et in Saxonia illustrissima femina Comes, diu excruciatam doloribus artuum vagis, cum macie universi corporis, ex dyscrasia valde scorbutica, quam pariter lacte asinino Selteranis nupto, alvo prius laxante mannato subducta, interpositis simul balneis ex aqua dulci & lacte paratis, elapsa vere ad faintatem reduxi, ut vires cum appetentia augerentur, somnus redderetur placidior, internus calor extingueretur, ipsaque caro renasceretur & corpus fieret habitus.

21. Neque etiam hoc loco prætereundus est morbus ante quinquaginta annos fere incognitus, nostro vero hoc tempore admodum familiaris & fere pandematus, qui purpuræ scorbuticæ nomine Medicis notus, varie homines miris symptomatibus excruciat, vires prosterendo, appetentiam & somnum auferendo, junctis interdum anxietatibus inter-

internis, cum extremorum frigore & insomniis terrificis. Difficillime hic affectus penitus extirpatur, sed facile recurrat, nisi seminum, seu fermentum, quod mire sepe multiplicando, ipsum chylum inficit & universam humorum massam simili labe imbuit, exterminetur. Præstitimus id fortunante DEO huc usque saepius feliciter, per lac, aut aluminum, aut bubulum, cum Selterano, vel Egrano fonte permixtum, dextre & cum debito regimine ad duos vel tres menses usurpatum, quo infestum hoc miasma atque fermentum obtusum, elotum, eodemque per urinæ & sudoris colatoria maxime proscripto, corpus a perniciashioste liberatum est. Obversatur adhuc animo notabile exemplum feminæ nobilis, in vicina quadam celebri urbe degentis, quæ per triennium chronicæ hac purpura, cum colica convulsiva & alvi obstructione conflictata fuerat, ex usu vero hujus nostri remedii, usurpato postea Lauchstadiensi balneo, interpositis simul pulvere bezoardico, præcipitante & liquore anodynō minerali, repetita in sequentibus tribus annis hac cura, integrum recuperavit valetudinem, & jam immutuis a refractario morbo vivit.

22. Denique, de singulari & eximio usu hujus a nobis commendati remedii, in intestinalorum affectibus, diarrhoea & dysenteria quedam dicenda restant. Quam graviter & moleste, nec sine periculo, præsentim si epidemica sint, hæc mala homines affligant, & vires innumeris sedibus exhaustaæ, proh dolor! præsens jam tempus, quo intestinalis hæc lues grassatur, testatum facit. Pauca vero profecto reperiuntur auxilia, quibus tuto certam laudabilis effectus spem tribuere possimus. Si tamen ex numerosis adversus hunc morbum quæ dilaudantur remediis, ullum spei respondeat, certe est lactis vaccini cum Selteranis tepidus potus, nisi maligna & venenata morbi qualitas ipsaque febris interdicat. Dum enim in his cum acerbis dolorum tormentis ripatis alvi fluxibus, fucci biliosi acerrimi intestina obsident,

qui sub iisdem ex universo corpore quod salsum & acre ad hunc canalem constituit, & sensibiles membranas gravius afficiendo, alvum ad creberimas dejectiones sollicitat; laudatissima certe tam lactis, quam aquarum mineralium est virtus, dum illud acrimoniam involvit ac contemperat, intestina, deliniendo latera, ab arroso munit & stricturas dolorificas mulcet, he autem copia humoris sui a credinem intus contetam diluunt & dilutam sine noxa simul evehunt.

23. Notarunt id jam Veteres nostri que majores, ideoque lactis & medicarum aquarum usus in eorundem scriptis ad dysenterias & diarrhoeas passim celebratur. De lacte unus in confirmationem sufficere potest HIPPOCRATIS locus, quo lib. VII. Epidem. testatur: se lac caprillum cum quinta aquæ parte remixtum utiliter potui in dysenterico fluxu dedisse. Et VALESIUS comment. in lib. II. Epid. pag. 193. lactis, inquit, quatuor partes, cum aquæ duabus mixtae, immisis lapillis ignitis, aut ignito ferro, usque ad consumacionem tertie partis, sunt magni usus in dysenteria & omni fluxione, quam succorum mordacitas peperit. Serum quoque lactis BAGLIVUS & SYDENHAM mirifice commendarunt, quod etiam hodiernum in Suevia communissimi & probatissimi ad dysenterias sanandas, tantum non inter omnes est usus. Non minus de mineralibus aquis luculentâ prostant testimonia apud RIVERIUM. Cent. II. obs. 49. testatur, in dejectione alvi dolorifica labrabra, colore hepatis referente & interdum purulenta, usum aquarum thermalium ad triduum continuatum, fuisse saluberrimum. Et obs. 64. in diarrhoea inveterata thermas Balerucanas utilissimas fuisse notabili exemplo. Idem de salutari thermalium aquarum in dysenteria potu adstrinxunt præter MEERMAN NUM consult. XXV. lib. III. M.N.C. Dec. II. A. X. obser. 29. nec non FALLOPIUS de therm. cap. XI. In primis autem FABR. ab AQUAPENDENTE inter omnia medicamenta quæ ore assumentur aquas thermales frigidas, B. nempe virginis

Lucenses, Calderianas, præstantissimas esse perhibet, *médiæ præf. lib. III. cap. 51.* ac fidem facit, se frequenter vidisse. multos juvenes, pueros ac senes dysentericos, qui alia remedia frustra usurparant, re propemodum conclamata, unico hoc auxilio, quod mirandum, fuisse sanatos. Hinc etiam ratio patet, quare SPONIUS in *aphorism. n. v. pag. 388.* confidenter admodum perhibeat: in dysenteria & diarrhœa aquam calcis vivæ, cum lacte aut sero lactis potam, mira præstare.

24. Nos itaque ex quo vergente hac æstate dysenterici aliisque alvi fluxus hic & in vicinis urbibus ac vicis populariter grassari cœperunt, summo, quorūscunque occasio tulit, cum fructu, ægris Selteranum fontem cum dimidia lactis parte remixtum calide liberalius bibendum injunxiimus, eoque id effecimus, ut dolores cum tenesmo remitterent, tormenta placarentur tandemque imminutis dejectionibus, alvus ad naturalem secessum rediret. Si vero copia mineralis hujus aquæ defuit, non minori cum utilitate infusum summitatum millefolii & florū chamomillæ cum semine carvi lacti admixtum, largius potui præbūimus; licet his non omnem penitus absolverimus curam, sed simul præter pulveres absorbentes ac temperantes, ea dederimus, quæ affecta acrius intestina solantur, dolores tantisper mitigant, acres subtilest fortes leniter ad corporis corticem amendant tandemque prostratum intestinorum robur fulciant ac firmant, non omittis externis proficuis præsidii, elysteribus ac emollientibus maxime fo-tibus.

25. Brevibus sic expositis omnibus morbis, quibus lactis cum acidulis potus accommodus est atque proficuus; supereft, ut modum dextre præstantissimo hoc valetudinis auxilio utendi tradamus, quem proinde monitis nonnullis complecti utile visum est.

I. Commodissime itaque potatio instituitur per totum veris & aestatis decursum, nec non primum autumni mensem usque ad Octobrem; si res tamen & necessitas urgeat, etiam brumali tempore,

in moderationi tamen dosi & cum maiorि cautione, in hypocausto calefacto bibere poterunt ægri.

II. Antequam vero inchoetur potus, si plethora urget, ut in omni medicagine facilitanda, sic & in hac, sanguis exundans, qui liberiori progressui & excretionum successui obſiſit, tempestivæmissione imminuendus est; quod etiam cum bonis ægorum rebus fieri potest, si materia purpuræ intus delitescit, cujus expulſio ob nimiam sanguinis molem & turgescientiam ad corporis habitum impeditur. Quinimmo, media quinto in cura, summa cum euphoria venam incidi jussi.

III. Pariter expedit primas vias a cruditatibus & colluvie vitiosorum humorum deplore, quod tamen laxante clementi peragendum, quum experienti edocet simus, nihil magis felici successu curæ obesse, quam acriori purgante statim in principio tonum ventriculi & intestinorum dejicere. Apprime autem huic intentioni satisfaciet infusum marinatum, sumendo uncias duas vel tremannæ & falis abstersivi drachman unam; nec non passulæ minores, ad uncias quatuor cum rhabarbari drachmi una & dimidia decoctæ, additis aliquæ olei carminativi, vel de cedro, gutta, vel denique aqua Sedlicensis purgans, sufficienti dosi pota.

IV. Tempus potationi quam maxime quidem accommodum est matutinum, quo vacuo stomacho, sine offensa succedit operatio: interim tamen pro circumstantiarum ratione potest etiam vespertinis horis potus repeti, parciori tamen dosi, & digestione peracta.

V. Ipsa potatio ita instituatur, ut vel lac calidum acidulis confundatur, vel mixtis lacti acidulis, ambo vasi calida aqua replete immittantur, quo tepeſtant, & sic successive, intra quartam aut dimidiam horæ partem, assumantur.

VI. Qua vero proportione lac aquæ sit adjiciendum exacte definire non licet, sed medentis iudicio merito relinquitur. Nonnunquam enim lacti tripla, nonnunquam dupla, nonnunquam etiam æqua-

equalis aquæ pars assundenda, prout nempe intentio vel diluens tantum & magis excretoria, vel nutriti simul & mulcens explenda.

VII. Dosi lactis ita aquati, una vice capienda, adultis sint tres vel quatuor libras, ætate minoribus, minor: si autem & mane & vesperi bibendum, matutinus potus libras duas aut tres, vespertinus unā, aut unam cum dimidia attingat.

VIII. Quamdiu porro curæ insistentia, ipse successus morbi decrementum monstrabit; in genere tamen tendum: diutius paulo hujus remedii usum, & minimum ad duos menses, esse extrahendum, eo quod blande & leniter operationem exsequitur & longos morbos longo usu domat.

IX. Sub ipsa cura abstinentiam ab omni cerevisia, quæ raro in morbis utilis deprehenditur, sed vel decoctum usurpandum, vel ptisana potu danda, cum pauxillo vini Burgundici, aut veteris Rhenani. Nos plerumque bibentibus suademos, ut Selteranas cum quarta parte vini Rhenani, vel Mosellani optimi, permixtas, ad potum usurpent.

X. Ad roborandum ventriculum & cruditates præscindendas, in prandio, vel post illud, elixir stomachicum, effientia corticum aurantiorum, aut elixir amarum balsamicum, cum lixivio paratum, ex vino & aqua convenienti in dosi exhiberi poterit.

XI. Si eminens adeat succorum impuritas & acrimonia, ut in scorbuticis, purpuratis aliisque, ad hanc eo promptius subigendam & contemperandam, utile est, vesperi circa horam somni, pulvrem præcipitatem nitrosum cum aqua analiptica offerre.

XII. Fugiendæ autem sub potu omnes animi perturbationes, vitandi difficultioris solutionis cibi, acidi quoque & qui ex vegetabilibus non coctis apparantur. Corpus horis pomeridianis equitatione, vectura, ambulatione, digestione peracta, moderate exercendum, nunquam vero auræ vespertinæ & frigori exponendum.

XIII. Quando octo, decem, aut

quatuordecim dies potationi indulsimus, alvus, in primis si officii tantisper obliviscatur, per superius exposita laxantia subducenda: & perducta penitus ad finem curatione, itidem intestina a reliquiis sunt per purganda, id quod commodissime pilulis polychrestis nostris balsamicis, vesperi & mane sumitis, perficitur.

XIV. Quod si autem ventriculus latet usum plane ferre nequeat, & diuinis potui vini vel cervisiae spirituosaæ assuetus sit; præstat abstinere a lacte, & solam aquam mineralē bibere: notandum tamen, quod ii, qui a lactis usu abhorrent, semper facilius concouere possint aluminum, quam aliud.

XV. Consultum quoque & utile deprehendimus in his, quorum ventriculos lactis potum ægre admittit, per unam vel alteram hebdomadem aquæ mineralis, solius potum suadere, his vero exæstis, demum lac admiscere, hanc portissimum obcaufam, quo aquæ ministerio, acidi, qui lac facile cogunt succi, prima ex regione eluantur, & exilia lacteorum ocula lento muco obsessa abstergantur & aperiantur, ut sic ad sanguinis massam promptius pessingere possit lac medicatum.

XVI. Tenerioribus denique & delicatioribus in lecto ut biberent injunxi mus; id quod etiam aliis utiliter poterit concedi; quandoquidem calefacto æqualiter toto corpore, ingestus humor facilis per primas vias, ventriculum & intestina transfit, excretio quoque per cutis spiracula & urinam expeditius succedit.

26. Hac itaque sunt, que de connubio aquarum mineralium cum lacte: longe saluberrimo asserre animus fuit. Et quum de singulis ad specialem usum referendis præceptiones tradere plane non sit integrum; ipsum exquisitum medentis judicium accedat necesse est, quo peculiaribus circumstantiis dicta a nobis accommodentur. Deus autem inexhaustus salutifons, ut commendatum hoc a nobis sanitatis præsidium quamplurimis in certam cedat salutem, largiatur quam clementissime.

D E C A D I S II .

D I S S E R T A T I O I .

D E S A L I U M M E D I O R U M
E X C E L L E N T E I N M E -
D E N D O V I R T U T E .

§. I.

IN sole & sale omne illud, quod sapientes querunt, reperiri, ab omni jam inde antiquitate inter philosophos celebrata parœmia est, ita prorsus, ut qui alchymistica arti apprime favent, hoc dictum sibi quam maxime applicent, atque ad summum sibi præfixum scopum transferant. Nos, relietis hisce inanibus & supra captum nostrum positis opinionibus, potius hoc vetustissimum sapientum edictum, simplicissime tantummodo intellectum, ad usum physico-medicum perquam commode traduci posse existimamus. Ecquis enim solis, qui jure meritoque rerum conditarum princeps ac rex, atque universi systematici mundi primum mobile appellari potest, immensam ac pene divinam inmutandis, generandis ac perficiendis rebus corporeis virtutem digne satis æstimare ac prædicare poterit? Hujus calor genuinum chymicæ naturalis instrumentum est, cuius beneficio res germinant & fœcundantur, cuius ope quasi ex nihilo producuntur, & sapida iaspida, fixa volatilia, inodora odora redduntur, atque etiam ex succis aqueis bituminosa & inflammabilia generantur. Præterea, illud immensa magnitudinis ac pene suspendæ & miraculosa virtutis corpus solare præcipua causa atque origo est tantarum mutationum, quæ hoc in universo subiude contingunt. Prout enim calorem, lucem, motum & vigorem non modo elementis & alimentis, sed etiam vegetantium & animantium corpori bus

fœnerat: ita etiam fecunda & salubria, vel etiam insalubria tempora inde proveniunt. Nam, quod certis locis & climaticis propriæ sint ægritudines, quod singula anni tempora diversæque tempestatum constitutiones suos peculiares alant morbos, qui populariter grassetur, id maxima ex parte solis operationi acceptum referendum est. Is enim est summus tempestatum, caloris, frigoris, pluviarum ac nebularum moderator, hic intestino suo motu variaque mixtione diversas & subinde alienæ indolis salinas sulphureas prosgignit particulas, magnorum & undiquaque sœvientium morborum frequentissimas procreatis.

2. Enimvero, præter mirabiles solis in sublunaria effectus & operationes in universa rerum natura, quod tam penetrante agilitate, tamque insigni corpora immutandi varieque miscendi potentia instrutum sit, præter salinum principium fere nihil invenies. Neque enim vel in natura vel in arte ulla occurrit operatio, quæ absque salium concurso perficiatur. Præcipuum illud, quo unum corpus in alterum agit, salini generis principium est, neque animantium vita, functionumque in iis integritas, & corporis humani conservatio sine salibus persistere aut præstari possunt. Deinde, quemadmodum salia diversi generis præcipuum sunt generationis morborum fundamentum: ita etiam, quæ a remediis expectanda venit salus, potissimum salibus debetur. Atque, ut mentem nostram paulo pressius & liquidius explicemus, profecto ex omnibus medicamentorum generibus, varia etiam arte conquitis, nulla datur usui medico, in morbis tam avertendis, quam tollendis, singulariter accommodata, que cum salibus comparari possint. Tametsi vero plura eaque diversissima salian, que usui medico apta atque idonea deprehendimus, cum non modo fixa & volatilia, acida & alcalina, vel ex hisce media, sed & acris corrosiva, oleosa, amara, dulcis & austera dentur, quæ omnia & singula aliis atque aliis modis saluti rego-

tantum inservire possunt: attamen ex hisce omnibus nulla esse putamus, a quibus major virtus, salus & tutior mendendi ratio, quam ab iis, quæ mediae iædolis sunt & neutra vocantur, peti & expectari possint, adeo, ut omnis fere, quæ a medicamentis desideratur, virtus, etiam cathartica, in iis residat. Atque id maxime est, quod in præsenti tractatione, paulo altius perquirendum demonstrandum suscepimus.

3. Quum nobis propositum sit, ingentem illam salium mediorum in tota remediorum silva præ aliis prærogati- vam atque eximiam in medendo efficaciam paulo penitus & accuratius demonstrare, visum nobis est, primo omnium, quid per salia media intellectum velimus, paulo clarius explanare. Salia igitur media, sive neutra, nobis vocantur ea, quæ ex sale alcali aut terra alcalina & acido sunt composita, ita ut nullum ex hisce habeat prædominiū. Quid per acidum & alcali intel- ligatur, res jam valde obvia & tritissima est, & quemadmodum hæc ipsa admodum excessivo sapore & virtute sunt prædicta, adeo, ut utramque ad corrodentem naturam sçpe accedit: ita pro- portione convenienti invicem mixta permutuam allusionem & conflictum ita at- temperantur, ut tum ratione saporis, tum aliarum facultatum & virium me- dium, innoxium & naturæ amicum sal inde emergat. Deinde, salia perfecte media dicuntur ea, quæ nec ad acidi, nec alcalini liquoris cujuscunque misce- lam amplius effervescent, sed quæ per- fecte saturata sunt. Quo nomine & virtute maxime eminent inter salia nativa sal commune & nitrum, item aphon- trum, & quæ ex quibusdam aquis me- dicatis & acidulis coctione elicuntur; ex arte paratis, arcanum duplicatum, nitrum antimoniatum, sal Glauberianum, tartarus vitriolatus: quæ singula nec a quovis affuso acido, nec alcalino liquore ebullient, nisi acidum valde forte & penetrans fuerit, quemadmo- dum oleum vitrioli, quod sali communi vel etiam nitro adjectum non modo

ingentem ebullitionem, sed & copiosum ac subtilissimum ex sale communi album, ex nitro rubicundum vaporem suscitat; quale tamen a leviori acido, ut est spiri- tus salis, vitrioli, acetum, succus citri, vix unquam facile evenit.

4. Hisce jam suppositis, nec ex vege- tabilium regno tartarum, neque ex mi- neralium prosapia alumén vel vitriola- um, commodum inter media salia tue- ri posse locum, quisque facile intelliget; quandoquidem unum eorum quovis af- fuso alcalino liquore, sive mitioris, si- ve valentioris generis sit, protinus vehe- menter commovetur, inque bullulas attollitur, non levi indicio, acidum salem in iis prædominari, neque hoc ipsum intime cum alcali metallico vel terreo esse unitum. Nam ea indoles ac proprietas salium mediorum esse debet, ut arctissime unita neque ab acido, ne- que alcali affuso facile præcipitentur, quare nec sal luna, nec saturni dulce in numerum striete & proprie sic dictorum salium mediorum jure referre licet. Ubi tamen non possumus non monere, quan- dam etiam differentiam inter ipsa salia media non inconvenienter ponendam esse, quam alia arctiore & alcalini & acidi principii, alii paulo laxiorem he- rum nexum & unionem habeant.

5. Inter ea, quæ arctiore copulam ineunt, sunt in primis, quæ valde diffi- cili negotio destrui possunt, ut sunt omnia talia, quæ cum alcalino prin- cipio & acido vitrioli parata sunt, ut sunt salia fontium mineralium media, ar- canum duplicatum, tartarus vitriola- tus, & sal ex calce viva & acido vitrioli vel salis paratum, & ipsum quoque sal commune & nitrum. Ad ea vero, quæ sunt laxioris & minus cohærentis contextus, salia ex acido leniori & terra alcalina composita pertinent, quo in numero sunt sal coralliorum, lapidum cancrorum, tartarus tartarifatus, terra foliata tartari, ex quibus per fortius acidum quam facile corpus solutum rar- sus dejici potest.

6. Quum vero nostri consilii ratio co- maxime tendat, ut, quod salia, quæ sunt

temperatæ & mediæ naturæ, sint omnium saluberrima & tum ad medendum, tum ad præservandum tutissima & valde efficacia remedia, paulo clarior demonstrare velimus, opus est, ut argumentis, quæ id evidentissime evincant, sententiam nostram corroboremus. Primum vero est, quod in omnium animantium succis secundum naturam, sive quam in statu integro constituta sunt, nec acidum, nec alcali purum, sive fixum, sive volatile, sed tantum mediæ naturæ salia reperiuntur. Ita neque in sanguine nec lympha unquam offendere licet acidum, qua tale, quod tamen paradoxon superiori tempore a nonnullis parum chymicæ artis gnaris fuit assertum. Neque etiam in statu morboſo seu præternaturali acidum purum deprehendere licet, nullo artificio eruendum; ut adeo pateat, quam sterilis non modo, sed & in praxi noxia fuerit hypothesis eorum, qui acidum omnium fere morborum causam valde audacter statuebant, & ob id omnia acida e foro medico releganda, omnesque remediorum vires eo referendas esse, ut vel acidum vel viscidum destruant, acriter ante aliquot lustra contendebant, quibus etiam jam Dissertationem *de acidi & viscidii insufficiencia* mæſcule opposui, atque tunc sediam, per universam fere Bataviam regnantem, solide prostravi.

7. Evidem, non negare fas est, partim ex alimentis & assumis, præsertim si diutius in primis viis morentur, acidos sæpe & crudos succos ibi nidulari, qui naturæ alieni variis de causis magnas molestias procreat, & symptomatum etiam causam atque incrementum non raro suppeditant; ideoque ea remedia, quæ acidum infringunt ac temperant, præsentissimam opem ferre. Minime tamen inde sequitur, acidos hos succos integros, immutatos & salva sua textura in sanguine vel alris humoribus, qui per vasa in orbem feruntur, contineri, vel mixtionem ingredi animalem; sed potius peregrina & morboſa prima in regione habenda sunt, præsertim si ibi per digestionem & mixtionem aliorum

liquorum non contemperata fuerint: Nam, licet acidum temperatus bene ferre possit ventriculus, cum blando fluido & appetentiam excitat, & dissolutionem quoque alimentorum promovet; præter ventriculum tamen purum acidum corpori animantium valde est hostile, partibusque ejus fluidis & solidis quam maxime adversatur. Illis enim vitæ & motui progressivo penitus inimicam spissitudinem infestumque coagulum inducit, partes autem solidas, præsertim fibrosas & nerveas, stimulando, atroendo vel etiam constringendo mirifice lœdit.

8. Quamobrem a benignissima natura bene provisum est, ut illis in ventriculo solutis atque ex eo expulsis protinus succus affundatur, qui blanda sulphurea & ad alcalinam indolem accedente natura peregrinum acidum in eis contentum attemperet, & venis totique naturæ amicum reddat. Cui etiam scopo lymphatici ex pancreate & aliis glandulis affluentes succi multum velificantur. Neque sal alcali purum, sive fixum sive volatile, in animantium succis, præstissim in statu naturali, occurrit. Bili utilissimus humor, quem naturalem seu a natura constitutam omnium animantium medicinam præstantissimas estimamus, ad indolem quidem alcalinam tam prope accedit, ut effectum acidum infringendi habeat communem; sed tamen purum alcali haberri non poterit, quod nullo cum acido effervescat, nisi intensissimum sit, ubi etiam isti ebullitione non principio alcalino, sed potius sulphureo oleoso adscribi debet, quoniam olea tam expressa, quam deflata, cum spiritu fortiori, ut oleum vitrioli vel spiritus noster sumans est, intensam eamque calidam effervescentiam concitat observamus.

9. Neque alcali fixum vel volatile sine ignis & combustionis admixtione ullo modo in sanguine, lacte, chylo, lympha, imo nec in excrementis, fudore, urina, secundum statum naturalem comparatis, ostendere licet. At vero si ex succis alcali volatile exspirat, vel

in excrementis etiam, sive in bile sive in urina, manifestior alcalina qualitas observatur, tunc certe id indicium corruptionis est, vel putredinis praesentiam manifestat. Sed potius in statu fano salia excrementaria media esse naturae, ex acido nempe & alcali fixo vel volatili composita, ex sapore falso urinam advertemus. Sal vero illud medium maxime inclinat ad naturam ammoniacalem propter compositionem salis volatilis alcalini urinosi cum acido. Nam si urinæ inspissata calx viva vel sal quodam alcali immiscetur, mox prodit odor salis volatilis. Atque etiam quod in urina continetur sal, tartarea est naturae, ex acido & terrestri oleoso principio compositum, quod apparat partim ex inspissatione, partim etiam ex tartaro illo, qui in hypochondriacis & scorbuticis parietibus vasis urinarii adhaerescit, vel ad fundum fertur.

10. Salebrem vero & naturae humanae convenientem salium mediorum indolem ac virtutem velinde maxime appare arbitror, quod haec ipsa ne ullam quidem animantium succis, cuiuscunque etiam generis sint, mutationem vel turbationem inferant, quemadmodum id promte fieri conspicimus ab aliis salibus acidis vel alcalinis, sive fixa sive volatilia fuerint. Sanguini enim e venâ emisso si quando acidus liquor, ut spiritus salis vel vitrioli, aut solutio salis, quod excessiive acidum, ut aluminis vel vitrioli, aut solutio salis, quod excessiive acidum, ut aluminis vel vitrioli infunditur, mox color & consistentia perit, dum color purpureus in lividum & luridum protinus permittatur, & sanguis fluidus tenuis coagulatur, quod etiam fieri consuevit, si haec ipsa cum lymphâ, sero, chylo, lacte, vel ovo rum albumine confunduntur. Neque ignota sunt illa experimenta, quæ olim, ad demonstrandam sanguinis transfusionem, varia liquida in venas animantium siphone injiciendo, adornata fuerunt, ubi a liquoribus acidis injectis non ita multo post mortem sequutam esse observatum fuit, sanguine in vasis ma-

ioribus coagulato reperto. Quando vero sanguini recenter e venis educto alkalitus liquor, v.g. oleum tartari per deliquium, vel spiritus salis ammoniaci bene saturatus admisetur, non minor etiam mutationem animadvertis, dum color purpureus intenditur, & valde coccineus fit, ac major fluiditas sanguini conciliatur.

11. Simili modo, haec ipsa alcalina addita laeti, sero, albumini ovi, ea reddunt fluidiora. Quamvis vero coloris intensio & tenuitas, quam alcalini liquores sanguini conciliant, vitali ejus progressivo inque circulum per tot vasculorum myriades abeunti motui non adeo adversa videatur; tamen purum alcali paulo largiori dosi vitalem sanguinis & humorum crassitatque temperiem mixtionemque invertere, vel ex eo liquido constat, quod ab injectione alcalini liquoris in venas animantium lethales convulsiones faerint sequutæ, quod minime evenit a salibus, quæ mediae sunt naturæ. Horum enim indoles ita est comparata, ut ne minimam quidem alterationem in sanguinis & fluorum vitalium texturam & mixtionem inferant. Nam sive solutio salis communis & salis ammoniaci, sive arcani duplicati, teræ foliatæ tartari, aut nitri antimonati, fluido sanguini vel laeti admixta fuerit, ne ullam quidem mutationem inde in hisce sequi deprehendimus. Nitrum, quod etiam sal mediae naturæ est, mixturæ sanguinis ejusque motibus vitalibus plane non esse adversum, testatur interalia experimentum MALPIGHII libri de Polypo cordis, dum ab infuso cani robusto per venam jugularem nitro ad drachmas sex, nulla observata fuit mutatio, præter urine copiam majorem inde provenientem.

12. Ex omnibus vero mediis salibus vix ullum revera est, quod natura corporis humani melius & sine ulla offensa ferre possit, & quod majorem præstet utilitatem, quam sal sic dictum commune, sive ex mari, sive ex fontibus, sive e terra fuerit edustum. Hoc certe nec homo, nec pleraque animantia in-

ter alimenta carere possunt, eo quod non modo ad saporem ciborum faciat, sed & quod ad meliorem alimentorum digestionem sive intimam resolutionem plurimum conferat. Nec vero sal commune in mixtionem humorum vitalium admittitur, sed omne rufus foras per emundatoria propelli debet, quum in corpore relictum subtilium fibrarum texturæ valde adversum sit, & vellecione & arrosione earum multas procreet molestias. Nihilominus inter alimenta in corpus admissum maximas, præter jam dictas, præstat utilitates. Fibras enim motrices & canales excretorios, ex iis compositos, blande stimulando efficit, ut non modo sanguinis & humorum celerior fiat progressio, cuius beneficio optime partes crassiores atteruntur, trituranter & cum fluidis melius permisceantur, sed & ut saluberrimæ secretiones & vitæ per quam necessariæ rerum alienarum excretiones, quarum ope ipsum simul e corpore expellitur, felicius succedant.

13. Salibus mediis usque valde salubribus & naturæ humanæ amicis jure etiam annumerari posse saccharum censemus, quod convenienter usurpatum non ita sanitatem offendit, ut vulgo accusatur, licet non in omnibus morbis vel omni tempore singulis hominibus conveniat. Id ipsum tamen in paulo excessiva quantitate a quibusdam quotidie sumtum eos plane non offendere, ut potius salvi & incolumes degant, multiplici experientia edocti sumus. Siquidem saccharum æque est sal dulce & blandum, mixturæ humorum plane non adversum, & quod acidos biliosos humores temperat, & lubricando primas vias blandeque fibras intestinales stimulando alvum liquidiore & mobiliorem reddit. Præterea, aliud adhuc beneficium a saccharo cum cibis sumto peti potest. Nimirum, omne oleum & pingue corpus unionem & copulam cum aqua prorsus respire per quam notum est. Hæc autem adjecto saccharo optime perficitur, sequente id luculenter docente experimento: oleum cinnamomi plane

non miscetur cum aqua, sed fundum petit; si vero aliquot ejus guttulae prius miscentur cum saccharo, idque postea aquæ immittatur, statim, facta prius agitatione, intimam olei cum aqua conjunctionem percipimus, ita ut hac ratione extemporanea cinnamomi aqua preparari possit. Quum itaque homo multa saepè pinguedine vescatur, quæ ægerimæ dissolutionis & mixtionis cum aqua in lacteum succum difficulter transit, quin beneficio sacchari & dulcium id fieri possit, nihil dubii supereft, quum videamus, & an seres & capones faceharo, eorum eduliis admixto, pinguefaciendi modum dari non meliorem. Huc etiam illud experimentum pertinere existimo, ubi addito cremori lactis saccharo impeditur, quo minus butyracea pars ab eo faciat secessionem.

14. Quemadmodum vero inter alimenta ad integrum servandam valetudinem salia mediz naturæ principem locum tenent: ita profecto in medicamentorum classe virtute sua incomparabili in curandis morbis omnia reliqua remediorum genera longissime exsuperant. Et cum instituti nostri ratio hæc sit praepua, ut hoc assertum paulo clarius & explicatus demonstremus, placet primo omnium salia, quæ mediæ præferebantur naturam, paulo exquisitius inter se distinguere, in duplice in classem ea dispendendo, quoniam alia naturæ, alia artis producta esse compemus. Inter ea igitur, quæ natura sponte profert, præter sal commune, referimus maxime salia sic dicta essentialia, quæ ex plantarum plurimarum succis debita encheiresi elicuntur, quorum præcipua ad tartariformem, quæ ex acido & alcalina terra, intermixtis partibus sulphureis, composita est, naturam & mixtionem accedunt. Ab hoc naturali plantarum blando & medio sale qui earum eximias illas dotes & virtutes, quas in medendo possident, deprivat, is certe a vero mihi non declinare videretur. Ea enim vegetabilia, quæ convenienti præparatione copiosum ejusmodi sal elargiuntur, aliis virtute præcellero experientia docemur.

15. Horum vero classem ducunt ex herbarum species, quæ vulneribus sanandis & sanguini depurando dicatae sunt, in quarum numero eminent veronica, scordium, carduus benedictus, urtica mortua, millefolium, tussilago, plantago, hedera terrestris, borago, buglossa, centaurium minus, fumaria, pyrola, bellis, flores chamomillæ, absinthium, anagallis, branca ursina, nasturtium aquaticum, chamædrys, alchimilla, consolida media, scopolendrium, flores chamomillæ vulgaris, seabiosa, quarum succi, decocta, infusa in gravissimis morbis chronicis, qui ex obstruione & infarctu viscerum aut eorum corruptione atque emunctiorum & tubulorum excretoriorum oppilatione pronoscuntur, eximiā certe & pene mirabilē virtutem exerunt, quæ vero unice sali illi essentiali, partim tartariformi, partim nitroso, accepta ferenda est. Hinc sit, ut ob copiam hujus salis eorum extracta non facile sicca sine deliquio servari in aere possint, quemadmodum id quoque in sale essentiali, sive terra foliata tartari, item in eo, quod ex vini Rhenani acido & oleo tartari mixtis post debitam inspissationem fit, animadvertisimus. Atque etiam ob copiosum sal, quo foetae sunt dictæ plantæ, tartariforme per combustionem insignem salis alcalini fixi quantitatē elargiuntur. Nam sicut tartarus vini vel etiam nitrum combustionē in sal alcali fixum demigrat, ita salis alcalini ortum, quod cōburēdo ex plantis elicimus, a sale hoc medio tartareo ducendum esse judicamus.

16. Intersalia neutra eaque saluberima, quæ sine commixtione acidi & alcali sponte in ipsa natura proveniunt, jure etiam referri nitrum debet, quod terræ sulphureæ, pingues, alcalinae, animantium stercore & excrementa, item vegetabilia & animalia in putrefactione posita, neque minus cineres, calx viva, & terræ putridæ, soli & pluvias in expositæ, ex acido universalis aeris, quasi imbibendo & attrahendo, progignunt, cuius virtute in medendo Pene divina non facile peritus medicus carere poterit. Est enim hoc sal naturæ animantium ita amicum, ut nullas, nisi nimium usurpetur, non modo creet molestias, sed & ad graves avertendas ægritudines, quæ ab exsuperante bile sanguinisque & humorum vehementiæ ebullitione eorumque nimio æstu proveniunt, nihil datur præsentius; ita ut VERULAMIUS in *Historia vite & mortis huic sali virtutem vitam prologandi*, si sepius ad scrupulūm pro dosi detur, non debitaverit assignare: sique ullum remedium medicinæ universalis titulum meretur, & aquæ communij & nitrum eum tribui posse non sine ratione judico. Nam si alvus solvenda, si urinæ æsta, dolore & spasko liberior efficienda est, certe id optime per nitrum fieri posse experientia confirmat. Porro, si causticam & virulentam humorum biliosorum acrimoniam, quæ cholera, diarrhoeæ, dysenterie, immodicæ vomitionis & nauseæ, ac febrium biliosarum, ardentium etiam, & gravissimæ ventriculi & intestinorū inflammationis procreatrix est, temperare ac demulcere velimus, nihil certe in tota rerum natura nitro præsentius & efficacius comprehendimus. Si inflammatio partes internas infestat, adeo, ut incendio quasi extorreatur, eoque substantificum humidum cum viribus absumatur, atque inexhausta sitis fiat assiduaque vigilia, nitrum inter medicinas admissum præcipuum certe curationis punctum fert. Nam inter vera & tutu refrigerantia, & inflammatorio æstudiicata, in natura nitro haud simile reperimus. Si humorum crastities, quæ obstructionibus vaforum & concretionibus polyposis mire velificatur, dissolvenda est, in nitro certe ejusmodi vis resdet exoptatissima. Nequaquam enim nitro vis coagulandi humores inest, quod nonnulli alioquin etiam periti contra manifestam oculorum fidem contendunt; quam ad oculum pateat, solutionem nitri depuratum aqua factam, sanguini coagulato & obscure nigricanti inimissam, cum & liquidiorem & coloratiorem reddere, dum

dum obscuro-nigrum in pulchre miniatum & coccineum colorem convertit. Et quia serum & lympham liquandi virtute gaudet peculiari, exsiccatas partes humectat, duras & constrictas emollit, ac tenaces humores fundendo obstructa referat.

17. Præterea, ea quoque est nitri efficacia, ut concretiones salinas tartareas in renibus, vesica, & aliis locis. impedit. Et quamvis ipsius experientia suffragium hanc veritatem satis luculentem confirmet; placet nobis tamen, ut res fiat apertior, quasdam autoritates in medium hoc loco adducere. Ita PENTUS de Medicamentis chymicis, pag 57. calculosis & qui dysuriam passi sunt, sive sint adulti, sive infantes, sive robustiores, sive languidiores, mirifice ejus utilitatem commendat, adeo, ut singulis quatuordecim diebus si sumatur, nunquam arenam in renibus nasci posse pollicetur. TIMÆUS in consil. consult. 3. audivit Batavii a Prævotio nephriticum quendam diurno nitri præparati usū a calculo perfecte fuisse curatum. Et GRULINGIUS in observat. de Calculo. p. 120. scribit: *satis notum est omnibus, sal prunelle egregium esse auxilium pro præservatione & curatione nephritidis.*

18. Quam gravia eaque spastica & flatulenta sanguinis in vasis ventriculi & intestinorum stagnatio concitet pathemata, quæ miras in universo corpore creant molestias, id illi potissimum, qui sic dicto malo hypochondriorum vel hysterico laborant, satis luculenter plenum ac testatum faciunt. Ego vero, ingenuo fateor, in tanta remediorum silva, nullum nitro par reperio, quod tam potenter spasmos solvat, flatus discutiat, dolorumque saevitiam mitiget. Hinc ejus usus in colica spasmatica seu convulsiva non satis digne prædicari potest. Si ab atroci dolore & spastro transpiratio, vel sudor, vel urinæ fluxus præcluditur, si alvus dura & stricta manet, sanguinisque salutares illæ & consuetæ per hæmorrhoides, per uterum, etiam in puerperis, excretiones deficiunt, nitrum decenter exhibitum spas-

mos & dolores sedat, & hac ratione liberiori facto per tubulos itinere, salberimos hos fluxus restituit. Quum vero ex iisdem vasorum & viscerum spasticis stricturis validioribus, liberiori sanguinis cursu impedito, tanto major humorum motus & impetus ad alias easque remotas partes subinde contingat, hinc vasa a nimia congestione distenta referantur, & immodecæ sanguinis sunt profusiones, unde hæmoptysis, nimis narium, mensum vel hæmorrhoidum fluxus, aut mictio cruenta, suam ducunt originem.

19. Si tale quid incidit, summum æque in nitrosis medicamentis est auxilium, quæ spasmos removendo, non adstringendo, dum liberiorem cursum sanguini restituunt, profluvia illa immoderata & enormia sistunt. Ego certe ex omnibus superioris seculi medicis non invenio ullum, qui frequentiori in usu nitrum habuerit ipso RIVERIO, qui illud cum singulari fructu ad compescendas hæmorrhagias adhibuit, quemadmodum ejus monumenta practica cum observationibus testantur. Ita in lochiis immodece fluentibus, cent. I. obser. 96. item in exsuperante mensum fluxu, cent. I. obser. 94. in hæmoptysi, cent. I. obser. 83. in hæmorrhagiis cum febre maligna, cent. 2. obser. 18. nitri usum mirifice extolit. Post RIVERIUM MYSICHTUS nitri usum medicum maximam semper fecit, testantibus id in ejus Armamentario chymico variis & eximis compositionibus, in quibus nitrum basin constituit.

20. Dicendum etiam aliquid est de aphanitro, quod veteribus & maxime PLINIO non fuit incognitum. Hoc in speluncis faxeis ex alto destillat, concrescit, & partus identidem est salis universalis, quod aer secum vehit, acidæ & gyngeo-calcareæ terræ. Sal est paululum acris & amaricantis saporis, sed fixum, ac vim ignis sustinet, ut poterum nec fluat in eo, necflammam concipiat, nec avolet. Hujus salis largior copiam non modo spelunca, quæ & diabolo nomen habet, circa Jenæ oppidum,

dom, suppeditat, sed in locis etiam subterraneis, cuniculis præsertim ex-saxo confectis, in magna sepe abundantia colligitur. Hoc sal incidentem, diureticam & majori dosi catharticam virtutem possidere, sali Epsonensi similem, experimentis practicis comprobatum habemus.

21. Sequitur jam ex nativis sal commune, cuius usus sicut inter alimenta saluberrimus, ita etiam ex medicamentorum classe non penitus rejiciendus est. Quanta sit ejus virtus in tardiori movenda alvo & fecibus exonerandis, si clysteribus adjiciatur, ubi ejus una drachma plus valet, quam uncia alicujus laxantis, res vulgo etiam nota est. Interne quoque paulo liberalius assumptum inter cibos alvum expedit; quo nomine maxime haleces comedisti laudem merentur. Verum hoc ipsum sal commune quorundam fontium mineralium medicatorum, cathartica virtute celebrum, non raro præcipuum ingrediens esse, nos satis cognitum atque exploratum habemus. Ante quadraginta & aliquot annos Hornhusa in Principatu Halberstadiensi fontes soterii e terræ lînu prodibant, ad quos incredibilis ægrotantium erat confluxus. Hi fontes, quibus ego tanquam physicus ordinarius præteram, examine instituto, nihil aliud continebant, quam sal commune & aliud salsum instar arcani duplicati, quorum illud in crystallisatione figuram cubicam, hoc sexangularem retinebat: salis vero communis pondus longe alterum superabat. Hi fontes ad tres vel quatuor libras epotii clementer alvum solvendo multas efficiebant sedes; insuper prostratam excitatabant appetitiam, & crassos viscidos que humores incidendo ventriculi digestioni egregie inserviebant, corpus alacre & agile reddendo. Habebant præterea peculiarem virtutem antihelminthicam, dum omnis generis lumbricos, inque primis ascrides, magna in copia cum fecibus ejiciebant. Externe discutiebant tumores & scabiem & antiqua ulcera sanabant. Atque etiam ante triginta & aliquot annos in pago Resburg,

non procul a civitate Stasfurth, fontes oriebantur, qui poti fortiter sedes movebant, & eandem fere virtutem cum Hornhusanis possidebant. Facto examine, nihil aliud arte potui elicere, quam purum sal commune, qualis Stasfurthi ingens copia excoquitur. Nam ex veteribus monumentis constabat, ante aliquot secula ibi salinas & salis cocturem floruisse.

22. Sed missis hisce fontibus, qui non adeo diu durarunt, ad eos, qui per multa secula ob saluberrimum usum celebres fuerunt, & a sale potissimum communi suam efficaciam mutuantur, nos convertimus. Hujus generis sunt antiquissimi illi fontes, quorum jamdum Tacitus mentionem fecit, Wisbaderenses, quorum usus antea omni tempore externus jam ab aliquot annis fieri coepit internus, quem non satis laudare possunt ii, qui viscerum infarctu, depravata digestione, & malo flatulento alvoque tardiori laborant; ad uteri quoque vitia, quæ subinde abortum & puerperium excipere solent, corrigenda non sine extremo fructu usurpantur. Cum cura eorum chymicum institui examen, nihilque aliud reperire potui, quam præter aquas pondere valde leves ac subtile verum sal commune, cum quedam sale alcalino mixtum, quod non modo sapore & crystallis cubicis se manifestabat, sed & ab oleo vitrioli acido admixto copiosissimum fumatum valde penetrantis odoris, qualis e sale ammoniaco ordinario exire solet, emittebat.

23. Ad salia medii generis nativa ea, que saluberrima pertinent etiam ea, quæ ordinario in omnibus thermis & acidulis Germaniae continentur, & a quibus etiam celebratissimi hi fontes virtutem potissimum nanciscuntur. Hoc loco communem veterum errorem præterire non possumus, qui de medicatis fontibus quedam prodiderunt. Hi plane aliena & nunquam ibi obvia ex variis terris mineralibus & metallis ingredientia, a quibus eorum virtus deducenda sit, proponunt, ne ulla quidem eorum, quæ re vera secunda habent, clementer tum

rum facta mentione. Veruntamen illud adhuc magis mirum est, quod communis nostro etiamnum tempore medicorum sententia fuerit, imo adhuc apud plurimos, vigeat, acidulas vitrilico sale esse turgidas, atque eminens acidum custodire, quam tamen plane ipsis contrarium sal insit, nempe alcali, quod vel ex eo pater, dum cum omni acido effervescunt, & medium sal supeditant; imo plures post evaporationem sal purissimum relinquent, & quod maximum est, lac affusum fluidius redunt: tantum abest, ut ullum coagulum ipsi inferant. Et utrū plerique fontes minerales inter thermas & acidulas saporis quodammodo vitrioli sint, minime tamen eorum virtus & in medendo efficacia a vitriolico sale dependet; nam paulisper saltem calefacti protinus amittunt hunc saporem & virtutem tingendi cum gallis colore obscure purpureo, manifesto indicio, & pauxillum & volatile illud esse martiale, vel vitriolicum, quod in se habent reconditum.

24. Multo magis argumentari licet, præcipua, quibus & thermæ & acidulæ præstantissimos in medendo edunt effectus, elementa & ingredientia præter spirituosum illud aeroætherium pensans subtile principium, quod bullularum salientium causa est, salia esse, siue alcalina fixa sive media, ad naturam Salis Glauberiani vel tartari vitriolati proxime accendentia, quibus eximia horum vis, qua humores crassos incident, resolvunt, obstructiones referant, acidum primarum viarum invertunt, & omnis generis excretiones, maxime per alvum & urinam promovent, tribuenda est, quemadmodum id in *Dissert. de Thermis Carolinis, de Acidularum & thermarum ratione ingredientium convenientia, de thermarum & acidularum usu & abusu*, copiose luculentissimeque & medicæ artis peritis & aliis sagacioribus naturæ scrutatoribus ante oculos posui. Ecquis igitur non clare intelligit, quam tura & plane innoxia atque ab omni vehementi & drastica vi aliena medicatis his fontibus insit ingredien-

tii, a' quibus revera nihil prorsus periculi vel damni unquam metuendum est, ut adeo pateat, harum rerum ignoros medicos valde decipi aliosque decipere, qui ob vanum noxæ metum & vehementem operandi modum egrotantibus, qui forte adhuc servari possent, harum saluberrimarum aquarum usum speciosis rationibus dissuadent. Videamus potius ex hisce, quanta vis & energia in perlanguidis chronicis non raro valde contumacibus affectibus insit salibus, tam medijs, quam alcalinis, si sufficienti aqua diluta & soluta convenienti regimine & tempore assumentur.

25. Illud vero circa salia aquarum mineralium nativa quam maxime dignum observatione videtur, quod , qui præter salē alcalinum salia media nature eaque paulo in majori quantitate continent fontes, pra' aliis, qui his destituntur, & copiole tantum sale alcalino facti sunt, longe majorem catharticam virtutem exerant. Et hæc est causa, quare ex thermis totius fere Europæ nullæ inveniantur, quæ magis alvum follicent, ac ipsæ Carolinæ, quum Emsenses, quæ purum sal alcali habent, id parum efficiant. Nam præter alcalinum & salinum terreum principium etiam sal neutrum habent, ex sale alcalino & acido sulphuris compositum. Siquidem ex sale illo thermarum Carolinarum, quod post evaporationem relinquitur, adiecto pulvere carbonum, per fusionem in igne sulphuris kepar, ex quo tinctura sulphuris cum spiritu vini extrahi, & ex cuius decocto cum aqua lac sulphuris precipitari potest, obtinetur; quæ sulphuris vulgaris regeneratio ex sale hoc thermali præsentiam salis medii, & quidem ex acido vitrioli vel sulphuris oriundi, liquido demonstrat; utpote quum sine eo sulphur vulgare & inflammabile de novo componi & regenerari prorsus non possit. Accedit, quod etiam hoc sal, quod ex Carolinis coquitur, utrū eminentioris sit saporis alcalini, in aere more salium alcalinorum, plane non deliquescat, quod ab acido minerali iuncto fiat necesse est.

26. Ex acidulis universæ Germaniae vix ullæ copiosiores dejectiones ipsis Egranis efficiunt; siquidem ad libras quinque vel sex potæ sex vel octo interdum sedes sine ulla molestia movent; quam Pyrmontanæ tantum ter vel quartæ ventrem solvant. Selterranæ vero, Antonianæ, Dunsteiner-Brunnen, Wildungenes, & in Vogtlandia Elsterianæ, Elstersaverling, in Bohemia Buchenes, Buchsaverling, in alvo movenda admodum segnes sunt, urinæ fluxum magis promoventes. Cujus diversi effectus ratio unice a præsentia salium neutrius generis in hisce fontibus petenda est. Nam ex Egranis debita coctione & inspissatione copia salis mediæ elicetur, quod ad unciam semis cum sufficienti aquo vehiculo exhibitum alvinas dejectiones satis valide cier, atque Egra non adeo caro pretio in ingenti copia venditur. Fontes Schwalbacenses, præter subtiliorem aquam, principium, quo nobilitati sunt, aereum subtile & sal alkalina, nec non sal mediæ generis alunt, hinc de jiciendi etiam gaudent facultate satis opportuna, qua aquæ Antonianæ, Selterranæ & reliquæ desitutæ sunt, quia coctione & inspissatione instituta non nisi puram sal alcali obtineri potest. Ego jam olim utilissime patefeci modum, quo ex tempore hi fontes alcalini minus purgantes virtutes cathartica satis exigua imbuvi possunt, ut Egranis & ratione saporis & ratione virium respondeant, quam tantummodo spiritus vitrioli in debita dosi ipsis adjiciatur, qui congre- diendo cum eorum sale alcali salēm me- diūm, tartaro vitriolato similem, esformat.

27. Nec vero tantum in Germania, sed aliis etiam Europæ regionibus, in Gallia, Anglia, fontes medicati frigi- di, cathartica virtute conspicui, ex quibus etiam sal elicetur ejusdem facultatis, reperiuntur. Inter quos in Anglia eminent & celebres sunt Ebshamenses, qui ob sal falsum amaricans, quod fovent in fano suo, alvinas sordes egregie expurgant. Permotus hinc est et eberrimi nominis Anglus, Ne hemias

GREW, ut arte & igne per coctionem salem inde neutrum saporis amaricantis purgantem eliceret, qui etiam puculari rem de hujus salis natura & viribus libellum conscripsit. Hoc ipsum verum & non adulteratum, quod ubi vis jam ferme vili pretio venditur, non ita pri- dem ex Anglia obtinui, ac relatum fuit, libram medicam aquæ unam vix drach- mam ejus dimidiā suppeditare; feci propterea cum eo experimentum, mi- scendo & fundendo cum pulvere carbo- num, & massam inde sulphuream na- etus sum, purpuream, hepatis sulphuris exquisite similem.

28. De hoc genuino sale, quas virtutes clarissimus Grew prædicet, commo- dum nobis videtur, hic breviter enarra- re. De eo enim hunc in modum scribit: Hoe sal nunquam sua virtute cathartica destituitur; in morbis permultis gravioribus efficacissimum remedium præbere dicitur, nec unquam aliquid mali, si apposite præscribatur, procreat. Pur- gantium fere omnium lenissimum exi- stit, humores non exagitat, & nunquam ægritudines, deliquia & tormenta exci- tat. Laudatur hujus salis usus in morbis ventriculi, cardialgia, immodicis vo- mitionibus, & calida affectione hypo- chondriaca. Commendatur etiam in in- testinorum & imi ventris morbis, in colico & nephritico dolore, vermis, urinæ ardore & suppressione, ictero, in passione hysterica. Præterea, capitis affectibus egregie opitulatur, atque in cephalalgiis, vertigine, deliriis, oculorum inflammationibus cum summo fructu porrigitur. Propinatur in aqua fontana stillatitia, aliave purissima, decocto hordei, avenæ aut laetis se- ro: aqua etiam parum coqui & ma- ce conditi potest, cujus libra duæ vel tres salis cathartici semiuncianæ vel integrum unciam pro dosi recipi- unt.

29. Veram enim vero, detexi an- te aliquot annos quam in Teplicen- sisibus thermis eas investigandi cau- versarer, ex fonte quodam Zetlicensi, qui duobus milliaribus Toplizio distat, facto

facto accuratiore examine , sal amari-
cantis saporis & catharticæ virtutis , per
omnia Epsomensi simile , ea tantum in-
tercedente differentia , quod libra una
medica beneficio evaporationis drach-
mam unam & dimidiam hujus salis de-
derit . Aqua , ex qua educitur , est sum-
me amaricantis saporis , ut eum vix lin-
gua tolerare possit , & longe american-
tior ipso sale . Hoc ad drachmas sex
sumtum liberalissime purgat , & aqua
ad quatuor libras medicas sumta identi-
dem alvum large subducit . Et quum
nuper ex Carolinis , procurante illustri
sacrae Casareae Majestatis Archiatro ,
medico consummatissimo , Domino
GARELLI , satis insignem hujus salis
quantitatem hue asportaverim , feci
etiam cum eo experimentum , eumque
cum dimidia parte carbonum pulveris
mixtum in ignito crucibulo fundi cura-
vi ; ita pariter hepar sulphuris obtinui ,
tetri sulphurei odoris , coloris purpurei ,
ex quo rectificatissimo vini spirito vera
tinctura sulphuris aurei coloris extracta
fuit .

30. Neque ita pridem prodiit de nati-
vo sale cathartico , in fodinis Hungariae
recens invento , dissertatio epistolica ,
Illustri Archiatro Garelli , qui eam be-
nigne mecum communi cavit inscripta ,
auctore D. Hermanno Neosolensi , qui
in cuniculis Neosoli subterraneis , album
& americans sal tenerimum , faxorum
lateribus innexum , deprehendit , Eps-
omensi cathartico forma & sapore per em-
nia simile , quum etiam majori dosi sum-
tum alvum frequentius exercuerit .
Eiusdem naturæ & virtutis sal postea
etiam Chemnitii in fodinarum maxima ,
auf det Mind-Schacht , it . Drepfalti-
gseit-Stollen , parietibus cuniculi adhae-
rescens , & nivis instar candidum , sa-
poris itidem amaricantis invenit . Et
quoniam cum eodem sale beneficio salis
tartari & carbonuri verum sulphur mi-
nerale produxit , nihil dubii est , quin
eiusdem cum sale Epsomensi & Zetli-
ensi sit naturæ . Hujus salis cathartici
mineralis genesis , quod partim humi-
dum in fontibus , partim etiam siccum

saxis adhaerens habetur , multum mi-
convenire videtur cum aphonitro , quod
ex acido primogenio aeris sulphureo in
faxeae , calcareae , gypsea , Spath dicta ,
terra , tamquam matrice sua , coit &
coagulatur , & abundantius in montibus
excavatis circa Jenam haberi potest , ac
ratione formæ , saporis , virtutis in ige-
& corpore humano a sale Epsomensi ,
Zetlicensi & Hungarico non differt , sed
tantummodo in eo , quod nativum &
fossile ex acido sulphureo subterraneo ,
& alcalinis terris adhaescente progi-
gnatur , quod abundantissime ibi reperi-
tur ; idque maxime exinde patet , quia
ex sale Epsomensi , Zetlicensi & Hun-
garico terra quædam lapidosa , Spath ,
ex parte cum alcali præcipitetur , par-
tim etiam facta denuo solutione & depu-
ratione hujus salis cum aqua impetrari
possit .

31. Ex hisce omnibus , quæ jam dicta
sunt , probe pensitatis liquidissime appar-
et , quam eximiam & fere incompara-
bilem virtutem salia mediae naturæ na-
tiva , quæ partim in siccata , partim in hu-
mida forma prostant , in medendo ha-
beant , & quod majori dosi exhibita ,
præter alias egregias virtutes , vim ca-
tharticam exerant , potenterque , tuto
tamen & clementer , alvinas fortes ex-
turbent . Sed a nativis salibus jam ad ea ,
quæ arte conficiuntur & componuntur ,
salia neutra , in officinis etiam pharma-
ceuticis & chymicis non ignota , progre-
dimur , num ejusmodi dotes & vires me-
dicinales interque eas catharticæ in iis
offendantur , maxime inquisituri . Pri-
mum vero nobis occurrit illud sal , quod
chymica arte ex acido sulphuris mineralis ,
mixto cum alcalino sale , conficitur .
Nam hoc ipsum ad nativi illius medii ,
quod fontes minerales medicati comple-
ctuntur , naturam quam proxime acci-
dere videtur , unde etiam non dissimiles
virtutes ab eo licet expectare . Quum
vero specificum illud acidum , quod præ-
cipuum sulphuris mineralis ingrediens
est , etiam in aliis salibus mineralibus ,
ut in vitriolo & alumine , contineatur ,
varius & multiplex id sal parandi modus .
exi-

existit, ut ut ejusdem virtutis & efficacia. Aliud enim ex nitro & vitriolo, adeoque ex aquæ fortis residuo per debitam calcinationem conficitur, & nitri vitriolati nomine venit, quod *Mynschius* arcanum duplicatum, quia ex binis istis salibus producitur, vocavit, & pro arcano olim habitum sicut in aula Gottorpensi, dum conficiendi modum Fridericus, Princeps Holsatiae, sat magno pretio, 500. nimirum imperialibus, redemit. Hoc ipsum longe compendiosius parari potest, si nitro in alcali redatur. Et sive fixo vitrioli spiritus guttatum ad saturationis, ut vocant, punctum infletur. Et certe hic modus longe tuitor est priori, quia vitriolum, quod aquæ stygiae ingrediens est, sepe de vene participat, qua nisi probe per reiteratam calcinationem separetur, arcanum illud Gottorpense, si liberalius & ultra scrupulum propinetur, vomitum ciet.

32. At vero, quia sal tartari fixum & probe calcinatum quam parum a nitri fixi indole ac virtute distat, nonnulli idem remedium ex sale tartari & spiritu vitrioli, *Tackenius* ex vitriolo & sale alcali, conficiendum esse existimant, quod alias in officinis tartari vitriolati nomine venit. Et quum spiritus, ex minerali sulphure elicitus, a spiritu vitrioli plane non differat, atque in antimonio purum sulphur minerale sat insigni copia insit, idem sic dictum arcanum duplicatum ex nitro & sulphure, item ex nitro & antimonio, chymici preparare sciunt: illud sal polychrestum appellant, idque ex æquali portione nitri & sulphuris prævia combustione & calcinatione in crucibulo conficiunt: hoc vero ex antimonii diaphoretici cum tribus partibus nitri & una parte antimonii præparatione, una cum nitro crystallisato obtinent, inque pharmacopeis nitrum antimoniatum salutari solet. Nam si comburitur nitrum cum sulphure, acidum ex nitro valde volatile exhalat, & sulphuris acidum fixius sece uniendo cum alcalino nitri sale neutrum constituit, paululum amaricantis saporis,

detersivæ & laxantissimæ virtutis. Ulterius, quia acidum aluminis ab acido vitrioli & sulphuris plane non dissidet, sed similis indolis atque ingenii est, hinc idem medicamentum commode etiam elaborari potest ex alumine cum sale fixo alcalino, sali tartari vel cineribus clavellatis probe mixto & unito.

33. Ex his recte colligere licet, arcanum duplicatum, quod ex residuo aquæ stygiae paratur, & nitrum vitriolatum, quod ex nitro fixo & spiritu vitrioli fit, nec minus tartarum vitriolatum, item nitrum antimoniatum & sal polychrestum, nec non sal purgans aluminis, cuius inventor fuit Keilingius, medicus Islebiensis, quod B. HOFFMANUS in clave *Schræderiana* describit, quia ratione ingredientium plane non differunt, unus ejusdemque indolis, neque minus virium & virtutum medicarum esse, & unum alteri facile in medendo substitui posse; utpote hæc omnia in minori dosi convenienti vehiculo propinata humores viscidos incident, dissolvunt, & tubulos excretorios stimulando & alvum servant apertam & urinæ fluxum promovent. Ubi vero in majori dosi ad urgiam dimidiā vel ultra cum sufficienti aequo vehiculo propinantur, non secus ac acidulæ operationem suam quinque vel sex sedes movendo exerunt; adeoque ubi purgatione opus est, quæ sine sanguinis ebullitione, sine spastica fibrarum intestinalium contractione, sine motuum exacerbatione & virulentia quadam fieri debet, opportunissime hæc salia ad majorem dosin utique sunt offrenda. In dosi vero parciori & refracta si unum ex illis cum nitro, sale tartari, cancrorum lapidibus misceatur, sane habemus sal aperitivum & detersivum incomparabilis in medendo usus, quod in omnibus intermittentibus febribus, malo hypochondriaco, calculo, asthmate, colica flatulenta, alvi adstrictione, ictero, cachexia, summo cum fructu usurpari potest.

34. Progressum jam facimus ad sal illud, mirabile à Glaubero dictum, & mirifice ab eo, tum ad labores chymicæ

cos , tum ad medendum commendatum . Id ipsum etiam est mediæ naturæ , & ex acido vitrioli fortior & sale communi seu gemmæ componitur , dum nempe acidum vitrioli penetrantius alcalinum & terreum illud sal & principium , quo sal commune constat , aggreditur , se que cum illo uniendo sal neutrum cum acido salis spiritu per copiosum fumum in auras avolantes constituit . Hoc eminentis est saporis amaricantis , atque egregia aperiens & stomachica medicina , quæ liberaliori dosi largas movet per al vum dejectiones . Mirabile hoc dictum est a Glaubero , quia si ejus æqualis por tio cum limatura metalli & dimidia cum pulvere carbonum misceantur , igneque fusorio invicem tractentur , sulphur ex quovis metallo hac ratione extrahi posse judicavit , dum spiritus vini diphlegma tus superflus tintetur sulphuream elicit . Verum enim vero in eo Glauberum errasse , vel exinde satis appetet , quia , sine metallo addito ex solo hoc sale & pulvere carbonum , si modo tantillum salis alcalini adjiciatur , sulphuream massam instar hepatis parari , ex quo verum sulphur minerale educi possit , variis exemplis Exc . STAHLIUS docuit . Nam hac ratione tantum sulphuris vivi regeneratio fit , quod ex acido peculiari in sulphure contento & phlogisto combustibili principio de novo componitur , quemadmodum ex oleo vitrioli & terebinthina Boyle , atque ex opio & oleo vitrioli ego ipse perfectum sulphur vulgare distillatione facta eduxi , & id jam ante XXX . annos in demonstrationibus physicis proposui .

35. Quam vero hoc sal dictum Glauberianum eadem cum supra expositis salibus mediis , arcano duplicato & certe ris ingredientia habeat , nempe acidum sulphuris & vitrioli ac sal alcali fixum , quale etiam in sale communi resideret , testante id experimento , quo ex spiritu salis & sale tartari perfectum sal commune fit , rete & non sine ratione inde concludere licet , ex omnibus his dictis salibus cum sale tartari & pulvere carbonum , fusionis causa addito , tractatis

sulphur artificiale produci posse . Et quoniam , ut supra docuimus , cum sale Epsomensi , sale Egrano genuino , sale Zetlicensi , nativo Hungariae , therma li Carolino , idem fieri conspicimus , quisque inde recte confidere poterit , hac omnia salia & nativa & artificialia , quum unius naturæ , corundemque ingredientium & effectus sint , ratione vi rum in medendo plurimum inter se con venire & conspirare .

36. Devolvimur jam nostra medita tione ad sal illud purgans mediae etiam naturæ , quod vili admodum pretio pro sale Epsomensi jam venditur , & ad plures centenarios ex Anglia ad nos advenitur . Id certe non genuinum esse , ex aquis Epsomensis extractum , facile ex exigua quantitate salis in his aquis contenta & vili pretio , quo vulgare constat , conjici potest . Nihilominus tam en ejus virtutes & aperitives & pur gantes non rejicere , sed potius plurimum commendare & extollere debe mus , multiplici experientia edocti . Est vero hoc sal artis productum & sali Glauberiano admodum simile , quum etiam illud ipsum pro sale Epsomensi venditetur ; sed quia hujus pretium valde carum est , præ nostro , dubitandum utique minime est , quin ad exemplar salis Glauberiani hoc ipsum ex vilioribus & facilioribus ingredientibus præparetur . Quod etiam revera sic se habet , siquidem ex capite mortuo vitrioli , sive vitriolo bene calcinato & lixivio , in salis coctura residuo , quod vocatur Salis Mutter - Lauge , & præter sal commune sal alcali terreum secum habet , non nali ex chymica artis peritis in Anglia pa rare istud solent ; quemadmodum etiam Cl . LENTILIUS in *Miscell . Nat . Cur . Cens . 3 . & 4 . obs . 173 .* id probe & recte notavit . Fecimus cum hoc ipso exper iementum , tractando id per ignem calcinatorium , admixto pulvere carbonario , sed renuit fusionem ; igne vero acriori administrato , totum fere avolavit , cum ingenti tetro vapore & fuctore sulphuris vulgaris , quo totum conclave repletum fuit . Adiecto vero sale tartari , hepar sulphu-

sulphuris impetravimus. Quo utique certo convincimur, ex sulphuris acido, quod vitriolo inest, cum terra salis marini vel alcalini nupto, ortum & natales hujus salis esse deducendos.

37. Missis itaque his salibus, quorum ortus ex acido sulphuris & sale alcalino est, ad alia, quæ usum in praxi habent, remedia eorumque naturam considerandam nos convertimus. Sunt vero hæc primo sal ammoniacum, cuius genesis ex sale volatili urinæ vel fuliginis & sale marino est, quod ab addito urinoso volatile principio longe majorem & acrimoniæ & penetrantiam acquirit, & ob id etiam attenuandis & dissolvendis cruditatibus primæ regionis viscidis, tenacibus medicina est aptissima. Et hoc solo sale Cl. MUYS, Medicus Batavus, in pecunari Tractata omnium febrium intermittentium certam ac plenariam promittit sanationem, si apposite, decenti dosi & tempore usurpetur. Sed ego crediderim, hoc remedii genus magis robustioris naturæ hominibus & Bataviæ incolis, quam tenerioribus & delicioribus proficere.

38. Ejusdem commatis ac virtutis est sal sic dictum Sylvii digestivum, quo frequenter hic medicus ad consumendas cruditates viscidas, ad appetitum & digestionem prostratam restaurandam, atque ad abigendas intermittentes usus est, idque ex spiritu salis ammoniaci cum sale tartari parati residuo per elixiationem cum aqua conficitur. De hisce salibus id certum est, quod majori dosi etiam album vehementer solvendi facultate polleant. Autor tamen sua forque sum, ut a liberiori salium horum dosi in curandis morbis abstineamus, quandoquidem, nisi ejus acria spicula vilcosis & tenacibus particulis in corpore quadantenus involvatur, & nisi humido sufficienti diluta fuerint, facile contextum intestinalorum villosum & glandulosum destruere possunt. Prostant porro in uſa ex tartaro, item ex aceto & salibus vel alcalinis corporibus salia mediae naturæ, ut sunt tartarus tartarisatus, sal essentiale, sive terra foliata tartari, solutio oculorum can-

cri, sal coralliorum, matris perlarum, quæ ex imia virtutis salia olim magno in pretio habita fuerunt, præsertim a Tackenio, qui terram foliatam tartari cum solutione oculorum cancri mixtam pro sale viperarum fixo venditavit, ingentem pecunia sumam inde lucratus. Habent hæc salia id potissimum peculiare, ut ad sanguinis massam propter subtilitatem salinarum partium magis penetrent, quam alia salia, item quod per urinarias vias noxios humores eximie e corpore exturbeant.

39. Hactenus fusi deduximus, salia media fere pleraque, præsertim quæ amaricantis saporis sunt, valde eximiā validamque album movendi obtinere facultatem, idque stimulo suo, quo tunicas intestinales nerveo musculosas lacescendo motum peristalticum austiorem redundunt, perficere affirmamus. Hui e asserto posset quispiam opponere, quod etiam medicamenta, omnis saporis salini ejusque amaricantis expertia, penitus insipida, non secus ac salia illa, vehementer subinde intestinalē proritare soleant purgationem, quemadmodum id in magnesia, pulvere levissimo, insipido, candidi coloris, omnis stimuli experte conspicimus. Verum enim vero, exponendum hoc loco utique est, quomodo magnesia vim suam exerat purgantem. Certe id non ob terreum suum alcalinæ indolis, quo constat, principium efficit, sed quoniam hoc medicamentum cum quovis acido vehementer effervescit, eoque solvit, atque in solutione saporem valde salsum, amaricantem acquirit, qualis non ab ullo alio alcali terreo, sive lapidibus cancerorum, sive conchis, vel ovarum testis exsurgit; certe hinc concludere licet, magnesiam tunc demum purgare, quando ab acido in ventriculo stabulante dissoluta in sal tertium amaricans convertitur, quod etiam experientia confirmat, qua constat, hypochondriacos optimè hoc remedio purgari, minime vero eos, quorum ventriculus crassa & viscidia pituita repletus est.

40. His igitur deductis jam liquidissime demonstratum esse arbitrör, id quod

instituti nostri sicut, salia mediae naturae excellente in medendo gaudere virtute aperitiva, detergente, omnis generis excretoria stimulante, & sub majori dosi etiam cathartica, satisque in aprico est, hujus naturae salia omnium esse saluberrima, & naturae amicissima, quibus nec medicus carere, nec facile damnum inferre possit. Veruntamen plura hic in contrarium moveri posse video, quoniam & frequens usus & attenta observatio docet, etiam medicamenta, acido excessivo praedita, imo volatilia urinosa, & alcalina fixa inter optima & classica remedia sibi adhuc locum tueri ac vindicare, tantum abest, ut naturae corporis humani inimica, vel insalubria dici mereantur. Quibus omnibus id reponendum esse existimo, neque acida, neque alcalina, sive fixa sive volatilia, unquam proficerre, aut salutarem effectum in medendo prebere, nisi ea cautione a medico perito administrentur, ut a dispositione humorum interna & præcipue eorum, qui primis in viis consistunt, in sal medicum tertia naturae mutentur, atque hac ratione naturae corporis, id est fluidis & solidis partibus, blanda & amica reddantur.

41. Propterea, quando copia bilis, præfertim alcalina oleofæ, in flexura duodenii collecta & stagnans fortiter genus nervosum afficit, & hac ratione saepem vomitus biliosi, naufragiæ, appetitus prostrati, caloris lenti, cephalalgiae, febris etiam ardentis, aut inexhaustæ sitis causa est, tunc certe acidula, ut sunt jalapia, refrigerantia vel alii spiritus minerales acidi dulcificati egregiam præstabunt opem. Ubi porro intensus febrilis astus, a fortiori motu intestino partium sanguini sulphurearum ortus, ipsam fanguinis temperati texturam nimium destruendo corpus & ipsas vires penitus exhaustur, ibi acida plus proficiunt, quam salia media, alcalina, vel alia remedia, quia particulas sulphureas, a quarum motu fit calor, fagiendi & enervandi facultate gaudent. In morbis malignis, qui ex interna humorum putredine nascantur, ab acidis revera plus auxilio, quam ab ullo alio remedio expectare possumus, & quidem ob hanc

causam, quia per putredinem gignitur alcali, & a copioso etiam alcali provenit, quod quem protinus ab acido cicuretur, putredo sistitur. In scorbuto & arthriticco inveterato malo copiose salia in massa sanguinis generantur, quæ certe magis ad alcalinam lixiviosam, quam medium naturali pertinent. Hinc etiam eorum sanguis & vena ductus tenuis & floridus subinde appetet, & urina plerumque valde rubicunda & salso-lixiviosa emingitur. Plos saepè tunc præstare acida temperata, quam alcalina urinosa & volatilia aut calida spirituosa, minus peritos experientia certissime docebit.

42. Quod attinet ad medicamenta, quæ sale alcalino fixo sive volatili foeta sunt, iis certe non indistincte & promiscue uti oportet, utut prudenter usurpata egregiam utilitatem afferant. Nam quandocunque nimia acidorum succorum copia primam regionem infestat, & gravia symptomata, ut videmus in hypochondriacis, hysteris, melancholicis, concitant, ut sunt ventriculi & intestinorum rosiones, anxieties, ventriculi inflationes cardialgicæ, tulæ stomachales, cephalalgiae, nimia alvi adstrictio vel dejectio cum tenesmo, ventriculi ardor; tunc certe alcalina terrea, præfertim cancriorum lapides, conchæ præparatz, vel solum oleum tartari per deliquium, plus præstabunt, quam illa alia, quia acidum absorbendo in sal neutrum convertuntur, quod deinde facile & sine offensa per tubulos excretorios transit atque educitur. Si vero acidi potius defectus, quam exuperantia in primis viis est, eaque copiosa tenacum viscidorum humorum colluvie referta sunt, profecto copiosius ingesta alcalina terrea multum afferunt detrimenti. Nam quia non solvuntur, sed potius cum particulis terreis limosis se jungendo pituitam augent, hinc appetitum prosternunt, ventriculum gravant, orificio vasorum lacteorum obstruant, neque minus alvum segniorem reddunt.

DISSERTATIO II.

DE SALE MEDICINALI
CAROLINARUM.

§. I.

Si quid in universo rerum naturalium penu, ad varias, easque graves & pertinaces, ab humano corpore tam mature arcendas, quam commode debellandas afflictiones, certe, securæ & comprobatae facultatis deprehenditur remedium; profecto hoc nomine jure superbire existimo medicamenta ex saluum familia prognata, atque inter hæc maxime, quæ ob æquale acidi & alcalini principiū connubium vulgari termino apud Medicos vocari solent Salsa, enixa, media & neutra. Quorum agmen constituant a longinquo tempore ab antiquissimis Medicorum celebrata: nitrum, tartarus vitriolatus, & tartaratus, arcanum duplicatum, nitrum antimoniatum, terra foliata tartari, salsa Glauberi dictum mirabile, digestivum Sylvii, sal polychrestum, quod ex nitro & sulphure paratur, ammoniacum, & pleraque ex optimarum herbarum ac plantarum succis inspissatis preparata salsa sic dicta essentialia. Siquidem utilissima eorum virtus duplici potissimum se manifestat ratione: primo, quod in amplissima remediorum sylva, quæ tam ex vegetabilium, quam animalium & mineralium classe prodeunt, vix detur aliquod simplex machina nostræ solidis ac fluidis partibus tam amicum atque conveniens, ac ipfa hæc temperata salsa: quippe quæ sanguini, lymphæ, omnisque generis animantium succis vario modo permixta, non ullam modo eorum naturali consistentiæ ac mixtione inferunt notabilem mutationem, sed & in ipso nostro corpore optima sanitate fruente copiosius perpetuo generari, ac cum humoribus circumferri observantur ut hoc ultimum ex urinæ, nec non sudoris salto sapore sat: manifeste animadvertis.

2. Utrumque longe aliter se habet cum salibus acidis & alcalinis puris & extra connubium positis: quippe quæ plane nostri corporis humoribus adversa & contraria, his secundum naturam constitutis, nec inesse certum est, nec salsa eorum, quæ ad vitam apta est, mixtione, diu inhærere posse, satis clare per experimenta chirurgiæ, quæ olim magni habita fuit, infusoriæ demonstrari potest. Ex his enim constat, quod acidi magis vel minus saturati liquores, cuius generis sunt spiritus salis, nitri, vitrioli, solutio aluminis, per siphonem animalium viventium venis injecti, sanguini ante aorido & celerrime per vas currenti spissum illico nigri coloris inducendo coagulum, & latera vasorum membranoso-nervea constringendo & arrodendo præsentaneum vite exitum induixerint; alcalina vero fluida, præsertim saturiora, ut oleum tartari per deliquum, vel spiritus salis ammoniaci copiosius eodem modo in sanguinem delata, animaætibus ob expansam nimis & rarefactam humorum massam citam & violentiam præcedentibus convulsioribus mortem intulerint. A qua nociva facultate remotissima esse ex utroque hoc sale composta, neutrius generis salsa, vel solum illud in præcedente dissertatione jam allatum. MALPIGHII experimentum demonstrat: qui ab infusa in canis robusti viventi venam jugulariæ nitri solutione nullam mutationem, præter urinæ copiosiorem proventum se observasse testatur. *in libro de polypo cordis.*

3. Deinde & saluberrimam neutrius generis salum virtutem exinde luculentter apparere arbitror, quod in expediendis cuiuscunque generis secretionibus & excretionibus, a quarum suppressione plurimi contumaces morbi tam gigantuntur, quam foventur & acerbiores redunduntur, incidendo nimis viscidas ac tenaces cruditates, quæ in ventriculo ex alimentis minus subactis natæ hospitantur, & magnorum foecundæ fiunt malorum genitrices, ipso quoque sanguine: spissi resolvendo, attenuando, per glandulas.

du las ac vasa in visceribus promte-transprimendo, & que ac noxios humores per omnia excretoria, prævia leni eorum vellicatione, sine tamen sanguinis extusatione, sine torminibus & spasmis, uti aliis vehementioribus solenne est purgantibus, blande evacuando, vix in rerum natura sui habeant simile. Quemadmodum vero tam acida suo tempore ad appetentiam & dissolutionem ciborum promovendam & temperandas in primis viis hospitantes bilio-sulphureas cruditates, quam alcalina ad absorbenda aciditatem, resolvendosque spissos humores moderate & debita cum circumspectione usurpata, multos corpori humano præstant usus: ita præfertim salia alcalica mitiora salibus neutrius generis juncta, horum efficaciam mire exaltare observantur; eo quod acidæ, qui aperitivam salium vim infringunt, succos imbibendo, salis medii genium acquirunt, & insolvenda ac educenda præfertim tartarea, quæ in renibus secernitur, mucositate omnia alia diuretica & aperitiva quam longissime antecellunt.

4. Quam præstans itaque & multiplex salium mediorum & ex parte etiam alcalieorum in corpore humano est utilitas; tam admiranda quoque divina pro hominum salute cura ac providentia: quod plures ejusmodi generis salibus factos saluberrimos tam calidos, quam frigidos fontes hoc illuc e terræ latebris sponte promanare voluerit. Et eo magis etiam notandum puto veterum errorem, qui cum chymicæ rationalis plane essent ignari, neglecto accuratori horum fontium examine, eorum virtutes a variis metallicis, vitriolicis, bituminosis & alienis plane, nescio quibus, subterraneis materiis derivarunt. Enim vero, licet negari penitus non possit, inesse quam plurimis & thermis & acidulis tenuissimum illudque summe volatile martiale vitriolicum principium; quod ex adjectione gallarum patescit, quæ recenter ex scaturigine haustam aquam atro purpureo colore imbuunt, diutius vero a fonte præfertim sine operculo servatam, immutatam linquunt: hoc tamen, quia

facillime in auras avolat, & paucissimis ad aliena loca transvectis aquis inhæret, pro genuino & præcipuo operandi in fontibus fundamento haberi neutquam potest, postquam peritissimorum in Chymia virorum opera nos docuit, plurimas, ubique etiam ortæ fuerint, acidulas & thermas in eo convenire, quod sale imbutæ sint medio & alcalino plus minus abundante. Atque ab hoc etiam, potissimas omnium fontium lubricum virtutes dependere, præ ceteris demonstrare operam dedi in variis scriptis, quæ de aquarum mineralium elementis ac viribus tam in genere, quam speciatim de Carolinis, Sedlicensibus aliisque cum publico communicavi.

5. Eidem etiam laudatissimæ naturæ scrutatorum operæ acceptum referre debet nostrum seculum, quod jam penitus naturam ac genium istorum, quibus salutares maxime in Germania polent fontes, salium una cum sus differentiis ac viribus diversis cognoscamus. Scilicet, multis experimentis physico-chymicis jam quidem in vulgum notis demonstratum est: alios fontes tantum alcalino sale instructos esse, uti sunt Sebteranus, Emensis; alios minori salis alcalici cum terra martiali juncti portione præditos; ad quos pertinet Spadanus, Buchensis qui Carolinis adjacet, Pyrmontanus, Carbensis in Wetteravia & Tœnsteinensis, aliis Antonianus dictus; alios vero sale magis falso amarcante, ut Egrani, Sedlicenses; alios porro terra alcalina subtiliori cum paucō sale falso & alcalino, ut Wildungenes esse imbutos; quosdagi verum sal commune admixtum possidere, uti constat de Wisbadensibus, Tœnsteinensis & Egranicis. Quos omnes mirè antecellunt Carolinae thermæ, quippe quas præter sal medium amarum & terram calcaream magnesia almodum similem, copiosum etiam alcalinæ & lioxivæ indolis sal in se recondere, adeoque in gravioribus chronicis morbis, præfertim qui ab acidis & viscidis humoribus proveniunt, curandis, in aperiendis oranis generis excretoriis.

maxime vero urina & alvo fortiter mor-
tendis, haemorrhoidal i quoque & men-
struum fluxu restituendo, omnes reliquas
foterias aquas longissime antecellere
pridem in peculiari dissertatione de ther-
mis Carolinis docui, & plurimis experi-
mentis atque observationibus confirmavi,
quod post me etiam celeberrimus
BERGERUS in diss. ejusdem inscriptio-
nis praestitit.

6. At, cujuscunque demum generis
sunt ista, a quibus medicinalem suam
viam salutares fontes mutuantur, salia,
eadem tamen omnibus arte factis tam
mediis supra recentis, quam alcalinis
multis nominibus anteponenda esse,
constans affirmare audeo. Quippe, sub-
tiliori longe & naturæ magis amico tam
acido, quam alcalino principio ea con-
stare, vel exinde eluceat, quod salia
ex fontibus prognata pleraque fere in
æquali purissimæ pluvialis, præsertim
calefactæ aquæ portione penitus solvan-
tur, cum arte facta plurima vel triplo,
imo quadruplo majorem menstrui requiri-
rant quantitatem, & longiori quoque
ad sui intimam solutionem tempore opus
habeant; nec non quod calori ignis ex-
posita facillime fluant, quod secus con-
tingit cum artificialibus. Unde nec du-
biu[m] est, fore, ut corporis nostri succis
facilius permisceantur, atque per vasa
minima promptius transeant, quam illa,
quaæ ex graviori naturæ infenso acido &
alcalino sale ab artificialibus componun-
tur.

7. Quemadmodum vero non omnibus
æqua facultas & occasio est, ipsos fonti-
um medicatorum natales visitandi, &
in loco eos usurpandi, neque cuiilibet
sumtus ad transportationem aquarum
necessarii suppetunt; ita Chymatri pluri-
morum ægrotantium inopiae consultu-
ri, diu de salibus per legitimam coctio-
nem & evaporationem ex fontibus præ-
parandis, quibus in sufficienti & ad æqua-
to menstruo solutis in sui corporis com-
modum uti quoque possent exteri, soli-
citi fuerunt. Primus inter hos fuit ce-
leberrimus Angliae Medicus D. GREW,
qui ex patro Ebshamensi fonte ejusmo-

di amarum purgans sal preparare, &
magno cum fructu peculiariter tractatu de
meliori commendare cœpit. Enim vero,
cum admodum exigua sit salis, quod ex
hoc fonte elici potest, portio, tantum
omnino abest, ut ejusdem sub nomine
quod hodie circumfertur, & viliori cer-
te pretio venditur, Anglicanum dictum
sal amarum, genuinum nativum ex fon-
te eductum sit, quale Doctoris GREW
fuit, ut liquidissime potius inter omnes,
qui accuratori chymico examini illud
subjecerunt, constet: id ex salis commu-
nis cum acido vitrioli, vel aluminis mi-
scela, ad exemplar Glauberiani præpa-
rari, ut id probe annotavit LENTI-
LIUS in M. N. C. Cent. III. IV. Obs. 173.
& ego ipse ulterius demonstravi in differ-
enti salium medierum excellenti virtute.

8. Præter Ebshamense celebratissi-
mum haec tenus fuit sal fontium Sedlicen-
sium sive Seidschutzenium, quorum
usum per aliquot secula oblivione obru-
tum, una cum sale ex iis præparando
medicinali, primus omnium detexi &
in peculiari scripto commendavi. At ve-
ro, cum ipsi Sedlicenses fontes, sale hoc
medie solum nature & ab omni alcalini
prædominio libero imbuti, virtutibus
longe inferiores sint Carolinis; quippe
quaæ ob notabile lixiviosi salis cum me-
dio commercium in gravissimis chronicis
afflictionibus debellandis omnibus
aliis huculque palmarum præripuerunt;
ideo diu de eodem sale ex fontibus Caro-
linis educendo sum meditatus, majora
scilicet inde suspicatus commoda, quam
ex ullo alio haec tenus vel nativo vel arti-
ficiali faerint præstata. Quare, cum sa-
pius ab illustribus personis in Carolinas
vocatus crebriorem & elementa & præ-
claras hujus fontis virtutes examinandi
habuerim occasionem, dudum quoque
peritis in arte pharmaceutica ejus loci
viris autor extiti sualiorque, ut naturale,
quod recondunt thermæ, sal ex iis
juxta artis regulas elicere & publico usui
offerre facerent periculum.

9. Factum hinc quidem est, ut per plu-
res jam annos ruditer saltem coctum in
minori copia ad privatos tam ægrotos

rum Carolinas usurpantium , quam Medicorum expetentium usum in pharmacoplio fuerit servatum ; attamen , diligentiore & frequentiore ejusdem præparatione ut exterorum etiam & a fonte remotiorum commodis consuleretur , eo usque ob peculiares forsitan privatam maxime incolarum utilitatem respiciennes causas obtineri non potuit ; donec ab hinc lustro , cum ab Augustissima Romani Imperatoris Majestate ad deliberaandum de ejusdem salute cum illustri Archiatro Dno PIO NICOLAO DE GARELLI in Carolinas vocarer , curiosus quidam pharmaceuticæ licet scientiæ ignarus , senatorii ordinis vir , Dn. GEORGIVS BERNHARDUS RICHTERUS , tinctoriaæ arti deditus , elegans quoddam salis ex therris Carolinensis eduicti , & ab omnibus terrefordibus liberati specimen offerendo , a nobis examen & disquisitionem ejus pezeret . Laudavimus ambo institutum , & compendiosam simul optimam ex fontibus sal elicendi methodum suppeditavimus . Ex quo tempore etiam tanta virtutum præstantissimarum multitudo se commendavit istud sal , ut non modo a præsentibus sub ipso fontis usu , sed a remotioribus quoque optimo cum fructu usurpatur , ac copiose jam distrahatur . Sed , ut eximii hujus usus ratio eo clarius elucescat , operæ pretium duxi , peculiarem Carolinensem thermarum salis indolem , elementa ac virtutes , in specie vero præ Sedlicensi , quod hactenus palmam tenuit , prærogativam sequentibus demonstrare .

10. Primo quidem , ut , quæ de præparatione hujus salis scire convenit , paucis complectamur , monendum est , materiam huic sali suppeditare fontem illam , qui furioso impetu fervidissimus ex terra latebris profluit , & a vulgo in Carolinis dicitur der Brudel . Hujus videlicet ferventissimæ aquæ pro una vice circiter mille libræ vulgares ex scaturigine haustæ in catina ferrea super igne posita usque ad cuticulæ apparentiam inspissantur ; & prævia per filtrum collatione , aeri frigidiori exponuntur , ut in

crystallos abeat inspissatum . Remanens autem a prima crystallisatione liquor de novo inspissatus ad crystallandum reponitur . Atque hoc tandem reiteratur , quamdiu in fundo sal coire certatur . Emergent inde crystalli prioribus ex ase similes , nisi quod ultimæ a prioribus albedinis præstantia supererent . Massa producendi hinc salis , æquat trium librarum medicarum pondus ; unde calculi beneficio constat , quod ex una libra aquæ drachma circiter dimidia salis puri sit elicienda . Residuum , quod in fundo post absolutam crystallisationem conspicitur , est tinctura aurantii coloris , saturate lixiviosa , cum acido tamen minus effervescens , saponacea & oleosa , quæ spiritui vini rectificato permixta ex parte ab eo solvit , & alcalino caustico sapore eum imbuīt , ex parte vero in fundum instar magmatis spissi delabitur . Ad filtri vero parietes concrescit terra martialis adstringens lutea , & croco martis similis .

11. Exposita sic quam fieri potuit brevissime genuina , qua ex Carolinis fontibus sal elicitor , methodo , proprijs jam ad ipsius naturam penitus inquirendam , & differentiam a sale maxime Sedlicensi ostendendam accedimus : primo quidem experimenta cum utroque instituta exposituri , & ex his deinde præstantiam prioris præ ultimo demonstratur . Phænomena autem circa utrumque observata huc redeunt :

I. Paratum e thermis Carolinis sal ex crystallis constat oblongis , nivei coloris , pellucidis , & interspersis hinc inde variis aquosis . Sed license minores exhibet , que itidem oblongæ quidem sunt , sed albedine , & aquosa pelluciditate prioribus cedunt .

II. Sal Carolinarum tam in aqua solutum , quam solida forma gustu exploratum , saporem præbet ex parte lixiviosum , ex parte amaricantem , mitiorem tamen quam Sedlicense , quod intense amarum est & valde nauseosum .

III. Aquæ purissimæ communis calcæfactæ uncia salis Carolinarum drachmas decem & scrupulos duos , Sedlicensis , vero

vero unciam unam recipit; frigidæ vero eadem portio a Carolinenſi præter drachmas ſex cum uno ſcrupulo, & a Sedlicenſi præter drachmas quinque & duos ſcrupulos nihil ſolvit.

IV. Solutio ſalis Carolinarum ex adiecto violarum ſyrupo colorem adipiſcitur viridem; a quo Sedlicenſe nullam patitur mutationem.

V. Aqua Carolinarum ſale ſaturata ab oleo tartari per deliquium nullam fentit turbam; Sedlicenſis vero ſolutio ab eodem in ſpiſſum lactei coloris converitur coagulum.

VI. Productum ex Caroliniſi fontibus ſal cum omnibus tam mitioribus, quam fortibus acidis vehementer effervescit, hinc ab affuso vitrioli ſpiritu vel alumine erudo, in aqua prius ſoluto, defiſente effervescentia in ſal tertium amarum tranſit: Quod minus contingit in Sedlicenſi.

VII. Spiritus vini rectificatissimus ſaturatæ ſalis Carolinarum ſolutioni affuſus, lacteum ei inducit colorem, & in fundum dejicit pulverem tenuiſſimum albicantem; qui ablato per acciſionem vini ſpiritu in aqua faciliter ſolvitur. Idem vero ſi Sedlicenſi ſoluto miſceatur, præcedente coloris turbidi in lacteum mutatione, ſpiſſum niveæ maſſe præcipitatur coagulum, in aqua rāmen poſt combuſtum vini ſpiritu prompte ſoluibile.

VIII. Cum ſale ammoniacœ per trituraſionem probe ſubactum ſal Carolinenſe, ſponte liqueſcit, & odorem ſpargit volatilē penetrantissimum; quod fruſtra expectatur a Sedlicenſi cum eodem miſcela.

IX. Eductum e Caroliniſi thermis ſal fornaci calidæ injectum cito fluit; frigidioris vero aeris accessu diutius expoſitum non liqueſcit quidem, ſed inſtar magnesiæ in tenuiſſimas moleculas diſolvitur. Sedlicenſe nec a calenti nec frigido aere mutatur.

X. Eriam igne diſſicilius fluit ultimum quam prius.

XI. Una ſalis Carolinarum pars cum dupla antimonii crudi portione permixta,

& in crucibulo candenti fuſa præbuit reſolum antimonii medicinalem, intense rubicundum & fragilem; qui ab eadē ſali Sedlicenſi & antimonii miſcela ſine fale tartari obtineri non potuit.

XII. Sal Carolinarum cum ſexta pulveriſ carbonum parte mixtum, in crucibulo ignito faciliter fluit, & maſſam hepatis ſulphuris emulam largitur, quod in aqua ſolutum atramenti inſtar eſt sympathetici, & literas ex ſolutione facchari ſaturni vel aceto lithargyrii chartæ impictas, anteā plane non co-gnoſcendas, luteum iis inducendo colorē, maniſteſtat. Sal Sedlicenſe idem nunquam præſtat, ſine additione ſalis tartari.

XIII. Ejusdem hepatis ſulphuris in aqua facta ſolutio virideſcit, ſed aerili-berò diutius exposita colorem adſcicit limpidum, delabente interea in vitri fundum terra viridi, a qua ſi purior aquæ portio ſeparetur, & separatae ſpiritus vitrioli affundatur, penetrans admodum foetidus emerges odor, & ſulphur ex albo cinereum præcipitatur; quod iſum cum oleo terebinthinae vel amygdalarum intime ſubactum balaſſum ſulphuris conſtituit: Sal Sedlicenſe eadem proportione cum pulvere carbonum mixtum, & eodem modo in crucibulo candente tractatum, prævio magno ebullitionis motu ſulphureum præbet odorem, neque fortissimo igne fluit, & calcinatum in fundo relinquit terram in aqua minus ſolubilem; quod ſi vero miſcela huic ſub initio ſaltartari addatur, eadem contingunt phæno-mena, quæ a Carolinarum ſale jam me-morata.

XIV. Iidem quoque ſinguli effectus obſervantur, filoco pulveriſ carbonum, nigricans illa, quæ a liquoris mei anodyni mineralis deſtillatione remanet, ſubſtituatur terra, ac cum eadem Carolinarum ſali iuſta proportione nupta ſimiſratione adormentur experimenta; luculentio teſtimonio, quod iſa terra multum ſulphurea & inflammabilis ma-teria in ſe complectatur. Nihil horum ſuccedit cum Sedlicenſi ejusdem deſtilla-

tionis capiti mortuo juncto; nisi conve-niens salis tartari portio adjiciatur.

XV. Ultimo denique, per destillationem nostrum sal exploratur, tres ejus uncias indidimus retorta vitreæ, ex quibus fortissimi ignis beneficio præter omnem spem atque opinionem unam cum dimidia unciam & drachmas duas aquæ limpide dulcis & empyreumaticum odorem exhibentis, quæ nec cum acido nec alcali ebullit, obtinuitus. Residuum in retorta cinericei erat coloris, solvebatur in aqua, & ab affuso oleo tartari per deliquium penitus non mutabatur, cum acido vero mixtum effervecebat. Cum sale ammoniaco trituratum volatilem penetransimum spargebat odorem, absque tamen colligatione, quæ ab ipso Carolinarum sale ante destillationem observata fuit. Par salis Sedlicensis quantitas retorta indita, aquæ infidæ unciam unam & drachmas tres, phlegmatis aciduli autem drachmas duas dedit. Remansit hinc terra spongiosa calcarea nivei coloris, cum aqua frigida instar calcis vivæ fortiter ebulliens & eam calefaciens; quæ cum sale ammoniaco mixta omnis odoris expers manet, & in aqua soluta ab adjecto oleo tartari per deliquium in spissum vertitur coagulum.

12. Ex adductis his experimentis satis luculenter apparere arbitror, quæ utriusque salis sit indeoles ac differentia. Quippe cum thermarum Carolinarum sale suscepimus, ejus omnia sunt tenoris, ut pleraque a quovis alcali, sale tartari & cineribus clavellatis, nonnulla vero etiam ab omnibus mediae naturæ salibus, nitro, arcano duplicato, tartaro vitriolato, aliisque observentur. Quare nec dubitare quempiam spero, quod sal ex Carolinis fontibus eductum duplex diversi genii continet principium, alterum alcalinum, alterum mediæ salinæ naturæ, cuius ultimi praesentia vel exinde satis manifeste cognosci potest, quod in crystallos abeat oblongas, ab aere in liquamen fluidum non dissolvatur, & præter lixiviosum etiam amaricante sapore sit præditum. Quæ omnia contra-

rio modo in salibus mere alcalicis contingere, nemo hodie non novit. Et hæc negari non possit, salis alcalici portionem sal neutrum in Carolinensi superrare, id tamen ex observatis vero admodum videtur simile, quod a dimidia parte salis medii quantitas parum recedat. Ad Sedlicense vero quod attinet sal, eo colludunt omnia cum eo facta tentamina, ut idem ad salia perfecte neutra referendum sit, quæ nec acido nec alcali eminenter abundant, sed ex æquali utriusque portione nupta sunt composita: quemadmodum omnes & iidem effectus observantur, quando per artem præparata salia neutrius generis, ut arcanum duplicatum, tartarus vitriolatus & tartarisatus alisque ejusmodi chymico examini subjiciuntur. Deinde vero & illud ex adductis experimentis elucere arbitror, quod sal e Carolinis elicitorum longe subtilioris sit indolis, quam Sedlicense; quod in aqua & difficiilius solvitur, & majorem mensuram copiam requirit. Curiosum denique & hoc observatu est, quod tanta in salibus delitefere possit aquæ portio; quamvis iam fuisse causam existimo, quod Carolinum sal & ammoniacum secca invicem mixta liquefacta sint: cum educto per destillationem humido, id non contigerit cum restitante sale.

13. Partium atque elementorum, quæ sal Carolinensium thermarum constituant, haec tenus exposita natura, & propria statim nos docere poterit, quifnam in corpore humano usus, & quæ vires in variis morborum generibus tam arcendis, quam tollendis ab eo sint expectandæ. Quas vero omnes partim ab alcalino, partim a medio, quod continet sale, partim ab utriusque coniunctione deducendas esse, neminem puto, quin perspiciat. Primo itaque ut ab alcalina ejus superabundante parte initium faciamus, præstans utique illius est virtus in absorbendis, quæ in primis viis, partim ab alimentis acidis, quibus pleraque hominum pars delectatur, partim ab imminuta ciborum digestione, sape resistant, aciditatibus, quæ incrai-

incrassando reliqua alimenta, præser-
tim ex lacteorum familia desumpta;
item mucilaginosa & ex fructibus ho-
ratis parata, non modo insensissimarum
cruditatum genetrices sunt, sed & va-
sa, quæ ventriculum percurrent, san-
guinea & nervea, a quorum legitimo
elatere omnis fere concoctionis vigor
pendet, constringendo fluidi & sanguinei
& nervi ingressum arcent; adeo
que ad spasmos intestinorum, colicam,
cardialgiam, ructus, flatus, & anxie-
tates præcordiorum, capitis dolores,
appetitum incoercibili, febres, alios
que graves morbos quam facilime dis-
ponunt. Quibus omnibus, si a contento
in primis viis acido, originem eos
trahere indicium sit, ipso hoc sale vix
salubrior ac promptior opponi potest
medicina. Unde nec mirum est, quod hy-
pochondriacis & hysterico malo labo-
rantibus personis, quæ ob debilitatem
stomachi & intestinorum vim peristalti-
cam, parum digerunt, & cruditatibus
acidis tam fovendi quam generandis
admodum aptæ sunt, præ omnibus aliis
stomachieis ac roborantibus insignem
præstet utilitatem.

14. Deinde, cum omnibus alcalinis
& hac sit propria facultas, ut si cum
acidis congregiantur, eadem in sal con-
vertant tertium amaricam, purgante
prædictum virtute; ideo & hoc nomine pe-
culiariter commendari meretur sal alcali-
num thermarum Carolinarum, quod,
si sufficienti & acido in primis viis hospi-
tanti proportionata ingeratur quantita-
te, illud hostile cum omnibus crudita-
tibus per alvum evacuet, & adeo omni-
bus, qui ex obstructa alvo sentiant in-
commoda, opem afferat longe salaber-
rimam. Quo ipso multum antecellit sal
Sedicense, quippe quod, nisi alcalino
quodam pulvere, ut lapidibus cancro-
rum & conchis preparatis acuator, in
corporibus, ubi acidum primas vias oc-
cupat, plures saepe molestias, quam le-
vamina creare observatur.

15. Majora autem his sunt, quæ ab
utriusque tam alcalini, quam medii sa-
lis combinatione in corpus nostrum deri-

vantur commoda. Eminet hinc maxi-
me nostri salis virtus in incidentibus visci-
dis ac lentis humoribus, qui in ventri-
culo atque intestinis saepius colliguntur,
& tunicae nerveam inviscando æque ac
menstrui ad digestione in necessarii af-
fluxum intercipiendo, & sensum & mo-
tum stomachi immunduant, hinc appre-
tentiam prosterunt, nauseam & vomitus
cient, & plurimarum cruditatum
genesi velificantur. Unde non modo
appetitui, sed & digestioni ab hac causa
lesi egregie opitulari nostrum observa-
tur sal. Porro, cum ista cruditatum in
primis viis stabulantum sit indeles, ut
non modo ventriculum aggravando &
distendendo, respirationem reddant
difficilem, pectorisque anxietates infe-
rant, sed & latera tam vasorum percur-
rentium, quam adjacentium viscerum,
hepatis, lienis & renam comprimendo,
& vasa lactea & glandulas fecernendis
& attenuandis humoribus destinatas ob-
fruendo, sanguinem efficiant spissum,
sallum ac cacochymicum; hinc patet,
quam ampla sit Carolinarum salis utili-
tas in omnibus iis avertendis & averru-
candis afflictionibus, qua ab humorum
spissitudine, viscerum infarctu, &
impedito secretionum successu oriun-
tur.

16. Neque vero solum inter alteran-
tes, sed & præcipue inter evacuantes me-
dicinas nostrum sal peculiari pollet præ-
rogativa. Enim vero, communue hoc
cum omnibus aliis tam alcalicis, qua
mediis habet salibus, ut non modo hu-
morum viscidorum cohesionem immi-
nuere, sed & solidas moliores, præsertim
vero nervoso-membranaceas partes sim-
ulando, elaterem & vim contractilem
earum augere adeoque & resolutas cru-
ditates evacuare valeat. Quare peracta
humorum, qui in primis viis obvii fuer-
ant, acidorum correctione & viscidiglu-
tinis a crusta villofa abstersione, incipit
primo in fibras intestinales agere, & pro-
ritato per leniorem vasorum vellicatio-
nem majori liquidi nervosi affluxu vim
peristalticam intendit; qua adiuncta
non modo vasa, quæ inter membranas in-

intestinales currunt , serosa , sanguinea & lymphatica conquassando , majorem fluidi in cava intestinorum transstillationem provocat , sed & attenuatis & dilutis hac ratione cruditatibus minus tunc resistentibus per alvum copiose eliminandis quam promptissime infert.

17. Hac ipsa vero alvum aperiente facultate quantum omnia alia leniora & fortiora etiam purgantia , cito , jucunda & tuta operatione nostrum sal ante-cellat , dici vix potest . Si quidem renerioribus & exquisitiiori fibratum sensu præditis , sufficienti in copia , & sub convenienti menstruo oblati vix hora dimidium expectat effectus . Jucunditate vero & saporis & lenioris operationis mire se omnibus commendat , qui delicioris gulæ & sensus pleraque ideo aversantur evacuantia , quod partim amaricante & tædioso sale nerveas palati & cesophagi fibrillas irritent , hinc nauseam , saepiusque vomitum producent , partim quod in ventriculum defata molestias intestinorum tensiones ac crispaturas inferant , nec sine acerba intestini recti rosione feces subducant : quod plane alienum est a sale Carolinum.

18. Securius denique est omnibus aliis vehementius alvum moventibus medicinis : eo quod sine motuum exacerbatione , sine ventriculi , ejusque toni & appetitus dejectione , sine sanguinis extirpatione , efficacissime subducit noscios humores , nec alvum relinquit obstructam ; qui omnes pessimi effectus aloeticis , resinosis & acrioribus purgantiis solennes sunt . Quia propter omniam , sexui & temperamento , summo cum fructu exhiberi potest . Imo vero multiplici compertum est experientia , quod plurimi , quibus a multis annis nunquam sine pilularum assumptione , aut clysterum injectione alvus soluta fuit , ex continuato præsertim nostri salis usu tam eximiam persenserint virtutem , ut postea sine molestia & sine medicamentis alvum habuerint apertam , liberam & ordinariam . Neque vero hoc tanto sedum numero efficit , quam Sed-

license , cuius assumta unica uncia vel robustissimos osties & decies desidera cogit , & in nonnullis etiam ob copiosum & frequentem acris seri secessum molestas intestini recti rosiones , imo sape per aliquot dies alvum obstatipatam cum teaeismo relinquit . Non facile autem id observatum fuit a Carolinarum sale , quod mitissime potius sordes educit , & si robustis ac sanis corporibus ad sex vel octo drachmas porrigitur , vix ultra quatuor vel quinque sedes sine molestia ciet , & subsequentibus diebus alvum fluxilem cum appetitus incrementa conservat .

19. Cum itaque tam nobili & nature tam amico purgante effectu polleat sal Carolinum ; idcirco tam in antevertendis , quam abigendis , quæ ab alvo diutius obstructa originem trahunt , vel exacerbantur , afflictionibus conducti . Neque enim rara eorum sunt exempla , qui , cum solenni alvi obstipatione labrantes quotidianis fere cephalalgii , pectoris anxietatis , respirationi difficiли , phlogosi , hypochondriorum tensionibus , alisque chronicis infimi ventris passionibus obnoxii fuerunt , a nostro sale , insigne omnium malorum experti sunt allevamentum . Præterea , plures prostant observationes , quod ab alvo diutius constricta , spasmos intestinorum inferente , ac sanguinis per abdominis vasa circuitum impediente , impetuose saepius humorum ad superiora & viscera contigua fiant regurgitationes . Quæ si in capite contingent , dolores acerbissimos , vertigines , apoplexiā , melancholiā , gravia insomniā , agrypniam cum terrore , sensum stuporem , ophthalmiam , aurium tinnitus , & que auditus difficultatem causant ; in pectori vero anxietates , cordis palpitationes , hæmoptysin , peripneumoniam , inflammations producent ; in hepate inflammations , vesiculae felleæ spasmos , hinc icterum ; in liene , vasorum brevium rupturam ac vomitum cruentum efficiunt , in rebus & vesica ad mictum cruentum & calculosas concretiones ansam suppeditant . Quæ omnia

gravissima pathemata saluberrimi nostri
falis tempettivo usu arceri posse, extra
omnem dubitationis aleam est positum.

20. Proinde peculiaris quoque est il-
lius virtus in promovendis sanguineis,
qua per uterum ac vasa haemorrhoidalia
solentes sunt, excretionibus: eo quod
spissum, qui vasa comprimit, mucum
incidente & educendo, vasorum libe-
riorem reddit & contractionem & dilata-
tationem, atque hinc expeditorem hu-
morum transitum & exitum conciliat.
Præsertim vero hoc præstat, si per ali-
quot dies cum pilulis balsamicis, ex de-
purata aloes parte, extractis amaris &
gummatibus ad exemplar Beecheri para-
tis, qua sanguinem ad loca dicta prom-
tius compellunt, exhibeantur, & infu-
sorum ex herbis sic dictis uterinis, pule-
gio, melissa, milleflio, matricaria,
mercuriali, floribus cheiri, chamomil-
le, croci &c. paratorum potu secunden-
tur. Qua ratione & irregulari aut sup-
pressum mensium & haemorrhoidum flu-
xum ad ordinem reductum, & varicosas
venarum in utero ac ano distensiones ac
tumores cum emolumento saepius solutos
suisse, plurimis exemplis manifestum est.
Neque vero in convulsivis spasmodicis
hystericatum passionibus hoc sal effectu
carere ut ex compluribus aliorum obser-
tionibus, ita novissimo exemplo mihi
constat, de virginē nobili singulis men-
sibus per integrum biennium epilepsia &
suffocationibus hystericis afflita, qua
ex saepius repetito fali Carolinarum cum
pilulis balsamicis juncti usu optime con-
valuit, & menses sine tentaminibus
spasmodicis, habet liberas ac suffi-
cientes.

21. Simili quoque ratione nititur pe-
culiaris nostri fali in aperiendis viis urin-
ariis, & educenda, qua in tenibus a
sanguine segregatur, falso-sulphurea
mucositate efficacia: qua pariter lauda-
tissima alias diuretica mire antecellit.
Hec enim cum sulphurea volatilis, &
caustica ut plurimum sint indolis, non
modo stricturas vasorum in tenibus,
ureteribus & vesica exquisite sentien-
tiam adaugent, adeoque dolores vehe-

mentiores inferunt, sed & sanguinis
vorticis motum accelerando, saepius
vel omnem urinæ fluxum sufficiensat,
vel subtiliori ejus parti transitum tan-
tum præbendo, pluribus gravioribus
morbis januam aperiunt. Quorum nihil
a nostro sale debet metui: quippe quod
incidente sua virtute tartareas concre-
tiones solvit & tubulos renales, hisque
connexas ureterum ac vesicæ membra-
nas leniter stimulando majorem urinæ
sequestrationem, & expeditiorem exi-
tum procurat. Minor est hæc in Sedli-
censi sale vis; quod copiosius per alvum,
quam per urinam serum educere obser-
vatur.

22. Hinc est, quod in obstructioni-
bus renum, vesicæ & ductuum urinario-
rum præcavendis, & si adfuerint solven-
dis, nostrum sal, si mature & crebrutus
præsertim cum aliquot mitri granis usut-
petur, multis nominibus Sedlicense an-
tecellat. Et cum ob absorbentem suam
facultatem, acidum, cuius cum terra
connubium gignit calculum, cicurare &
in medium sal convertere valeat; hinc
iam ad avertendam tartarei coaguli ge-
nesin, quam exturbandum mitiorem
calculum insignis est efficacia. Quo no-
mine etiam iis commendari satis vix po-
test, qui vel ob nativam vel ab aliis qua-
sicunque errore dioretico contractati
renum ac urinariæ vesicæ imbecillitatem
ejusmodi calculosis concretionibus & ge-
nerandis & levendis sunt idonei. Quen-
admodum pariter singularem ejus expe-
riuntur efficaciam, qui vehementer a
calculo in arctum & nervosum ureterum
cavum intruso dolores sentiunt; quibus
præ omnibus aliis medicinis lithonripti-
cis, tam resolvendo, præsertim si re-
cens fuerit, tartarei muci concremen-
tum, quam exturbando illius copiam,
egregie & cito opitulatur sal Carolina-
rum. Quos saluberrimos effectus frusta-
a Sale Sedlicensi expectaveris.

23. Superest alia non inferioris digni-
tatis in Carolinarum sale virtus diapnoi-
ca, quam accidente præsertim copioso
calidi infusi potu iis maxime præstat,
qui vel ob sicciorum vel cachecticum

corporis habitum , aut impeditam a quaque causa transpirationem multos viscos in subcutaneis tubulis firmiter impastos succos continent . Quos & fluxiones reddendo , & vasorum excretiorum contractionem a tergo promovendo , promte per corporis corticem expugnat . Et cum omni calefaciente virtute careat , ideo quoque merito cunctis volatileibus , oleosis , sulphureis ac resinosis praefertur diaphoreticus ; quippe quae sanguinem quidem satis commovent & exagitant , sed quia spissam , qui ser i per poros exitum præcludit , mucum non dissolvunt , sèpius plus noxæ , quam emolumenti afferunt .

24. Triplici itaque hac aperitiva tam alvum laxante , quam diuretica , & sudorem movente facultate omnibus iis sal nostrum se commendat morbis , quorum cura ad singulas harum excretionum species simul respicere medentes jubet . Eo autem felicius hæc singula exsequitur , si cum aliis hisce indicationibus adæquatatis conjungatur medicamentis . Mirabile in hydrope anasarca , cum oedemato so pedum tumore , virium prostratione & urinæ suppressione juncta , cum pilulis balsamicis alternatim exhibiti virtutem esse , novissimo exemplo comprobatum est . Siquidem copiosum per alvum & urethram serum educendo & leniorem mane in lecto diaphoresin movendo id efficit , ut detumescientibus intra paucas hebdomades ventre & pedibus , appetitus & pristina sanitas regredierint . Eadem ratione egregiam in febribus intermittentibus , quartana , & tertiana pertinacioribus sistendis exercitat efficaciam , si vel solum , vel cum æquali corticis chinæ aut chactarillæ in pulverem redacti portione mixtum , diebus intercalaribus bis vel ter , imo aliquot ante paroxysmum horis ad drachmam unam assumantur . Quem in finem & sub connubio lapidum cancerorum preparatorum , nitri & cinnabaris , loco pulveris famigeratissimi antispasmodici dicti , ad preparandos , ut eo commodius evacuentur , noxios humores , & imminuendam spasmodorum fe-

brilium vehementiam , tam ante paroxysmum , quam sub eodem ad æstum in sanguine præternaturalem supprimendum , & capitis dolores ex stomachi via ortos leniendos , summo cum fructu potest exhiberi .

25. Porro , cum sèpius contingat , ut ex febribus justo citius suppressis , graviores viscerum labes , vasorum sanguineorum , in primis hepatis & lienis infaretur , ac glandularum mesenterii & pancreatis obstrunctiones oriантur , hinc appetitus pereat , digestio vacillet , nausea cum vomitibus familiaris fiat , corporis externus habitus fiat cacheticus , ictericus , cum virium languore , & capitis debilitate ; ibi ad hostilem materiam , qua a febre exhibita remansit , ex corpore expedite proscribendam , hoc sale cum amaricantibus & balsamicis extractis mixto , non neglectis spissam lympham incidentibus & diluientibus potibus mira effici pluribus observationibus nobis comprobatum est . Quo scopo & elixirium ex extractis amaricantibus cardui bened . absynthii , centaurei minoris & sale Carolinarum , singulis ad unam drachmam sumtis , in aqua menthae cum vigo parata unciis sex solutis , magna in ejusdem indolis morbis efficacie comprehendimus . Atque hac ratione in cachexia , chlorosi , ictero , atrophia , expeditius sanandis , observatissimul convenienti vitæ & victus regimine , felicissimos nos fuisse , ingenue stamur .

26. Neque vero prætereundum hoc loco est , quod vulgatis laxantibus additum nostrum sal , corum virtutem mira exaltare valeat . Ita , si manna unci in aqua veronicae , aut menthae dissolutæ , salis Carolinarum drachma una adjiciatur , mixtura hæc , interposito calidi infusi Thee usu , epota , plus præstatibit , quam si duæ vel solius manna unciæ assumptæ fuerint . Deinde , quum pilulae , quæ a variis hodie ad normam Becherianarum parata nomine balsamicarum prostant , sèpius ægrotantium , praesertim robustiorum , & medentium expectationem in laxanda alvo fallant ; certe

certe vix melior iisdem addi potest stimulas, quam si assumto vesperi sufficiens earum numero, in sequente mane duæ vel tres Carolinarum salis drachmæ subjungantur. Pari ratione cum antihelminticis maritatum, in subducenda vermina colluvie, & sistendis, quæ ab infestis hisce hospitibus humano corpori familiares sunt, atrocibus pathematis egredie conducti; ut id recentissimo infantis exemplo comprobatum habemus; e quo beneficio supra descripti pulveris ex cortice chacarilla & sale nostro concinnati, magnam ascariidum faraginem evocatam vidimus.

27. At, quam præstans salis Carolinarum in variis corporis afflictionibus virtus deprehenditur, tam impar est causis morborum & imminentium & præsentium superandis, nisi convenienti & sufficienti fluido solutum in corpus deferatur. Conveniens illud primo debet esse, & sale recipiendo & cum humoribus nostris permiscendo; sufficiens autem, ut corporis vascula subtilissima transire & cum humoribus omnis generis virtutem suam medicinalem communicare possit. At vero, cognoscimus natura ipsa duce, aquam communem simplicem thermarum fluido similem, purissimam, a calcareis sordibus liberam, ex fonte vel communi, vel, si fieri potest soterio, recenter haustam a spirituoso ætherio elemento copiosius imbutam omnibus aliis liquoribus jure meritoque anteferri. Hinc est, quod vel ipsas Carolinas vel Selteranas, Schwalbacenses, Egranas aliasque, quæ medicinali facultate se nobilitarunt, aquas, præsertim si in loco natali usurpari possint, pro vehiculo hujus salis præ omnibus aliis multiplici usu confirmati commendemus. Dici enim vix potest, quantum ipsorum fontium adaugeatur virtus, si eorum potus crebriori nostri salis usu secundetur; quod præsertim ii cum fructu faciunt, quibus aquæ potatae in primis viis resistantes viscerum imbecillitatem atque atoniam minitantur. Neque vero minoris efficacia est nostrum sal, si aliis aquarum spe-

ciebus, præcipue cum salutaribus, sanguinem purificantibus herbis & radicibus, ut scorzonera, cichorei, veronica, decoctis, ipso etiam sero lactis solutum, vel calide vel frigide, prout optime fert ventriculus, sufficienti copia successive hauriatur.

28. De proportione vero menstrui ad salis efficacem non tamen ingratum usum accommodanda hos tenendum est, quod, quo largiori sal excipiatur fluido, eo & citius, in primis viis repurgandis, ac referandis viscerum obstructionibus, eoq[ue] potentius operetur. Optima, qua sensibiliorum etiam gustui consoluntur, hac erit methodus, ut decem vel duodecim fluidi partibus una saltem salis portio addatur. Quare qui robustiori fibrarum systemate distracti & ægrius commovendi sunt, ex libra una medica aquæ, unam salis unciam haurire poterunt, sensibilioribus autem, ut feminis & viris mitioribus fibris præditis semuncia vel drachmæ sex ex libra medica dimidia vel octo uncisi fluidi assumere sufficiant. Pueris etiam pro diverso virium ac corporis statu, unam vel duas drachmas ex quatuor liquidi uncisi potandas commendamus. Hac successiva epota portione commodum erit, plura insufi medicinalis theiformis ex herbis resolventibus & roborantibus parati vascula calida tamdiu subjungere, dum aliquot sedes provocatae fuerint. Quum vero ad earundem liberum ac promptum successum multum faciat, si ventriculus alienis, quæ spicula saliva involvendo eorum vim infringunt, non gravatus fuerit; hinc est, quod assumptionem nostri salis potius matutino, quam pomeridiano aut vespertino tempore suadeamus.

29. Varias haec tenus, quas interne sumptum Carolinarum sal exserit virtutes, commemoravimus. At monendum quoque est, illud & externe non omni fructu carere: Primo quidem clysterum ingrediens esse potest, eo potissimum tempore, ubi a flatibus aut sclerocribus induratis relaxatae intellinorum crassorum fibræ toni augmentatione egent, ut

ut in ejiciendis sordibus officio suo satisfaciant. Quo scopo vel solum sal Carolinarum, aqua calida solutum, & satis dilutum injici, vel aliis oleofisis, mannatibus & demulcentibus salis communis loco ad unciae unius vel dimidiæ pondus commodissime admisceari potest. Deinde, cum salium mediorum in purificandis & consolidandis externis foetidis ulceribus alias non infructuosa sit efficacia; ideo quin & hoc nomine ad externos usus sal nostrum commendari possit, nulli dubitamus.

30. Expositis itaque variis ac præstansimis Carolinarum salis, in plurimis nostri corporis gravioribus ac pertinacibus afflictionibus tam avertendis, quam expugnandis, utilitaribus, supereft, ut de capro ac circumspecto illius, pro varia subjectorum æque ac morborum differentia, usu pauca adhuc subjiciamus. Quare notandum est:

I. Quod cautius hoc uti debeant omnes, quatenus fibrarum & membranarum compage, que facilis per salina spicula ad spasmos irritatur, instructi sunt: unde nec infantibus, nec adultis, qui a nativa generis nervosi debilitate ad varios spasmodicos affectus inclinant, nec feminis sensibilioribus largiore & frequentiorem ejus usum, commodum judicamus.

II. Quantum cacheeticis, obesis & sero abundantibus personis, confert sal Carolinarum, tantopere copiosior & crebrior illius assumptio iis disuadenda est, qui vel a natura macilenteriis sunt corporis habitus, vel a morbo graviori languescunt, vel denique per atatis rationem vasa exsucca & collapsa gerunt: eo quod humidum copiose educendo fibras ventriculi rigidiore & ad motum ineptas reddit, hinc digestionis & nutritiæ negotium labefactat.

III. Eadem est ratio, quare nec feminis post partum ad educenda lochia, faltem non sine pilulis balsamicis ute- rum roborantibus atque expurgantibus, exhiberi debeat.

IV. Similiter iis non conducere videtur sal e thermis productum Carolinis,

qui spasmodicis afflictionibus crebrius tentantur, & a leviori causa diarrhoea, torminibus ventris, cardialgia ac colica convulsiva infestantur; quapropter & abstinere ab eo penitus debent, qui acri in ventriculo & duodeno hospitante, vehementes ilei rotiones, vombatus, rugtas & diarrhoeam patiuntur.

V. Homines, qui scorbuticis & salis humoribus feti, catarrhosis capitis ac pectoris defluxionibus, variis quoque in cute efflorescentiis, ut scabie, purpura, febre miliarie sèpius infestantur, sal Carolinarum copiosius exhibitum, augendo humorum dyscrasiam & arredendo vala ventriculi magis latit, quam juvat; Proinde nec in ulceribus internis, ad quæ vera phthisis etiam pertinet, nec fluore albo, nec lue venerea, gonorrhœa inveterata, bonis cum ægromorum rebus usurpatur.

31. Quamvis egregia sit nostri salis vis resolvens, atque per varia emunctoria evacuans; ubitamen inveterata, præsto fuerit glandularum obstructio, aut viscerum pertinacior infarctus, incassum adhibebitur. Nihil itaque in scirrhosa glandularum mesenterii, omenti ac pancreatis induratione, & pulmonum tuberculis efficiet. Quemadmodum porro in omnibus tam internis partium nobiliorum, ut ventriculi, diaphragmatis, pleura, quam externis inflammationibus consultius est diaphoreticus, ac demulcentibus insistere, quam fibras nervias salinis multis irritare: ita & in iisdem, nostri salis usum, merito interdicimus. In catarrho suffocativo, vel apoplexia, sive serola fuerit sive sanguinea, sal nostrum plane est inefficax.

32. Sed sufficiat hisce viam medentibus monstrasse, qua ratione ad varia afflictionum genera præstantissimi Carolinarum salis usum secure & cum emolumento adaptare debeant. Attentos plura forsitan docebit usus & meditatio. Nos si de singularibus, quibusdam ejus virtutibus amplius instruxerit experientia, easdem data occasione cum publico fideliter communicare minus dubitabimus.

DISSENTATIO III.

DE MANNA EJUSQUE
PRÆSTANTISSIMO IN
MEDICINA USU.

§. I.

VItam cum sanitatem non tantum in gestionebus, sed maxime etiam excretionibus sustentari atque absolvit, indubia plane in re medica est veritas. Tametsi vero tam multa, tamque diversa hunc in finem in machina corporis nostri sapientissime constructa sint organa, per quorum ostia jugiter superflua, inutilia & noxia foras dimittuntur: vix tamen illa excretionis est, quæ, si a perspiratione longe saluberrima discedimus, tam insigniter vita ac sanitati patrocinetur, quam illa, quæ per alvum succedit. Hujus enim beneficio, non solum crassioris naturæ & ab extractis alimentis residuæ effoetae fæculentiae, necnon plures alieni, salso-sulphurei, bitiosi, trucidi & lympharici in glandulosis intestinorum tunicis separati humores in maximam sanitatis tutelam excluduntur; sed ipsi etiam morbi mirifice debito ejusdem successu levantur; ita prorsus, ut hac deficiente, neque acutaram, neque chronicarum passionum, tutu ac felix succedat sanatio, & providissima natura, sape has sibi eligat vias, quibus id, quod in vitio est exturbet & ægritudines expugnet.

2. Quare is qui saluti & integritati corporis invigilat, utique exactam quidem saluberrimæ hujus excretionis habere debet rationem summaque cura providere, ne unquam alvus officii sui obliviscatur, sed multum etiam interest, ut congrua felicitate remedia, quibuscum tuto & sine subsequente noxa eandem expediat. Etenim amplissimus quidem pharmacorum est apparatus, quæ in purgantium classe ad alvum solvendam commendantur; at hæc ita sunt comparata, ut iisdem uti anceps

admodum sit, quin plane damnosum. Nimurum, inest validioribus purgantibus acre & virulentum salino-sulphureum elementum, quo non modo nerves ventriculi & intestinalium tunicas aggrediuntur & fortiori spasmo exigitant, sed etiam vehementi crispatura biliosum & lymphaticum humorem copiosius exprimit, ut delassatis nimium & resolutis motricibus fibris, magna peristaltici motus excipiat imbecillitas, & deficiente bilis stimulo, nec non lymphæ intestinalis lubricatione, alvus post eorum usum magis constipetur & occidatur. Accedit, quod drastica hæc remedia tam pernicialis indolis sint, ut teneras & valde sensibiles intestinalium tunicas nonnunquam graviter lœdant & plane arrodant, aut spasmum longius in reliquias nervoso-musculosas corporis partes explicando, dira tormenta & gravissima progingant mala.

3. Repudiatis itaque merito omnibus his quæ violenter & virulentia quadam naturam lacebunt, ejusmodi potius instrumenta & remedia in usum vocanda sunt, quæ temperatus operantur partibus, affrictant: quo nomine virtutis longe præstantissimæ sunt laxantia & lenientia, a veteribus ob id benedicta nuncupata. Sicut vero lenientium & laxantium affluens pariter est copia: ita facile patet, non unam eandemque omnium esse utilitatem atque præstantiam, sed alia aliis esse præstabiliora, tutiora magisque proficia. Sunt enim nonnulla ex horum familia, quæ licet mitioris & temperatae sint indolis: nihilominus tamen sanguinem nimis commovendo, aut flatus gignendo, nonnunquam detrimentum inferunt.

4. Sed omnis ejusmodi infestaæ qualitatis expers, & præterea spectatissimæ virtutis est manna, vel ipsa denominatio ipsoque sapore, gratissimum suavissimumque medicamentum: ut certe mirandum sit, quod nobilissimi hujus laxantis eximia virtus inter medicos pœne eviluerit, & vix quispiam sit, qui eandem curatius perspicerit & ad usum traduxerit, multo minus pro dignitate expo-

exposuerit. Quare non inconsultum aut infructuosum fore duxi, si præstantissimi hujus medicamenti per traſtationem uberius paulo & pervaſigatiuſ ſufcire rem: & maxime quidem præclaras & multiplici experientia conſirmatas, quas in medendo poſſidet, vires enteſlate traderem.

5. Dum itaque conſtitutum eſt, de manna ejusque inſigniſſima in arte medica utilitate diſſere: rerum dicendaruſ ordo exigere videtur, ut prius de iis, quæ ad pleniorē hujus medicamini cognitionem faciunt, ſermonem inſtituamus, & tum eximium illius in variis morborum generibus uſum, expla-nate tradi-mus. Quum vero manna vox latius tantisper pateat, & plura ſint, quæ hac denomi-natione inſigniantur: haud ſupervacaneum fore putavimus, fi paucis præmoneremus, quo ſenſu nobis veniat. Eſt nimirum hæc vox originis Hebraico-Syriacæ, & proprie denotat donum gratiæ immiſſum, ſine vinculo obligationis, quo teneatur is, qui illud elargitur. A propria hac significa-tione translatum fuit verbum man, pri-mum in ſacris litteris, ad illud cibi ge-nus, quo populus Israeliticus, ex ſingulari Dei clementia, in deferto per quadraginta annos vitam fuſtentavit. Et quia hoc alimentum antelucano tem-pore roris instar iu terram deſcenderet, & præterea ſaporem reſerret ſub-duleem, ulterius translatio facta, ut Graecis & Latinis manna poſtmodum idem eſſet, ac ros melleus matutinus, prout notat CÆLIUS lib. XIII. c. 46. Tandem vero ſenſu ſtrictiori manna de-nominatio imposta eſt a veteribus me-dicamento cuidam, quod roris proge-niem eſſe opinabantur, ut adeo Medicis manna audiat, ſubſtantia illa gru-mosa, ex albo flaveſcens, ſaporis dul-ciſ, ſubaceris & pinguis, virtute laxante inſtruēta, de qua nobis in preſentia-rum ſeruō erit. Præter hanc, datur ad-huc alia manna, quæ vocatur thuris, & nihil aliud eſt, quam mihi thuris, concurſu, dum convehitur, eliſæ, te-ſte PLINIO & GALENO de composit.

medicam. lib. IV. ob figuram forſan & colorem mannae nomine inſignita. De-nique manna etiam nomen gerit ſemen graminis dactyloidis eſculenti, ſemini milii ſolis non abſimile, quod in Silesia & Polonia confiniis pullulat, ita vo-ca-tum, quod ex vulgi opinione ex aere decidat.

6. Hisce præmissis, prium jam me-ditationis noſtræ argumentum erit, ut manna hujus medicæ natales ac geneſin pervaſigatiuſ paulo ri-memur. Quod si vero eorum, qui hoc de argumen-to non nullia prodiderunt, monumenta evolvi-mus & curatius perlustra-mus, iā tres potiſſimum partes medicorum de man-na generatione abire ſententias, depre-hendimus. Nimirum, CHRISTOPH. a VEGA ſingularem plane conſinxit manna ortum, autumans: eadem ad-huc liquidam, guttati-m ex cicadis & apibus parvis deſfluere, foliis imponi & ſolis calore indurari. Sed quemadmo-dum hæc opinio omnium maxime a ve-ritate recedit; ita merito a B. parente meo in clav. Schroeder. p. 637. tanquam imaginaria & falſiſſima exploſa eſt.

7. Alia magis trita & a veteribus tan-tum non omnibus exposita ſententia eſt, qua manna natales ex aere arceſſerunt & exhalationibus ſuavibus ſulphureis, a terra & aquis ſolis calore prius in die calida & ſicca elevatis, & frigore ſe-quentis noctis condensatis, ac deueni-ſublucanis horis in arbores & terram ro-ris inſtar delapsiſ tribuerunt. Nam PLI-NIUS H. N. lib. XI. cap. 12. auctor eſt, quod veniat ex aere & maxime ſiderum exortu ſublucanis temporibus, & ſive ſit cœli ſudor, ſive quædam ſiderum ſa-liva, ſive purgantiſ ſe aeris ſuccus. Et GALENUS de aliment. facult. lib. III. cap. 39. mannam vocat mel aerium, & memorat, quod periti naturæ in-terpretibus halitus e terris & aquis prodeuntes, foliis calore exaete attenuati & co-eti, a frigore ſecutæ noctis in unum coacti & condensati eſſe videatur. His accedunt ZACUTUS LUSITANUS Med. Princ. hist. pag. 949. nec non in Pharmac. pag. 88. FUCHSIUS de comp.

comp. med. lib. I. cap. 76. Opp. pag. 111.
 SCHROEDERUS *Pharmacop. medico-chym. pag. 256.* nec non alii, mannam itidem pro rore melleo, ex aere descende, venditantes. Inprimis MATTHIOLUS *Comment. in lib. I. Diocorid. p. 95.* acriter in contrarium sentientes inveniens, contendit, quod manna sit quidam ros, sive liquor suavis, qui ex aere veniens sublucanis temporibus, brevi temporis curriculo coalescens, grumosus, gummi in morem efficiatur.

8. At vero, præter ea quæ itineribus in loca manna feracia de ejus genesi comperta sunt, plures & momentosæ sunt rationes, quæ luculenter demonstrant, eam neque rorem, neque roris esse progeniem: ut etiam FALLOPIUS *Opp. Tom. I. pag. 114.* de hujus sententia veritate dubitare incepit, & alii clarissimi viri eandem gravissimis argumentis oppugnarint & confutarint. Quod si enim manna ros esset aut roris foetus, procul dubio ad caloris occursum colligueretur & absumeretur, aut omnes herbas, arbores, rupes, totumque ejus tractus solum irroraret; sed notum est, quod a solis æstu condensetur potius, & non nisi in certis quibusdam arboribus, deprehendatur, ac in his quidem modo parcus, modo copiosus, prout nempe magis vel minus succo turgent.

9. Succedit tertia, eaque ad veritatem maxime accommodata de manna origine sententia, qua asseritur: eadem esse succum nutritium ex arboribus, fraxino maxime & orni stillantem, aut prolectum. Nam sicuti in genere notandum, quod rores sic dicti mellei, e celo in arbores & maxime frumentorum species defluentes, nostra quidem sententia, inter non entia sint referendi; eo quod, non tam in superiore, quam aversa & supina foliorum parte concreti inveniuntur, & præterea certis tantum vegetabilium speciebus, nec omnibus eidem plagæ ac regioni expositis arboribus, fruticibus & plantis insident: ita profecto ad veritatem quam maxime accedit, substantiam illam roscidam, subdulcem, pinguisculam,

quæ circa solstitium, æstivum maxime, tempestate præcedente fervidissima, in frumentis, præsertim tritico & secale, post pluviam tenuorem delapsam, deprehenditur, non nisi succum esse nutritum, qui in tubulis plantarum concretus subsilit & stagnat, ac solis calore dulcescit & quali maturescit; accidente vero postea pluvia, in canaliculorum alveis dissolutus, ad extremitates culmorum propellitur ibique erumpit. Accedit, quod melleus hic succus, ex secale potissimum exsudans, insignem alvum movendi virtutem possideat, si culmi eodem obsiti decerpantur; eodem plane modo, ac notum est, quod succus ex tenuioribus adhuc frumenti foliis, vulgo der Saat, expressus, aut infusione cum aqua calida extractus, egregie alvum subducatur. Inprimis autem efficacissime hanc nostram sententiam adstruit succus ille nutritius subdulcis, qui primo vere, ex vulnerato betulae cortice prolictit & colligitur; quandoquidem, si evaporationis moderate beneficio condensatur, instar mellis concrescit & item facultate laxante instructus est.

10. Quare nullum utique dubium est, quin manna natales eidem origini, succo nempe arborum nutritio debeantur: ita ut fraxini potissimum & orni succus, in Calabria, Apulia & Sicilia, calidissimis locis, acuto solis æstu ad maturitatem subdulcem perductus, rore nocturno in æstuosis ejusmodi plagis frequentissimo, & interiora arborum facile pertransiente, eliquetur, in foliorum statmina protritus erumpat, aut facta incisione ex trunko effluat, solisque igne tandem spissescat & coalescat. Confirmatur id maxime testimonio & propria observatione JO: RAI, quam SAM. DALE in *pharmacol. p. II. pag. 449.* nec non CHARAS in *pharmacop. Reg. pag. 300. seq. allegant.* Is enim quum in Italia peregrinationis causa commoraretur, curiosus in manna genesis inquisivit, & compertum habuit, quod eadem in arboribus fraxini de industria testis, ut rori omnis aditus intercluderetur, reperta fuerit. Et idem auctor aliorum

fide confirmat, quosdam ramos arborum linteo involuisse, aut plane præciosos in cellis per noctem recondidisse, & nihilominus mannam in iisdem concretam collegisse.

11. Est itaque manna succus nutritius, qui ex arborum foliis, vel cortice, aut sponte exstillat, aut prolicitur. Contingit autem hoc in plurimis regionibus, unde varia etiam mannae prostant genera. Scilicet, datur manna liquida, HIPPOCRATI ex quorundam sententia mel cedrinum vocata, cuius uber admodum proventus est circa montem *Sinai*, teste LINSCHOTO. Aliud mannae genus largitur *Persia*, ex spinoso frutice, quem Arabes *Algul* & *Alhagi* vocant, semen coriandri figura & magnitudine granorum referens, auctore RAVWOLFFIO in *itinerario*. Nota porro est mannae species, quæ ex *Syria* adfertur, veteribus maxime cognita, & ab ipsis in mastichinam, optimam, & bombycinam, ignobilorem, distingita, de qua MATTHIOLUS Comment. in Lib. I. *Dioscorid.* pag. 94. pluribus agit. Denique etiam ex *Armenia* adportatur manna, quæ id peculiare obtinet, quod frustis majoribus pugni magnitudo constet fuscique coloris sit. Omnium vero copiosissime manna in *Sicilia*, *Apulia* & *Calabria* stillat, unde etiam ad nostras oras defertur, & a patria dicitur *Calabrina*. Quare quum *Calabrina* hæc manna recepti tantum in nostris officinis pharmaceuticis sit usus, missis reliquis speciebus, huic potissimum exponentiæ immorabitur.

12. Ut autem hoc nostrum propositum eo felicius exsequamur, ipsum mannam Calabrinam eliciendi & colligendi modum tradere juvabit. Quem quum omnium optime ex JO: RAJO, aliorumque testimonio confirmatum consignarit CHARAS in *pharmac. reg.* pag. 300. seqq. licebit ex hoc auctore de promere, quæ scopo nostro maxime erunt accommoda. Is autem perhibet: quod manna sit succus, manans quum sol cancri signum ingreditur e fraxino vulgari, aur ex sylvestri, quem ornatum

vocant. Hunc succum singulis annis colligi tempestate calida, non imbricera, circa vel paulo ante caniculares dies & sextiles pluvias, eo quod simul ac pluere incipiat, stillare cefset. Triplex vero esse hujus mannae Calabrinæ genus, unum, quod Italæ manna di corpo audit, esse elegantissimum & aut sponte defluere ex trunko & ramis arboris crassiorebus, liquoris crystallini instar, & in grana candida vel majora vel minora concrescere, quæ postridie, postquam ex arbore exsudarunt, summa cura colligantur, ne a pluviis aut nebulis iterum colliquescant. Aut corticem arboris exorto sole cultellis tenuioribus dividit, & liquorem exæuentem illico colligi in vasa, & chartæ inditum soli ad resificationem exponi. Secundam speciem vernacula dici *Forcata*, h. e. coactam, & ex iisdem arboribus, quum prior sponte stillare desit, mense Augusto elici, incisione facta per corticem ad lignum usque, ex hac a meridie ad decimam usque noctis mannam per rivulos quasi copiose manare, & postridie soli obversam exsiccari; hanc tamen minus probari, ob flavedinem & quod turbida admodum sit: Tertiæ speciem vocari, manna di fronda, & sponte prodire sudoris instar ex foliis arborum, quibus insidentes erumpentes gutta indurentur. Sed postremam hanc non tanta cura colligi, eo quod ægerime divellatur a foliis.

13. Est autem manna antiquissimum medicamentum, quod priscis Medicorum aliisque rerum naturalium ex veteribus peritis jamjam innotuit, ut ut Hippocrati non adeo cognitum fuisse videatur. Nam superius jam minimus, quod PLINIUS & GALENUS de ejus origine quædam prodiderint: MATTHIOLUS autem l.c.p.95. memorat, quod dudum ante horum temporum ejus mentionem fecerit THEOPHRASTUS, Hesiodi auctoritate Lib. III. cap. 9. de plantarum historia. Sed quia nullus horum de mannae usu & purgante facultate mentionem injicit, eadem ipsis incognitam & ab Arabibus de-

mum

sum perspectam fuisse verisimilium est. Arabes enim Medici ut AVICENNA, MESUES, SERAPION, AVERROES, quum affluens apud illos esset manna proventus, non solum passim ejus sub nomine *Tereni ab infarto & mellis de Cusuram* mentionem injiciunt, sed simul etiam varios illius usus & miras virtutes primi exposuerunt, astringentes, eandem temperamento symmetram & in astringivis primo ordine calidam, in passivis temperatam esse.

14. Horum vestigijs postmodum inferuntur ii, qui in Italia artem exercuerunt, in primis BRASSAVOLUS, RUELLIUS, FERNANDUS aliique, & frequentissime manna maximo cum emolumento usi sunt in gente, quæ ob exquisitam generis nervosæ teneritudinem & sensibilitatem, acriora & validiora pharmaca ferre non poterat. Serius autem in Germania eique conterminis temperatis regionibus præstantissimi hujus remedii usus explenduit, quandoquidem medici robustis, firmis & minus mobilibus Germanorum corporibus, leue ejusmodi medicamentum minus accommodum & sine effectu fore opinabantur. Sed hunc errorem falsaque persuasionem ipsa postmodum experientia irrefragabili testimonio confutavit.

15. Expositis sic quæ de manna origine & genesi, nec non antiquissimo ejusdem usu præmonenda erant: pre-gredimur nunc ad exactiorem ejus contemplationem, examinaturi, quibus elementis agat & quem potissimum edat effectum. Quod si igitur principia, quibus manna compositur, curiosus rimamur, animadvertisimus, quod in eadem subtilis quadam & volatilis acrimonia delitescat, quæ promte diffatur atque exhalat, quo sit, ut non solum vetustate inertiam contrahat, & diurna, aut vehementiori coctione, plurimum efficacie suæ pendar, sed etiam ut nauseosus subacris sapor gustu se se in sensu ingrat. Quapropter, quemadmodum in genere pro comperto est, crebriores alii dejectiones fieri a motu peristaltico

intestinorum auctiori & celeriori, hunc vero fuscitari maxime ab iis, quæ subtilissima quadam & penetrans acrimonia, tenuissimas tunicarum intestinalium fibrillas nerveas, quibus se se intime insinuant, attentant & stimulando ac vellicando, eas ad contractiones systalticas celeriores & magis repetitas animant: ita facile patet, idem acre subtile, volatile salino-sulphureum in manna contextum elementum, eandem pari virtute instruere, alvum nempe stimulante ac movente.

16. Quia vero hæc, qua purgantia operantur acrimonia, varii generis est, non modo ratione ipsius suæ magis causticæ, fixæ, vel volatilis indolis, sed etiam, prout magis vel minus cum particulis sulphureis, vel etiam mucilaginosis, terreis aut amaris unita est atque permixta: diversi etiam eorum tam in evacuando, quam alterando contingunt effectus, ita ut unum præ alio tutioris ac præstantioris sit efficaciz. Jam si consideremus substantiam illam mucilaginosam, temperatam, dulcem, terreo-oleosam, cuius comedissimo hospitio acre illud & stimulans in manna elementum excipitur: in proclivi est judicare, eandem potissimum, blandam nempe & clementem, nobilissimæ suæ facultatis partem ab illa trahere. Nam in propatulo est, omnia mucilaginosa & terra egregie humectare, emollire, partes duras delinire, salinas, acidas, biliosas, nec non alias acres volatiles particulæ contextu suo & involucro mucilaginoso temperare & obducere, & sic submovendo quæ excretionem retardare possent, eandem facilitare ac secundare ut adeo nullum plane dubium sit, quæ dulcis hæc & mucilaginosa manna substantia, cicurando acrem noxiorum humorum indolem, ipsisque viam ad comedum exitum pandendo, egregie ipsi evacuatorio effectui velificetur.

17. Quod autem succi mucilaginosi & subdulces vegetabilium insigni facultate temperante, emoliente & laxante polleant, non solum ex iis patescit, quæ superius de succo tenuiorum & recenti-

tium pullulantis frumenti foliorum expressio , nec non ex betula stillante memoravimus , sed etiam aliorum succorum , maxime cum saccharo subactorum exemplo , luculenter adstruitur & confirmatur . Præclaro hujus rei argumento sunt succus pisorum , cicerum rubrorum , pomorum dulcium , recentium & putridorum , syrups de pomis putridis , succus prunorum , malorum Armeniacorum , florum persicorum , acaciae , rosarum , & ex iis parati syrapi , robastularum majorum & minorum , sambuci , succus liquiritiae , polypodii , de spina infectoria , nec non ipsum mel , pulpa cassiae , myrobolani , pruna Damascena aliaque ex vegetabilium familia depromta , & succo dulci turgentia .

18. Quum itaque mannaea sit indoles & tam præstans facultas , ut non solum alvum officii sui admoneat , sed etiam corridente & temperante facultate polleat : recte utique haec ipsa tanquam clementissimum purgans , turritissimum & naturæ amicum , summo in pretio habenda est . Nam licet , aucta in primis dosi , primas vias ab omnibus fardibus efficacissime repurget , & ad tres vel plures uncias assumta , in quibusdam vel virginati sedes moveat : nihilominus tamen tam mira tamque salubris ejus est virtus , ut sine dolorum tormentis , virium prostratione , sanguinis ebullitione , sitis & pulsus augmento , aut præternaturali calore , effectum suum promte exsequatur . Quare in genere de nobilissimi hujus medicamenti usu id pro certo affirmari potest , quod latissime pateat , & longe præstantior , multoque pluribus accommodatus sit , quam ullius alias lenientis vel purgantis medicaminis : ita , ut peculiaribus quibusdam virtutibus splendet , quarum alia alvum vacuantia medicamenta plane sunt expertia .

19. Ea vero hujus remedii est facultas , ut omnis generis humores , tam ferosos quam bilosos & acidos , promptissime e corpore educat : quandoquidem biliosorum acredinem simul contemperat & involvit , acidorum vero occursum , prout reliquis purgantibus soleme est ,

neque ligatur , neque infringitur , sed ipsos potius cicurando , ut per anni secessum exturbentur , efficit . Porro , ejus usus maxime accommodus est omnibus iis , qui ob virium debilitatem & exquisitam generis nervosi sensibilitatem , acriora ferre non possunt , & tamen a saborra prima in regione contenta liberandi sunt : cujuscunque ætatis , sexus , temperamenti & nationis sint . Quare scite non minus quam ex vero præstantissimis mannaæ virtutes compendio complexus est ZACUTUS LUSITANUS Medicus , princ. hist. Lib. VI. hist. 8. pag. 951. dum inquit : Manna in omni temperamento exhiberi potest ; corpus enim impurum ab excrementis purificat universum , precipue a bile . detergit peccus , lenit , & viscidos ex thorace humores , unaque tenet , citra capitum aut spiritualium partium novam , expellit , viscera firmat , robust ventriculum , sanguinem puriore reddit , exhilarat cor , auget spiritus , siue sedat , appetitum excitat ; demum nulla est corporis pars , qua ex ejus usu mirabile levemen utilitatemq; maximam non suscipiat .

20. In primis autem per experientiam compertum est , quod manna admodum proficia sit infantibus . Sapissime enim contingit , ut lac in ventriculo stagnans coaguletur , & confermentatione cum bile facta , enormem acredinem , quo plane corrosivitatem induat , & ad sensibiles intestinorum nerveas tunicas delatum , saeva ventris tormenta , cum inquietudine , convulsionibus & lethali bus sape epilepsis concitet . Hinc ut exsuperans & rodens acrimonia contemperatur , & corruptus humor educatur , primaria utique medentis erit intentio . Hanc autem ut ex voto impetrat , nequam acriora purgantia & evacuantia accommoda sunt præsidia ; quippe quæ , efficaciter quidem purgant , sed ob summam nervearum ventriculi & intestinalium teneritudinem , universum genus nervosum gravissime lacerant & majora longe mala inducunt , tantum abest ut profint . Quin potius palmam ejusmodi in casu omnibus præripit manna , quæ ob clementem indolem nullam

nella plane violentia infesta est, sed inerti reddit acrium humorum faburra, eandem summo cum emolumento præte ejicit. Et hoc nomine in primis sirupus de manna, usus est longe præstantissimi, quem proinde vel solum, vel cum rhabarbaro nuptum, vel etiam sub forma mixturarum & potionum propinare expedit, quæ pro diversorum aliorum additione, varie etiam concinnari possunt. In primis autem crebriori experientia edocti sequentem commendamus egregiæ utilitatis mixturam: Recipe aquæ florum acaciae, cerasorum nigrorum, florum tiliarum, singulorum unciam unam, extracti rhabarbari grana XII. Siripi de manna unciam dimidiam, spiritus salis ammoniaci anis, guttas X.M.D.S. Mixtur qu. 1. biff. 2. Edffel.

21. Eadem proflus ratio subest, quare usus mannae senibus quam maxime est proficuus. Quum enim in senili ætate ipsius CELSI effato omnia assumta aescant, & ingens humorum impuritas ob secretionum defectum contrahatur, maxime quidem ex usu est, primam regionem subinde a sordibus deplere. Sed si quis validioribus & vehementioribus earum per alvum expulsionem moliretur, gravissimo certe damno & irreparabili noxa afficeret eos: quandoquidem purgantium ea propria & pernicialis est facultas, ut vires mirum dejiciant, ut adeo hæc iis, qui senio fracti, genus nervosum debile obtinent, propinare piaculum certe foret. Contra vero blanda est mannae indoles & ad acidam sentiam educendam quam maxime apta, eamque ob causam, ad alvum in senibus laxandam, eadem nihil aptius est, nihil præstantius.

22. Præterea iis, qui lenissimis tantum evacuantibus tractandi, annumerandæ etiam sunt gravidæ. Nam prægnantibus quam maxime familiare est, ut ex plethora incident in cacoehymiam: ideoque omnis certe cura adhibenda est, quo hæc succorum impuritas decenti auxilio a corpore arceatur; quod eductio ne impurorum e primis viis humorum potissimum perficitur. Ast huic scopo

obtinendo neutiquam convenient fortia purgantia; quæ validiori spasmo intestinorum membranas & nervosas corporis partes contorquendo, uterum ad elendum foctum sollicitant, vel etiam tonum ventriculi destruunt: sed potius ea, quæ clementer evacuant, inter quæ præter pilulas balsamicas, rhabarbarina & passiflora, in primis etiam connumeranda est manna, præsertim si addantur ea, quæ ventriculum & universum genus nervosum roborandi facultate polent. Id quod inculenter etiam testatur ZACUTUS LUSITANUS *histor. medic. princip. lib. II. pag. 951.* Manna, inquiens, *tuto exhiberi potest feminis ute rum gestantibus, quum & commoditas vocat & necessitas urget.*

23. Ulterius, si specialius paulo d'spi ciamus, quibus potissimum morbis mannae usus dicatus sit: ex facili est judicare, eandem utilissimam locare operam, tam in morbis, qui acidorum & biliosorum succorum colluvie & magna humorum acredine foventur & stipantur, quam etiam ubi partes nervosæ spasmo striguntur & inordinatis commotionibus exagitantur. Quare quum in tussi, corryza, affectibus rheumaticis, podagricis, arthriticis, scorbuticis insignis humorum subsit acrimonia & impuritas, præstabile utique manna in iis est remedium, eo quod illius usu humores prima in regione obhærentes acres attemperantur & una cum seri copia educuntur, ne novam dolorum & passionum scenam instruere possint. In primis vero spectatissima mannae virtus est in tussi ferina diuturna stomachali: ita ut vix, ac ne vix quidem, sine hujus medicaminis uso, sopiri & abigi posse; unde etiam ALPINUS *de medic. method. lib. IX. cap. 12. p. 344.* auctor est, ut alvus in tussi laxetur per mannam. Hæc enim non solum mucilaginosa sua insita dulcedine id, quod acre est ac intus stimulat involvit & infringit, sed partes etiam tussi attritas, hilpidas & aridas factas, delinit ac mulcet, & præterea viscidam illam & acrem faburram per alvum, aut quandoq; etiam per vomitum, utiliter exturbant,

24. Præterea, ad arcendos, mitigandos, vel præscindendos catarrhales & tussiculosos affectus, nec non dolores artuum, nihil æque conductit, ac si inter initia insultus horum morborum, manna cum lacte, juscule avecaneo, vel infuso Thee assūmatur, & postea lac aut asinimum, aut caprillum, cum, vel etiam sine aqua Selterana, matutinis horis per aliquot dies bibatur: quo omnis intus delitescens acrimonia subigatur & sensim evertatur.

25. Porro etiam manna exoptatissimam spondet medelam in omnis generis febribus. Nimurum quum fomes & minera intermittentium plerumque in prima regione & præsertim duodeno latitent, collecta ibi acidorum, biliosorum & male concoctorum humorum saburra, nihil certe magis ex usu est, quam ut hæc ipsa promptissime excutiatur & corpus ab eadem liberetur: id quod comode & efficaciter manna ope perfici potest. Ut vero eo certior & morbo exquisite respondens succedat operatio, eadem sapienti consilio, cum amaris, decocto absynthii, centuarii minoris, nec non falibus detervis, aut si necessitatis est, stimulo emeticō armatur & die intercalari propinatur, quo sic omnne id, quod febrilibus motibus concitandis favet, submoveatur. Pariter, si in febribus causis, biliosis, tertiana biliosa & duplice, repurgandæ sunt primæ viae: aptissimum & medentis scopo ap prime inserviens laxans subministrat manna; quandoquidem etiam in his bilis delinquit indoles & nonnunquam sponte eximia cum utilitate alvi suboriatur fluxus morbumque solvit. Commodissima autem mannam in ejusmodi biliosis febribus exhibendi ratio est, ut manna tamarindi jungantur & ex his julepus laxans concionetur.

26. Maxime omnium vero præstantissima manna facultas eluet in affectibus spastis hypochondriacis & melanocholicis: in quibus alvus non tantum ex defectu humidi & copia acidorum succorum prima in regione occluditur, verum etiam ob spasticas tunicarum intestina-

lium stricturas obseratur, ut obstruunt ad aliquot dies etiam duret. Jam vero certa & constanti experientia edocemur, pessimum in hisce affectibus contumacis morbi signum præbere, si alvus continuo clausa est, & nisi clystere aut laxante admonita, ad officium reddit. Accedit, quod si per spastos his morbis solennes, tantopere lœsus est peristalticus intestinorum motus, nec chylosa ingestorum massa tenuia intestina permeare, neque fæces per crassorum cavum transire, neque fatus perrumpere possint, sed sordes subsistant, mora deteriores fiant & aciores, fatus maxime ad superiora reprimantur & ventriculum inflent, ut per consensem, ob male affectum nimia hac distensione octavum nervorum par, nervosæ universi corporis partes, maxime capitis & pectoris, simul gravius affligantur omniaque in deterius ruant.

27. Quæ cum ita sint, primarium usque & præcipuum curationis momentum in eo versatur, ut motus in intestinorum volumine vigens peristalticus corruptus in integrum restituatur & alvus iterum expediatur, quo sordibus & flatibus liber pateat exitus. Sed hoc maxime artis & prudentiæ est, & dici viz potest, quam graves errores in eo a vulgo medicorum committantur. Purgantia enim & acrius stimulantia stricturam adaugent, motum intestinorum magis pervertunt viresque debilitant, eamque ob causam nociva potius sumimopere sunt quam proficia. Aloetica temperatioris quidem sunt indolis, sed sanguinem exagitando conatus ad haemorrhoides gignunt, & denegaro crux exitu, doloribus fuscitandis & symptomatum augmento favent. Senna & ex ea de prompta medicamina, licet neque acriora sint, neque sanguinis ebullitionem inducant, nihilominus tamen fatus ingenerant, ideoque si unquam flatus in flatulento hoc malo obsunt. Quum vero manna clementissimum & securissimum sit laxans, merito hæc laus ei tribuenda, quod in passione hypochondriaca aptissimum ad alvum movendam sit praef.

præsidium. Hæc enim rigido spasmo constrictas intestinorum fibrillas mulcet, lenit & laxat, humorum acrem indolem, ne nova vellificatione stricturas inferant, corrigit, & tandem sine roboris intestinorum diminutione purgamenta educit. Tenendum tamen est, quod animalcum admodum & fructuosum ejus in ejusmodi affectibus sit eam salibus mediis nec non rhabarbaro connubium, quippe horum accessu, non solum efficacia mirifice intenditur, sed flatuum etiam preventus impeditur.

28. Quemadmodum itaque summa manna in malo spastico flatulento sie dicto hypochondriaco est utilitas: ita non minori præstantia splendor in aliis morbis, qui spasmis in abdominis cavitate contentas partes exercent. Nobili in primis hujus rei exemplo est, colica sic dicta spasmatica, quæ saevis dolorum tormentis ægros excruciat & plerisque pertinaciæ alvi ad strictione stipatur. Nam licet solenne sit ad mitigandam dolorum acrimoniam cylsteres infundere alvumque fatigare: sapissime tamen tanta est morbi vehementia, ut applicatis iisdem, nihil plane levaminis accedat. Quare ipsius rationis dictamine & experientiæ calculo constat: optimum præsidium collocari in iis, quæ universum intestinorum volumen intus obliniunt, quo crispatura remittat, simulque acrum humorum illuviem, novam semper dolorum scenam adornantem, ad inferiora ducunt atque exturbant. Proinde quum manna, ob insitam præstabilem suam facultatem, utrique indicationi opportune satisfaciat, luculentem admodum patet, illius usum in colicis doloribus summopere esse proficuum, in primis si ex consilio & observatione *Laz. RIVERII* *prax. Tom. I. lib. V. cap. 1.* cum oleo amygdalarum dulcium & jucundo galline pinguis exhibeatur.

29. Succidunt vitia, quæ renes, vesicam & vias urinarias affligunt, & saevis dolorum facibus infesta sunt, quarum in numerum referenda potissimum cum calculo ischuria & urinæ ardor. De his per vulgata est practicorum sententia,

quod medicaminum, quæ per inferiora evacuant, usum exposcent, quum per alvum, quæ solenniter constipata est, recrementitiae morbum foventes & exacerbantes sordes removeantur. Bene autem monet *FUCHSIUS de medendo-morb. lib. I. cap. 38.* quod a validiorum usu meatus urinarii angantur & comprimantur: ideoque iis maxime erit utendum, quæ blande id, quod in-vitio est, evocant, & sine nervosarum partium jam-jam afflitarum exagitatione, operacionem suam exsequuntur. Quare quum ex hac tenus dictis clarissime constet, mannam lenissimum & tutissimum esse laxans, prona admodum consequentia elicetur, eandem in hisce etiam affectibus egregie opitulari & alvo aperiendæ velificari.

30. Neque tamen evacuandi tantum fine manna in vesicæ & viarum urinaria-rum morbis commendabilis est, sed succedit alia eaque longe præstantissima ejus efficacia, qua dolorificam partium harum exquisite sentientiam contorsionem & stricturam lopit & componit, id quod in primis ex voto succedit, si cum oleo amygdalarum dulcium remisceatur & sic ad ulum transferatur. Nam licet hoc remedium non immediate affectas partes attingat, sed proxime intestinorum cavo virtutem suam impertiat: nihilominus tamen, ob miram partium abdominis & maxime quidem crassiorum intestinorum cum viis urinariis con-sensionem & vicinitatem, medicamenta-facultas ex una in aliam transit. Hinc si fibrae intestinorum mirifice contortæ atque crispatae, assutato manuato: hoc remedio leniuntur & laxantur, in ureteres quoque, vesicam & urethram: saluberrimus hic effectus propagatur, & spastico delinito & conquescente, dolor exspirat & non nunquam calculus saevissimus hostis, referatis viarum repagulis, eliditur. Commemorabile in prius: hanc in rem est *SYDENHAMI* exemplum, cuius ipse mentionem facit *Opusca. p.m. 702*: memorans, quod manna cum fero lactis usu aliquandiu continuato non solum ab atrocis circa renes dolore,

sed etiam mihi sanguineo liberatus sit: ita ut post singulas catharticos vices melius habuerit. Haud vero inconsultum erit, si hic loci ipsius praescribendi methodi mentionem injiciamus, ordientes a potionis in nephritide & calculo Celeberrimo huic Medico usitatissima: Rec. Mann. el. uncias duas, Cremor. tartari drachmam dimidiam, decoct. nephrit. Foreli: unc. IV. Hanc excipit altera portione in mictu cruento eidem commendatissima, quæ conflat ex Mann. uncis duabus & dimidia in seri lactis libris duabus solutis, addita portione succi limonii vel citri.

31. Denique non prætereundum est, quod manna virtutem quodammodo obtineat diureticam, quam in dysuria & urinæ suppressione conspectius exserit. Ut enim complura alia quæ crebrius observavimus mittamus, non possumus, quin luculentum hoc interferamus exemplum. Laborabat nimurum ante aliquot annos septuagenarius quidam per septem dies urinæ suppressione, post milionem cruentam infestante, cum exquisitissimo circa regionem pubis dolore & plenaria alvi constipatione. Placebat catheteris immissione fluxum proritare, sed frustra, quum ne gutta quidem prodiret. Exhibebatur tandem decoctum nostræ ordinationis mannatum, cuius usum tam auspiciatus subsequebatur effectus, ut non tantum alvus aliquoties summa cum euphoria solveretur, sed urina etiam ad aliquot mensuras efflueret.

32. Quapropter, sicuti hujus suppressionis causam in grumos sanguinis, in ureterum obliquo ductu circa insertiōnem obhærescentes rejicimus: ita nullum etiam est dubium, quin, si renibus a flatibus compressis, aut ductibus urinosis tartareo mucilaginoso fabulo oppletis, urinæ exitus intercludatur, præstantissimam manna pariter spondeat præsidium, promovendo una cum alvini dejectionibus seri urinosi effluxum. Nam verisimillimum est, quod subtile illud acido-sulphureum volatile manna elementum intestinorum nerveas tunicas extimulans, pari ratione urinosos

renum tubulos stimulo quadam exagit & ad urinosi laticis secretionem ac expulsionem sollicitet: adeoque simili fere efficacia pollere videatur, ac inspissatus betulae succus, qui ad drachmas aliquot assumptus, liberaliter urinam provocat.

33. Plures quidem adhuc supereffent morbi enumerandi, ad quorum perspirationem manna eximiam conferunt opem: sed sufficerit in praesentiarum eos adduxisse, in quibus conspectius fere exserit nobilissimi hujus medicaminis virtus. Ex his enim facili negotio de utilitate mannae in aliis morbis, praesertim qui a spasticis internarum partium stricturis, ut fere omnes deliriorum, dolorum & convolutionum species, prosciscuntur, judicium poterit desumi: si quidem jam ex supra dictis constat, amplissimum ejus esse usum & nunquam intermittendum, si corpus a sordibus quibusvis repurgandum, nec tamen validioribus attentandum.

34. Proinde missis his, paucis addamus, quæ de eximio & singulari plane usu mannae, in cura, quæ medicatarum aquarum beneficio in sanitatis tutelam adornari solet, silentio non sunt prætermittenda. Per quam nimurum notum est ac cognitum, quod ante usum mineralium, tam frigidarum acidularum, quam thermalium aquarum, corpus per blandum evacuans præparandum sit, quo expurgata sordium sentina, hæloteriae aquæ inoffenso cursu primam regionem perluere & transire possint. Sed cavendum maximopere est, ne pharmaca, quæ acre quoddam purgans recipiunt, hunc in finem adhibeantur, eo quod motum peristalticum lœdendo & tonum, intestinorum dejiciendo, officient potius transmittendis libere per tubulosam & villosam intestinorum substantiam aquis, tantum abeat ut proficiat. Pariter deducta ad finem cura, opus est, ut reliquæ aquarum e visceribus evacuatione paulo validiore exturbentur, eamque ob causam ubivis fere medici, qui regimini ægrotantium ibi locorum præfunt, fortiora purgantia, nunquam non venenosa & viribus initia, ex seculo,

monio, gummi guttae, extracto colo-cynthidis, resina gialappæ, &c. pilularum maxime forma præscribere solent. Aut, quam gravia inde ægotantes patiantur damna, dici vix potest. Non nulli enim, qui tenerioris sunt naturæ & ventriculum cum genere nervoso ad spasticas contractiones pronum obtinent, in anxietates cardialgicas, virium defensionem & sæva incident ventris tormenta. Alii vehementissime ad animi usque deliquium dejiciunt, viribus ex toto prostratis, ut nonnunquam corpus multo magis causarium a foteris fontibus referant, quam illuc attulerunt.

35. Indolens sane ego, ex quo vigesies ferme Carolinas frequentavi, crebrius observavi, a præpostero hoc purgantium usu, penitus eversum fuisse salubrem aquarum mineralium effectum, & sanitatem insigniter labefactatam: ideoque ratione exacte putata primus consilium inire coepi, ut pharmacis naturæ magis amicis & blandis eundem obtinerem effectum, & restilium in visceribus aquarum colluviem, sine detimento eliminarem. Et quam mannam in primis appositam huic scopo fore judicarem, eandem ad uncias tres vel quatuor, in appropriata aqua solutam, addendo nonnunquam crenoris tartari drachmas duas, propinavi, exoptato respondentे successu; quippe sequutis saepe decem vel ultra sedibus, ingentem aquarum copiam educiam esse summa cum euphoria, deprehendi. Quare non dubitavi eadem methodo tam ante, quam post salubrium aquarum usum, uti, & rejeclis penitus, in primis a sedecim annis, omnibus valentioribus drasticis, sanitati eorum, qui cura meæ se se commiserunt consulere: ita, ut uno vere vel vi-ginti manna libras consumserim. Neque desuerunt, qui ex sagacioribus medicorum eandem caedendi formam summo cum fructu postmodum inirent. Sed haec de manna præstantissima facultate & in diversis casibus utilitate.

36. Devolvimus jam ad ea, quæ de ipsa oblatione & mannam exhibendi ratione dicenda restant: zæ quam primo

omnium requiritur, ut justam ejus dosin determinemus. Sunt enim quidam, qui nobilissimam hoc laxans flatulentia accusant & hanc ob causam ejus usum rejicerere conantur. At vero, re penitias inspecta, iporum potius naturæ, omnia dulcia plane aversanti, vel minus congrue præscriptioni, quam medicaminis facultati haec culpa tribuenda videatur. Nam solemne ipsis est mannam tantum ad unciam dimidiā vel unam exhibere: ideoque non mirum est, si mota quidem, sed non emota materia, viscidæ fordes in flatus explicentur, præfertim in ejusmodi corporibus, quæ jam flatum preventu torqueant, cujus generis potissimum sunt, quæ malo hypochondriaco & hysterico detinentur. Ut itaque noxa haec prævertatur, tenendum est, quod manna infantibus a drachmis duabus ad unciam dimidiā, & in adultis a duabus ad unciam dimidiā, & in adultis a duabus ad tres usque & quatuor uncias, pro majori corporis firmitate offerenda sit. Et hoc pondere propinata, non facile flatibus vel torminibus infesta erit, sed purgantem virtutem efficaciter edet, quinimo quandoque obruto faburra ventriculo, lenissimum elicit vomitum.

37. Ipsum exhibendi modum quod attingit: is non minus ita erit instituendus & impetrandum, prout is, quem artifex concepit effectus desiderat. Nimirum, quemadmodum in genere in propatolo est, quod omnia evacuantia longe citius, expeditius & felicius operationem suam exsequantur, si prius soluta assumantur: ita idem etiam de manna ejusque usu tenendum, quod nimirum utilissime dissoluta exhibeatur. Sunt autem varii l. quores qui manna solutioni inserviunt. Ägyptiis, teste ALPINO lib. III. de med. method. cap. 9. familiare erat eandem in aqua Nili clarefacta, aut ex jure pulli propinare: ideoque simplici admodum ratione manna nostris etiam temporibus in lacte, sero lactis, aut juscule avenaceo poterit dissolvi, vel etiam decocto coffee & succolade, nec non infusis theiformibus sacchari loco injici & sic deglutiri. Si vero pharmacum ex ea-
dem

dem artificiose conficiendum, plerumque quidem adhibentur aquæ ex floribus & herbis destillatae, e. g. fl. acac. sambuc. ulmar. ceras. nigr. veronic. sed quia non omnes eque suaveolentes ejusmodi aquas ferre possunt, commodissimum vehiculum præbent aqua pura fontana, & plurialis destillata, nec non acidularum temperatarum, ut Spadanarum, Wildungensium, Antonianarum portio, aut si placuerit, ipse ros majalis. In primis solenne est nobis, potionis laxantes ex manna prescribere & ejusmodi præparationem imperare, ut eadem leni coctione in aqua appropriata dissolvatur, recipiendo ad manna unciam aquæ unciam & dimidiam. Monendum tamen est, quod coctio ad liquandam mannam lenissime instituenda sit, ne videlicet vehementiori aut diuturniori coatura subtile & volatile illius stimulans, elementum in auras dejiciatur.

38. Ut vero paratum ejusmodi mannatum decoctum eo magis voto respondeat, ipsique palato acceptum reddatur: apprime ex usu est, quedam addere, quæ huic scopo velificantur. In primis utilissimum est, salia adjicere, inter quæ nominasse sufficiet tremorem tartari, arcanum duplicat. terr. sol. tartar. sal Ebscham. Sed license, quippe quæ, dum viscidas potissimum sordes incident, resolvunt & abstergunt, ac præterea stimulo quoque imbuta sunt, ipsam purgantem manna efficaciam mirifice secundant & intendunt. Poterit ejusmodi potionis drachma una, vel altera, salis commisceri, & si hoc paullo difficulterioris solutionis sit, antequam manna coctio instituatur, seorsim liquari. Deinceps, ut palati gratiam captemus, simulque roborationi tantisper prospiciamus, coctione peracta, colatura instillare expedit guttas XX, effent. cortic. aurant. aut guttas duas vel tres olei fragrantis, vel aromatici destillati, cuius generis est oleum de cedro. Et hoc modo para ta potio medicata, ita postmodum erit assumenda, ut non simul & semel ingeratur, sed partitis vicibus bibatur, superbibendo sub ipsa avenacei hau-

tione aliquot decocti avenacei haustus.

* 39. Porro etiam manna pro varia mendis intentione, morbi & ægrotantis conditione, plura adhuc alia admisceri, & ex ipsa alia remediorum genera cinnari possunt. Nam præter ea, quæ in antecedentibus passim in enumeratione morborum, qui manna usum utiliter admittunt, inseruimus, non omnitemendum esse putamus, quod manna in febribus ardentibus, nec non biliosis, cum sirupo acetosatis citri vel ob tamarrindorum & decocto hordei, ptisana, aut sero lactis caprilli commode offeratur. Deinde, ad enecandam & exturbanam verminosam progeniem, fructuosa manna connubium cum mercurio dulci & extracto rhabarbari instituitur. Porro in asthmate suffocativo, tussifera & convulsiva infantum, commode cum spermate cati, oleo amygdal. dulc. & pauxillo croci in juscule avenaceo propinatur. Denique, si indicatio urget, ut sordes acres, biliosæ viscidæ tam per inferiora, quam superiora evocentur, decocto ex duabus manna uncis adjicienda sunt aliquot tartari emetici prius soluti grana, & pharmacum interpolatis, vicibus assumendum, ita ut aliquoties sub assumptione liberalis decocti avenacei dilutioris haustus potetur. Hac enim ratione primo vomitus exoritur, & paullo post dejectiones numerosas subsequuntur. Est vero hæc medendi forma potissimum commendabilis, in principio febrium, tam intermittentium, quam acutarum, quando haud fallar faburræ copiosæ prima in regione latitantis suspicio adeat. Novimus etiam, ejusmodi emetico-laxans medicamentum singulari & præstantissimo cum fructu in febribus exanthematicis petechiæ libus, purpura, variolis, morbillis, castrensisbus, præcipue, & morbo Hungarico statim inter initia fuisse oblatum.

40. Dum inter alia hactenus recensita morborum genera, in quibus manna profuisse diximus, in variolarum quoque initiosis & eruptione excellente eorum usum depraedicavimus, expedit omnino inqui-

Inquirere, num sub ipsarum etiam maturatione illis uti æque conductat. Quis non novit, quanta in variolis, præsertim confluentibus reformidanda fint mendenti pericula, quantumque ad ea avertenda opus sit prudentia & circumspetione. Sicut enim ut plurimum in variolis, ita maxime in confluentibus fieri solet, ut circa nonum potissimum diem ob novum quasi febris insultum austioriisque inflammationem & doloris vehementiam omnia intendantur symptomata & in pejus plane tuat mitera afflictorum conditio. Orientur tum summæ circa præcordia anxietates, moventur anheftus, augetur corporis inquietudo, pertinaciore subsistente alvi obstrutio-
ne. Quæ vero singula, quemadmodum aliunde non proveniunt, nisi a materia vellicante, acri, caustica in sanguine aut retenta, aut eo, quo prodierat, redeunte, ubi exitu per cutem præclusa denuo exagitatur tantasque in universo corpore creat molestias: ita judicatu erit facillimum, in debita & convenienti ejusdem excretione omnem ægrotantis contineri spem atque salutem.

41. Conveniret tum quidem omnino naturæ ductum sequi materiamque ad peripheriam corporis propellere, ut po- te quæ methodus & tutissima & sola tan- tummodo sufficiens habita ab omnibus fere hueusque fuit. At vero, sat graves quoque sunt rationes, quæ ejus applica-
tionem interdum prohibent. Quum enim saepius eveniat, ut materia variolarum nocentissima ad interiora & præsertim ad nervosam intestinorum compagem delata ab alvi obstructione mirum sustentetur, sustentata majoris saepenumero inflammationis causa existat; facile perspicitur, omnia bezoardi-
ca, alexipharmacæ aliaque expulsi-
onem ad cutis corticem promoventia re-
media tunc temporis minus præstare, ut potius majorem noxam inferant. Et temerarii sane ausus existimandum puto, materiam in intestinis altius radicatum ad cutem revocare velle. Longe tutior comodiiorque via est, constipationem solvere additoque ventri leniori stimulo

per anum feces putridas & impuras for- des educere.

42. Cui scopo, nisi sufficiant ex ap- propriatis confecta speciebus enemata, quum nihil sit ipsa manna accommodatus, nihil ob benignam operationem præstantius, non possum non eandem præ ceteris hoc loco commendare quam maxime. Id quod non mea ipsius solum experientia edocet scribo, sed testes etiam hac in re habeo locupletissimos, quos inter nominare præ ceteris lubet experientissimos Angliae Medicos, SY- DENHAMIUM & FREINDIUM, qui ambo lenientia cathartica tali in casu eximie collaudant & manna tantum non omnibus hoc fine longe præferunt. In primis autem Cel. FREINDIUS in libro quem inscriptit: Commentarii novem de febribus, usum purgantium & præcipue mannae in febre putrida variolæ confluentibus superveniente admou- dum extollit variisque tum suis tum alio- rum observationibus & morborum hi- storiis de felici manna effectu testantibus luculenter confirmat.

43. Sed ut redeamus, quo digressi su- mus, subiungimus nonnulla ex manna conficienda eaque saluberrima remediorum genera. Primum esto potio, qua Sacratissimus Romanorum Imperator sub potu thermarum Carolinarum ute- batur: Rec. Cremor, tartari drachmas duas, solve & coque in libra una aquæ fontanæ usque ad medietatem: adjice mannae el. uncias tres, clarificetur albâmine ovi, addito succo integræ pomæ ci- tri succolenti: denuo fiat parva ebulli-
tio. Coletur denique frigide per linteam album, cui flavi cortices citri inditi fue-
runt, aliquoties, donec fiat potio clari-
fissima, quæ insigni virtute gratissimo-
que sapore egregie sece commendavit. Neque minus porro laudabilis quorundam mos est, ut ineunte vere corpus a cordibus sub hiemis intemperie collectis repurgent, eumque in finem varia cinnari & præscribi solent præsidia. Nos certe ad instituendam vernalem ejusmodi, uti vocant, cutam, summopete commendamus hoc infusum, de quo al- terius

ternis diebus unciae sex ad octo haurientur : Recipe mannae el. uncias quatuor, passul. min. uncias duas, rhabarb. elect. tartari crudii aa. unciam unam, summit. centaur. min. pugil. IV. cinnamomi acuti, cardamom. ana drachmam : infundatur cum vini Rhenani mensura una & dimidia : calori per XXIV. horas exponentur.

44. Præterea, varia in officinis pharmaceuticis præparata prostant medicamenta, quarum vel basis vel ingrediens est manna. Ex horum numero potissimum sunt electuarium diacassia cum manna, electuarium lenitivum de manna, nec non syrpus de manna, cuius vicem commodissime & utilius sustinere potest ita parandus : Recipe mannae el. libram, solve & coq. len. cal. in aqua fl. acac. libra una dimidia, infunde calide fl. perficor. acac. viol. singulorum manipulum, colat. leni igne inspissa, eadem refrigerente, adde olei de cedro guttas XX. Ad præparata pharmaceutica referenda porro manna liquida, cuius confectionem SCHROEDERUS in pharmac. chym. p. 267. tradidit & B. Pater meus in clavis pag. 637. emendavit, nec non manna sic dicta julepata a Parente meo l. c. exposita, una cum manna tar-
tarifata : quæ etiam si sua non defraudanda sit laude, nihilominus tamen fa-
cillime contingit, ut spei non respon-
deant, eo quod sub incautiori earum in
officinis pharmaceuticis confectione,
manna subinde a vehementiori igne &
coctura virtute sua privatur.

45. Ultimo loco quedam de iis, quæ
ignis tortura e manna elicuntur, dicen-
da restant. De his autem in genere ve-
rissimum est HELMONTII de potest.
medicam. p. m. 383. judicium, quod chy-
mico ministerio parentur ea, quæ ante-
non erant : mannamque in primis per
ignem acrimoniam assumere. Adorna-
vimus tamen nosmet ipsi mannae destil-
lationem in arena, & inditis retortæ
circiter IV. ejus uncii, prius cum are-
na subactæ, subdito paulo fortiore igne,
liquorem acidum & post hunc ex bruno-
rubrum crassiorem empyreumaticum

obtinuiimus, ita quidem, ut prior ad
unciae, posterior autem ad unius & di-
midiae drachmæ pondus accederet. De
acido hoc ex manna prolecto liquore
quem spiritum dicunt, omnium suffri-
gio confirmata sententia fert, quod su-
dorem moveat, cujus effectus causa pro-
cul dubio permixtis empyreumaticis par-
tibus tribuenda videtur. Suggestit vero
etiam hic liquor menstruum ad dissolu-
tionem quorundam corporum. Cepi-
mus experimentum eidemque tam cor-
allia, quam matrem injecimus, & li-
quatione facta, & coralliorum, & mat-
ris prodit tintura, iisdem viribus ar-
matæ, ac illæ, quæ communis more aci-
diusculis menstruis parari solent. Con-
tra vero non successit sulphuris cum illo
exacte tentata solutio, cuius SCHROE-
DERUS l. c. p. 258. & ex hoc forsan
CHARAS in pharmac. reg. mentionem
injiciunt. Crassis autem ille rubicun-
dus oleoso-gummosus liquor, empyre-
ma gravius redolebat, haud secus ac sac-
charum carbonibus injectum, & neque
aque, neque spiritus vini renuebat con-
sortium, sed in utroque prompte dissol-
vebatur : neque dubium est, quin ad
guttas decem assumentis, sudorem libera-
lius eliciendi facultate.

46. Atque hæc fere sunt, quæ de
manna in præsentiarum differere placuit
& pro insituti ratione licuit. Confidi-
mus certe, nos ita defunctos esse hoc
labore, ut unicuius exinde innoteat,
injustissime hoc usque mannam a medi-
cis neglectam ferme esse, & dignam,
quæ postliminio quasi a practicis ad usum
revocetur. Serum enim meum est mo-
nitum, quod in gratiam eorum, qui
exercitium artis suscipiunt, huic tracta-
tioni addo, ut nimur ab omnibus ve-
hementioribus & drasticis purgantibus
abstineant : siquidem vix dici potest,
quam ingens dannum inferre soleant,
& quod nonnunquam tantum est, qua-
rum vix a gravissimo morbo meruer-
dum foret ; ut adeo hanc ob causam ju-
stissime a CAMPEGIO de cibr. medi-
cam. venenosa & maledicta appellentur.
Rejectis potius colocynthide, scammo-
nio,

nio, helleboro albo, turbith, elaterio, efula & quod sequioribus seculis innuit, gummi gutta in usum vocent & substituant tuta & securissima remedia, cuius generis sunt salia mediae naturæ, manna, rhabarbarum, tamarindi, cassia & aloe recte correcta & preparata, in primis quam hisce laxantibus & senioribus idem effectus, si majori pauclo dosi exhibeantur, obtineri possit, quam acrioribus & nocivis.

DISSESSATIO IV.

DE RECTO CORTICIS CHINÆ
USU IN FEBRIBUS INTER-
MITTENTIBUS.

§. I.

EA quidem innata quasi & per manus tradita tantum non omnium animalium hæret opinio: dari certas medicinas, ad hunc vel illum morbum sanandum aptas semperque salutares; nec quisquam fere ex doctis, æque ac indoctis est, qui non Empiricum agat, & viso quodam ægrotante, salubre remedium in promptu habeat idque ultro commendet. At vero, erronea utique atque perversa hæc est sententia, contra quam, ceu genuinum temerariae Empiriae fundamentum, merito omni pugnandum studio. Uti enim in universa rerum natura corporum vires & effectus non dantur absolute tales, ita etiam nec alimentorum, nec pharmacorum facultates sunt absolutæ, sed omnes relativæ, conditionatae & limitatae, respectu scilicet corporis humani vivi, in quod agunt & cum quo operationem suam exsequuntur. Hinc quippe est, quod, experientia teste, medicamenta eodem modo, tam ad juvandum, quam ad nocendum, sint apta, & quod omnia, quibus Medicus utitur præsidia, ita sint comparata, ut nonnullis prosint, non nullis vicissim, in eodem etiam morbo, ob sint.

2. Professus id jam pridem est anti-

quissimus artis nostræ parens HIPPOCRATES, lib. de art. §. 6. ita differens: non quivis cognoscere potest ea, quæ commode & detimento sunt. Et sunt nihilominus ea, que damno fuerunt, quæ ea, quæ opem tulerunt, in testimonium arti, quod ars ipsa sit. Quæ enim profuerunt, ob rectum usum profuerunt; quæ vero nocuerunt, ob id, quod non recte usurpata sunt, nocuerunt. Neutram scilicet gravis hic Auctor omnis generis medicamentis absolute certam adscriptis salutis afferendæ virtutem, sed certo tantum respectu, nec ob id quod in certo morbo exhibita, sed quod recte, hoc est, cum judicio, explorata prius corporis ægrotantis natura morbi que caufa & indole, itemque convenienti tempore, ordine, dosi ac proportione, usurpata sunt, profuisse; negligitis vero hisce cautionibus, nocuisse edixit. Quumque adeo sint medicamenta, quæ & damnum, & auxilium afferre queant, dari artem, recte omnino colligit, atque ex eo peritum atque præstantem jūdicat Medicum, qui diversos remediorum effectus variasque operaciones probe discernere novit.

3. Propterea vehementer optandum, ut quisque medentum verissimum hoc HIPPOCRATIS effatum curate pensaret ac ad usum transferret. Sic sane exspiraturæ demum forent opptobriosæ illæ in hunc usque diem inter Medicos de remediorum virtutibus vigentes discordiæ atque dissensiones. Nam turpe quidem dictu, ast verissimum, plebejos non tantum & rudes, verum eruditos etiam magnique nominis Medicos, raro admodum in determinandis viribus, effectu & ufu medicaminis cuiusdam, in hoc vel illo morbo convenire, sed alios miris illud dilaudare encomiis, alios contra idem, in eodem morbo, damnare proflus atque rejicere. Nemo non novit, quam diversis, immo perversis iudiciis, potissimum exposita sint ipsa valida & heroica si dicta remedia, ut quidem maxime sunt ex mercurio parata, emetica antimonialia, martialia, opiate, draistica purgantia, narcotica,

ex chirurgicis, vesicatoria, fonticuli, seracea & venæflectiones, quin, quod magis mirandum, ex simplicissimis & diäteticis, fontes medicati calidi & frigidi, balnea, lacticis cura & cura per inediam.

4. Idem hoc fatura expertus est allatus ex America in Europam ante LXX. circiter annos cortex, chinæ chinæ diætus. Mirum erat, quanto applausu hic primum excipiebatur, quantisque encomiis, ceu certum & incomparabile ad vincendam intermittentia contumaciam præsidium, ornabatur, nec defunt, qui hodienum magno illum habent in pretio atque honore. Sed non minori agmine surrexerunt, qui cunctem impugnarunt & ceu insecurum, quin plane noxiū, venditarunt & adhuc infamare non erubescunt. Plura quidem in utramque partem prodierunt scripta, experientiam ipsam in partes passim vocantia, nos tamen ita potius censemus esse arbitramur: bonum, efficax & tutum esse hoc remedium, si quis, secundum allegatum HIPPOCRATIS edictum, eodem recte uti sciat; valde vero noxiū & insecurum, quando empirice, hoc est, imprudenter, imperite, nulla corporis ægrotantis, causa febrilis, temporis & aliarum circumstantiarum ratione habita, usurpetur. Quod ut eo testatus patescat, elegimus hoc argumentum in dissertatione præsenti, propitio Numine divino, penitus paulo evolvendum, ita quidem, ut adducamus primum testimonia eorum, qui magnifice de hoc cortice sentiunt, his deinde adjungamus observationes & rationes eorum, qui illum noxiū, infidum & insecurum esse asseverant, postea ex rationali febrium doctrina causarumque, quæ has movent explanatione, nec non principiis & modo agendi nostri corticis, & nocivam, & salutarem, ipsius facultatem, evictam demus, simulque ad dissidentium objectiones solide atque modeste respondeamus.

5. Sunt vero oppido multi, qui in laudes hujus Peruviani corticis eunt. Ut pri-

mum enim in Europam delatus, Romæ innotuit & a Patribus societatis Jesu, ut præsentissimum febrifugum, caro admodum pretio divenditus fuit, in schedula, modum usurpandi habente, de eodem jastrarunt: quod omnes fere intermittentibus, etiam quartana, laborantes, purgato prius, si opus fuerit corpore, sine ulla alia adhibita medicina, liberavit. BARTHOLINUS Cent. V. hist. 50. Cardinalem de Lugo, plus mille testimonia, hoc cortice anno MDCLIII., quo quaranta duplices & simplices grassatæ, curatorum habuisse, memorat; de FONSECA vero, celeberrimo sui ævi Medico, ibidem referit, quod exploraverit nostrum corticem eundemque non innoxium tantum, verum etiam saluberrimum deprehendebat. FR. REDI de experim. nat. a 143. miraculosum hujus corticis effectum vocat, & TOZZI comment. in aph. XXV. sect. IL perhibet: febres quartanas, quas antea medici longissimas & fere immedicabiles habuerunt, hac nostra ætate, unius corticis Peruviani ope, cito tutoque fugari.

6. Ex Italia in Galliam pervenit postea hujus febrifugi notitia ibidemque varia pariter sustinuit experimenta, tam felici tamen successu, ut ipsi Regi ac Regio Principi, febre laborantibus, non letal, sed aliquoties, insigni cum fructu, potissimum a TAGOULTIO, sit oblatum. Eodem quoque tempore in Anglia ipsius fama percrebuit, applaudentibus tantum non omnibus WILLISIUS quippe de febr. cap. VI. disertis scribit verbis: ex centum hoc remedio usis, vix unum non convalescisse. Cui accedit illustre illud Anglia decus ROBERTUS BOYLE, in tr. de philos. experim. fidem faciens: se una vel altera dosi corticis febrifugi, ad drachmam unam propinata, sœpius quartanas, quæ per annum durarant, abegisse. Quin DYGBÆUS tr. de medic. secret. sancte affirmat: ex triginta quartana detentis, quos hoc remedio liberarit, ne vel duos in eandem relapsos, & addit: culpanum potius esse medicum, quam nobile medi-

medicamentum, si post ejus exhibitionem unquam revertatur febris. Ipse felix ille & circumspctus Medicus SYDENHAMUS, in *tr. de febrib.* mitifice, ceu optimum remedium, hunc corticem extollit & methodum eadem rete utendi suse tradit. Magno etiam adhuc apud Anglos est in pretio, uti patet ex FREINDII, LISTERI, nec non MORTONIS scriptis, qui in *tr. de febribus* ita differit: *cortex Peruvianus*, consensu medicorum hodie omnium, est catholicum febrisfugum, quod omnes febres intermitentes, in quavis anni tempestate, in omni etate & temperamento, penitus, vito, tuto & feliciter sanat, neque opus est, ut medici ingenia sua amplius torqueant in febribus explorandis.

7. Quin in omnibus fere Europaë regionibus corticis hujus virtus spectata enituit. Inter Helvetos quidem Medicos multum ipsi detulit MURALTUS & M. N. C. Dec. II. An. VIII. obs. 2. aliquot inferuit historias, quod eodem, tam in senibus, quam in pueris, tertianas & quartanas curarit, tandemque enarrationi finem his memoratu dignis verbis imposuit: *in immensum volumen excresceret, si, que curæ nostra ex hoc pulvere experientia alienaque facte, describere satageremus.* In Belgio celebres & peritissimi Medici plurimi hoc nostrum antifebrile fecerunt & adhuc faciunt, cujus testes citamus BOERHAAVII & DECKERI scripta. Potissimum in nostra etiam Germania corticis chinæ ad debellandas intermitentes usus, ut laudatissimus fuit celebratus, ejusdemque efficaciam salutarem tam BOHNIUS in *diff. de minus suspecta febribum fuga*, quam BERGERUS *diff. de cortice chinæ ab inquis judiciis & indicato*, pluribus & solidis argumentis asseruerunt. Fuit præterea frequenti in usu WALDSCHMIDIO atque DOLAEO, nec non celebri quondam Ducis Cicensis Archiatro, ZAPFIO, qui electuario antifebrili, cujus basis chinæ cortex, & famam & opes acquisivit, eodemque adhuc ipsius gener, Dn. STREIDEL,

clarus atque peritus in arte nostra vir, non minori crebrius usitetur successu.

8. Contra ea, sunt pariter & fuerunt permulti periti, docti & clari Medici, qui minus favent huic cortici, illumque infidum, insecurum, quin plane noxiū vocare medicamentum, haud erubescunt. Videas complures, qui experientia & observationibus fidem sibi prestruere contendentes assertant: usum Peruviani corticis non modo recidivas longe graviores, sed & novos prorsus & insanabiles morbos insequi, cachexiam scilicet, tumores pedum oedematosos, hydropem, pertinacem alvi obstructiōnem, praecordiorum angustiam, pathemata hypochondriaca & hysterica, febres lentas & hecticas, cum virium prostratione, appetitu dejecto & tabe, in pueris nonnunquam convulsivos & epilepticos motus. In primis acriter in febrisfugum nostrum invehit BAGLIVUS opp. lib. II. perhibens: febrem tertianam non nisi elapso decimo quarto die, quo quidem sponte finiatur, febrisfuga pati, & irrito prorsus conatu ante illud tempus remedia quævis, vel sine fructu, aut certe non sine ingenti danno adhiberi. Medicos intempestive febrisfugis febrem veluti in ovo jugulare conari, quum paucis interiectis diebus, vel ipsa redeat velocius, vel ejus loco quamplures gravissimi morbi, asthmata, hydropes, febres lentæ, phthises aliaque gravissima mala emergant.

9. Idem fere ex nostratis censet ETTMULLERUS, qui opp. tomo II. pag. 277. chinam non solum infidum vocat remedium, sed etiam pag. 398. assertat: ordinarie fere alvi præclusionem, tumorem abdominis ejusque duritiem atque dolores tensivos consequi solere, iisdem vel successive remittentibus, vel per purgantia, aut spiritum salis ammoniaci irritatis, eandem febrem similem, interdum intensiore frigore, recurrere. PALLILIUS quoque in epistola ad BAGLIVUM scribit: Gallos quidem feliciter china chinæ in febribus uti, sed minime id suadendum in agro Romano, quin ridet hujus corticis usum, nisi in fine

fine ad roborandum stomachum adhibeatur. Plura præterea de noxa hujus antifebrilis remedii memorie consignata exempla evolvi possunt in BLEGNY Zodiac Gall. med. phys. An. IV. mens. August. Anno. V. mens. Januar. nec non in M. N. C. Dec. III. Ann. IX. obser. 109. item Cent. III. p. 52. Et nostro demum hoc avo, cl. STAHLIUS tam in theoria med. quam opusc. physico-med. p. 432. neque minus ex STAHLIO, JUNCKE-RUS in consp. medic. theoret. pract. pag. 261. seqq. & passim chinæ in febribus usum & impugnarunt & rejecerunt. Quin nosmetipſi testamur, corticem hunc, premisce atque empirice usurpatum, multum detrimenti intulisse, & vel recidivas ægre expugnabiles, vel alios fæviores morbos, potissimum post quartanam hydropem, post tertianam pathemata hypochondriaca, accessisse.

10. Interim tamen neutiquam cum iis facere possumus, qui hunc corticem absolute & fere semper noxiū in febribus esse censem ejsusque usum rationibus quibusdam infestum plane reddere conantur, quasi febrium indoli, salutari successui ipsiusque naturæ intentioni contrarius effet atque inimicus. Putant scilicet, febrem nihil aliud esse, quam exacte methodicam naturæ medicationem, qua auctiori solidorum & fluidorum motu, causas, quæ febrem movent, per congrua secretoria & excretoria e corpore proscribere nititur. Ad hoc ex voto perficiendum opus esse humoribus fluxilibus viisque apertis; adstringentia autem, quibus cortex Peruvianus accensendus sit, succos fluidos incrassare, excretiorumque tenues canaliculos angustare, quin occludere, ideoque retineri, iis usurpatis, morbi fican in corpore materiam, ac recidivas, vel graviores alios morbos, produci.

11. Autumant porro, præcipuam providæ naturæ in intermittentibus esse intentionem, ut redundantem sanguinis vitali conservationi semper infestam copiam auctiori intestino calido, ex progressivi acceleratione resultante motu,

dissolutoria quadam in serum excrementium resolutione, imminuat simulque fortiori appulsi, viscera ab inhærentibus vitiis atque obstructionibus liberet. Atque adeo motus hosce febries esse præsidio ac medio, quo morbi curantur, graves arcentur & ea quæ vitæ infidias struunt eliminantur, nec ea propter nisi cum ingenti damno, sisti ac cohíberi. Adhæc anceps admodum esse molimen, suscepturn sapienter naturæ, in expellendis per secretoria & excretoria, noxiis, opus turbare, impedire plane que contrarium adstringentibus induce re effectum, quem non possint non, præter pessimas recidivas, acerbiora longe pathemata, hypochondriaca scilicet, hysterica, lentæ febres, obstrunctiones viscerum, icterus, cachexia, hydrops, melancholia quoque & pertinaces alvi obstipationes, presso pede in sequi.

12. Et quod maximum esse volunt, tertianæ mineram primam in regione, seu ventriculo, tenuibus, præfertim primis intestinis, nec non adjacentibus organis, mesaraicis nempe vasis & glandulis, consistere perhibent. Hæc autem quum ut plurimum viscidus & tenax humor sit, provido certe consilio strangi in principio porosas & externas partes, sanguinem ad interiora agi ibidemque aliquamdiu detineri, quo sufficiens humor seroso-lymphatici quantitas per tunicas & glandulas viscerum in iplorum cavitates transfluet ac postea partim liquandæ & emolliendæ febrili materia, partim ipsi eo commodius egerendæ serviat. Hinc colligunt, perniciofa esse omnia ea, quæ motus tam apprime morbi causa oppositos fitunt, febrilem illum lento primis in viis humoris spissorem reddit & excretoria constringendo utilissimas secretiones atque excretiones tam per alvum, quam urinam & cutis spiracula, sufflaminant & cohíbent. Id vero præstare chinæ manifesto constringentis naturæ corticem, hinc rejiciendum & usurpanda potius esse ea, quæ naturæ opus juvent, febrilem materiam solvant, & redundantem sanguinem

nem dissolvendo omnisque generis excretiones promovendo, a materia, quæ in vito est, corpus liberent, non vero eandem, febrilibus tantum motibus suppressis, cum periculo reprimant.

13. Sic quidem ratiocinantur cortieis nostri adversarii, & fatemur sane, primo intuitu, hæc nonnullius videri momenti; an vero sint tanti, ut medentes penitus ab ejusdem usu deterrere possint, paullisper jam perquirere juvabit. Nititur autem omnis propemodum argumentatio supposito principio, quasi corpori inesset agens quoddam, quod prævia intima cognitione, rationali postea intentione, ad certum finem, motus vitales, & quorum familia etiam febribus, nec non remediorum effectus, efficiat ac dirigat. Sed tantum certe abest, ut ejusmodi principium in rationali medica theoria æque ac praxi ullo modo locum habere, aut quicquam utilitatis præstare possit, ut potius in explicandis intelligenter & demonstrandis medicis rebus, nec non inveniendis & applicandis remediis, confusiones & errores inducat.

14. Hoc qui tenet, facile concicere poterit, quid de concitatibus ab hoc principio febrilibus motibus sit sentiendum. Dicunt quidem, hos in se & sua natura esse salutares; sed ita potius sunt comparati, ut perniciem intentent & sapientem naturam imprudentiae, quin plane dementia, aperte arguant. Ecquis enim in arte exercitatus est, qui ignoret, illum in febribus omnibus obvium a circumferentia ad centrum motum, cum vehementi partium externalium ac nervosarum spasmo & convulsiva quadam agitatione, pertracto simul in consensu universo nervorum systemate, fieri, & cum tam gravi omnium functionum laßione, quin ipsius mortis periculo, accidere, ut, qui intermittentibus decedunt, sub hoc ipso pereant. Sane, si pro arbitrio motus vitales dirigere possit agens hoc, talius longe & facilius foret, sine tam perniciali spasmo universali habitusque corporis constrictione, copiosiore sanguinis & humorum mo-

tum ad morbi sedem sensim, amica magis ratione, amandare atque dirigere. Et quamvis tantisper largiamur, febres, præfertim quæ intermissionem habent, corporibus crassis, copiosis & impuris succis farctis, quandoque præstare medicinam & imminentes ex viscerum operatione longas & graves affectiones, motu humorum progressivo extra ordinem cum intensiori calore aucto, ceteris, paribus arcere: neutiquam tamen oranes intermittentes sanguinis & succorum abundantiam, impuritatem, nimiam spissitudinem, aut viscerum infartum juncta habent, multo minus hæ veram & adæquatam febrium causam & materialem somitem constituant, ut nec ea propter opus sit, tam impetuoso solidorum & fluidorum motu, atque humorum vitalium dissolutione.

15. Quod porro ad illud assertum attinet: naturam maxime in febribus occupatam esse, quo sanguinem redundantem, dissolutoria quadam per motum intestinum resolutione, in corporis salutem imminuat; prorsus & quidem recte negamus, sanguinis & humorum abundantiam febris causam esse. Hoc enim si esset, plethorici frequentius sane febricitarent, & omnis generis febres tempestiva venæ selectione certo a cito arceri possent atque præscindi. Eveniens autem sub febre sanguinis consumtio & in partes excrementitias dissolutione, est potius effectus & necessarium consequens febrilis caloris, naturæ per se plus inimica, quam amica, quia simul vires, a quibus motuum vitalium vigor penderet, dissipat ac destruit.

16. Ejusdem commatis est illud, quod humores crudi, viscidæ, tenaces ex depravata maxime digestione oriundi & in primis viis hisque conterminis organis hærentes, somitem præbeant intermittentium. Rarissime enim evenit, ut ob vitium in diæta commissum, vel pravam digestionem, intermittentes gignantur. Longe magis vero copiosæ acres, biliosi prima in regione succi, tertiana laborantibus molestias creant, in primis quum observemus, & juve-

nes , & cholericæ constitutionis homines , nec non iracundos , sub æstate feruentissima tertianis corripi , & his vomitus biliosos , dejectiones biliosas , solennes admodum esse urinasque flammei coloris , ob admixtas copiosas sulphureas & biliosas particulas , fecedere . Ac licet demum nosmet ipsi vehementer improbemus adstringentium in cuiuscunque etiam generis febribus usum , minime tamen concedimus , chinæ corticem , cum judicio , habita naturalum & circumstantiarum ratione , debito ordine ac tempore oblatum , talem præstare effectum , ut potius , uti fusi infra docebimus , ad promovendas excretiones ipsamque perspirationem liberiorem reddendam , eundem aptissimum esse remedium , asserere non dubitamus .

17. Jam non incongruum , aut infrustrum erit , ut nostram de intermittentibus earumque generatione promamus theoriam , quo postea eo melius de methodo iis medendi accommoda & de remedii adversus ipsas idoneis judicare queamus . Id vero primo omnium tenendum , quod experientia constat , rarissime scilicet intermittentes unum vel alterum individuum ex virtute diætæ , vel digestionis invadere , sed plerumque grassari epidemice & ex precedente insolita diurna calida & siccæ aeris intemperie oriri , tum quidem , quando corpus incautius vel borealibus ventis , vel auræ frigidiori & humidiori , sole maxime occiduo , exponitur , ut inde frigus notabilemque persentiat horrorem . Pari ratione , plura novimus loca , humiliora nempe , paludosa , compluviis , stagnis atque piscinis cincta , æbreo febrium proventu adeo infesta , ut indigenæ & advenæ perpetuo fere omnique anni tempore iisdem exerceantur & tardius ac difficuler sanescant , nullam certe aliam ob causam , quam quod ob aerem ejusmodi in locis densum , frigidum ac humidum insectorumque copia refertum , perspiratio languescat & sufflaminetur . Nulla enim unquam febris , præsertim intermittens , vel etiam catarrhalis , arthritica , rheu-

matica , nisi post imminutam & cohíbitam excretionem cuticularem , accedit ; nulla facile recidiva , quam hoc facto repetit , neque minus etiam febrilis morbus eo gravior & diuturnior esse solet , quo magis hic saluberrima evacuationis successus interceptus atque cohíbitus .

18. Igitur , quando ingens recrementorū per poros cutis eliminandorum copia , sive ex aeris intemperie & præternaturali constitutione , sive ex malo in animi affectibus & viëtus ratione regimine fuerit contracta , perspiratio autem , quæ pro tanta fardium astivæ , halituolæ & salino-sulphureæ indolis , multitudine necessario sufficiens , quin auctiōr esse debuerat , constrictis nervosis & excretoriis cutis tubulis , valide potius impeditur ; sit utique , ut motus seri excrementiū aliorum & ad interiora vertatur . Quod quidem , sicuti in febribus catarrhalibus , ad glandulosa narium , faucium & bronchiorum loca , in rheumaticis & arthriticis ad membranas muscularum & nervo-glandulosa artuum ligamenta , in diarrhoeis ad intestinorum tunicas evenit : ita intermittentibus in febribus idem ad abdominis secretoria & depuratoria viscera , hepar nempe , pancreas , ventriculi & intestinalum glandulas & glandulosas tunicas contingit . Heic vero confluens malignus humor , fermentales , lymphaticos , salivales & biliosos , digestioni & chyli elaborationi servientes succos , inquinat , corruptit ac intemperatos reddit , qui congesti , in duodenī maxime cavo , mutuo consermantantes & cum cruditatibus vitiis digestioñis permixti , mora pejorem nervosque partibus valde inimicam indolem contrahunt . Sic depravati & tam per poros , quam tubulos , successive ad sanguinem delati succi , quando ad nervolas , quæ cerebrum & spinalem medullam cingunt membranas pertingunt , infesta sua indole , universalem denum in vasorum & nervosarum partium symptomate spastum concitant , qui febris conscientiam constituit .

19. Febris quippe nihil aliud est, quam affectus & effectus systematis nervosi præter naturam affecti. Etenim, omnia illa, quæ sub accessione febris affligunt symptomata, dolor scilicet capitis, dorsi, maxime circa primam lumborum vertebram, dolor contusivus omnium artuum, ingens lassitudo & languor, frigus, rigor, horror, totum quandoque corpus concutiens, summa præcordiorum anxietas, spirandi angustia, cum inquietudine, pulsus arteriarum contractus, celer, parvus, inæqualis, vomitus, vel conatus ad vomendum, sitis saepè sub ipso frigore, alvi fortior strictura, vel etiam fluxus, in nonnullis stimulus ad mingendum, mentis quoque ac sensuum, quam saepè observavi in senibus, præsertim quartana laborantibus, obnubilatio, satis superque tenuatum faciunt, graviter lœsum & affectum esse nervorum sistema. Dum autem sub hisce symptomatibus ab exteriorum strictura, sanguis ad interiora & vasa majora, pulmones, caput & cor urgeatur, ipsa sua copia cordis musculum ad vehementiorem pulsum celerioremque systolen exstimalat, quod fit, ut sanguis celerius & valide per vasa traiiciatur, arteriarum motus vehementior & citior micet, atque sic majori facto, spasmi nervolarum partium iterum laxentur. materia quæ hos excitarat excutiatur, sanguis ad ambitum corporis appellatur, & ad apertis, remittente strictura, cutis spiraculis, sudor erumpat.

20. Hac ratione febris primum generatur atque succedit, quod vero interposito aliquo tempore novus impetrat paroxysmus, ita concipiendum esse arbitramur. Conflata illa, ex corruptis biliosis & lymphaticis salivalibus, cum indigesta alimentorum massa, succis, febrilis in duodeno potissimum hærens materia, non omnis simul & semel, sed successively, ad sanguinem & nervosum systema transfit. Deinde id, quod ab hoc, ut ita loquacitate, fermento restitat, ab affluentibus ex hepate, pancreate & glandulis duodenii impuris succis, novum subinde accipit pabulum ac nutrimentum. Tum intestino illo mirum adacto in paroxysmo mo-

tu, ipse sanguis & serum in mucidas salfo-sulphureas sordes fatiscit que cum non omnes die vacuo diffidentur, intus manent & succos lymphaticos salivales ipsamque bilem inquinant magis atque corrumpunt. Accedit, licet a nemine, quod sci-mus, auctoratum sit, quod intercalari dia-pullus admodum languidus & debilis, partes quoque externe ipsaque cutis magis frigidæ, quam calidæ sint, & perspirationem remissam minusque sufficientem, intuitu sordium excernendarum, esse, luculenter arguant. Demum etiam etiam verisimillimum est, universale illud nerveo-fibrosum & tubulosum corporis emunctorium, cutem, tot impetuolis & plane contrariis spasticis, constrictoriis, sub sequente nimia remissione, motibus, nec non vehementi astu, quoad tonum, robur & functionem suam admodum la-befactari & vitiare, ut saluberrimum illud excretionis periphericæ negotium, sub toto febris decursu minus recte saccedat ipsaque adeo sanguinis & humorum depuratio multum clangescat. Quibus omnibus junctim expensis, in promptu est judicare, novum sic succrescentem sensim somitem, & certo interposito tempori spatio sufficienti quantitate collectum, novum iterum proritare febrilis paroxysmi insultum.

21. Quod autem rediens ejusmodi pa-roxyasmus, non in omnibus intermit-tibus idem recursus tempus servet; sed vel singulis, vel ternis, vel quaternis diebus repeatat, quandoque typum suum & accessionis periodum mutet, interdum etiam duplicit; id omnino ob impuritatem, ratione copia, & indolis plus minus activæ & mobilis differentiam, largiorenamque vel parcioram earundem ad primas vias affluxum, nec non ob diversam viscerum, præsertim hepatis, lienis & pancreatis, conditionem & statum, fieri, censendum est. Luculenter certe id consiluit elapsio anno, quo, propter insolitam diurnam calidam & sicciam astas & autumni constitutionem, per uni-versam fere Germaniam febres graffatae, quotidianæ, tertianæ & quartanæ, simplices & duplices, nimirum anomale,

nul lam omnino aliam ob causam , quam diversam humorum indolem viscerumq; constitutionem, pro varia temperamenti vietusq; eorum, quos invaserunt, ratione.

22. Post intermittentium genesin & naturam , spectanda nunc adversus eas præsidia , quæ inter principem merito locum obtinet chinæ cortex , cuius ideo principia & quos in corpore vel cum emolumento, vel damno, præstat effectus, penitus paullo examini subjiciemus. Est vero inter hujus corticis elementa primo loco connumerandum adstrictivum . Patescit hoc ex sapore linguam constringente, quem tam pulvis ipsius, quam infusum cū aqua fervente factum, nec non liquor, affuso ipsi spiritu vini purissimo, consecutus, exhibet . Idem quoque confirmatur chymico experimento, dum solutio hujus corticis, adjecto vitriolo, more omnium adstringentium, nigrescit & atramenti colorem induit . Alterum, quod in complexu fovet elementum, est amarum, naturæ plane aperientis, quod unanimi medicorum consensu febribus perdomandis apertissimum , quandoquidem omnia fere amara, uti herba ablynthii , cardui beneficii , fumariae , centaurii minoris, radix gentianæ rubræ, lignum colubrinum, antifebrilia suppeditant prætentissima .

23. Accedit tertium chinchinæ ingrediens , naturæ admodum gratum, balsamicum scilicet, quod sapore & odore, non tam pulveris, quam potius ex prolecta destillationis ope aqua, nec non vini spiritu, manifestatur. Quartum demum elementum est terrestris fixum, peracta solutione, & extractione conspicuum, quod quidem hucusque penitus ferme neglectum fuit, egregia tamen virtutis, ad corrigen-dam, obtundendam & involvendam materię febrilis, præsertim biliosæ, acrimoniæ, eodem modo ac notum est, sola terra, ut conchas, matrem perlarum, terram sigillatam & corallia, in sistendis febribus efficacia pollere haud sernenda . Agit igitur hoc simplex tota ut GALE-NI loquendi formula est, substantia, & plura continet principia ad febres sanandas proficia, quæ rarius, vel plane nunquam , in ullo alio medicamento repe-

riuntur, eaq; propter vehementer errant & falluntur ii, qui a sola facultate ad strigente , febris fugum corticis Peruviani effectum derivare satagunt .

24. Hæc autem hactenus allata tam febrium theoria & pathologia, quam vera febris fugi nostri principia, expeditam monstrant viam, ad rectam intermittentibus medendi methodum , & quo pacto chinæ cortex cum bonis ærorum rebus propinandus . Diximus scilicet superius, mineram, sive causam intermittentium materialem, ex affluxu copiosioris corruptæ bilis & salivalis laticis meleque digestis alimentis conflatam primis viis, & quam maxime flexuoso intestino duodeno, firmiter impactam hærente, ac inde successive certa quantitate ad interiora & nervosarum partium systema translatâ, motus istos spasticos febiles concitat . Hinc utique in persanatione rationalis Medici intentio eo dirigenda, ut peccans hæc materia attemperetur, obtundatur, eliminetur ipsiusque ulterior & largior afflatus ex glandulis ductibusque biliaris cohibetur . Et his certe indicationibus peritum corticis Peruviani usum, si non ex toto, tamen maxima ex parte, satisfacere posse, existimamus .

25. Largimur quidem, minus proficuum esse hoc antifebrile, quando prima corporis regio, redundante vitiosorum, præsertim viscidorum, acidorum, & tenaciam succorum saburra obfessa, ut potius inviscando, magisque immobiles reddendo, & simul adstrictiva sua via vinam evacuationem suppressendo, multum noceat, ut tum quidem non modo materia febrilis retineatur, sed & dolores tensivi & anxieties circa præcordia augentur, quemadmodum in his, qui diuturna laborarunt quartana, senibus inprimis & pueris, nec non oggetto cerebrius & liberalius cortice multoties vidi-mus. Quare tutius tum omnino & consultius est, hoc medicamentum vel plane omittere, vel non prius admittere, quam præmissis, quæ crastos, viscidos & tenaces humores attenuandi, incidendi & per alvi fecessum evacuandi facultate pollut . Merentur hoc nomine laudem

laudem & salium familia deponita, sal scilicet ammoniacum depuratum, sal digestivum Sylvii, tartarus vitriolatus, arcanum duplicatum, sal Glauberianum, Ebshamense. Potissimum tamen in vincendis chronicis febribus spectatae virtutis salia ex aquis medicatis prolecta, ut Sedlicense, & Egranum, quippe quæ paulo majori dosi, ad unciam scilicet dimidiā, vel unam, in sufficienti quantitate aquæ soluta, & aliquoties pro circumstantiarum ratione oblata, a colluvie viscidarum sordium intestinorum canalem egregie expurgant. Magna quoque amarorua ad mucidos, tenaces, & acidos succos incidentos, detergendos, ac evacuandos facultas, quorum in numero celebria sunt extractum centaurii minoris, gentianæ rubræ, cardui benedicti, abysynthium, rhabarbarum, aloes rite prius correcta & cicurata, quæ in lixivioso aequo menstruo soluta & die vacuo, vel cum vino, vel cum spiritu vini oblata, egregie prosunt. His autem præmissis, cum ad intercipiendum nimium humorum vitiosorum ad primam regionem confluxum, tum ad facilitandum perspirationis successum, cortex noster cum aliis, quæ operationem ipsius secundant, utiliter propinari potest.

26. Pari ratione, ubi cruditates ex male digestis & corruptis cibis cum bile succoque salivali vitiatis, fomitem febris subministrant, & ratio dictitat, & experientia confirmat, liberandas, ante specificorum antifebrilium & roborantium usum, esse ab illuvie tam acidorum, quam biliosorum & corruptorum humorum, primas vias. Quod ut obtineatur, convenientissima sunt blanda emetica, vel *et* simul & *et* evanquantia, rejectis omnibus aerioribus drasticis purgantibus, & validis emeticis, quippe quæ ventriculo & nervosis partibus admodum infetta, vires dejiciunt, & motus efferos potius intendunt, quam minuunt. Nos, quam hunc in finem commendemus, habemus manam, cuius uncia una, vel duæ, cum uno, vel duobus tartari emetici granis

sufficienti aquæ fontanæ quantitate soluta clementissime, satis efficaciter tamen, sursum ac deorsum evacuant, ac, ut multiplici compertum habemus experientia, egregie intentioni satisfaciunt. Et hoc facto, majori cum fructu & feliciori cum successu, antifebrile nostrum usurpare licet.

27. Contra ea plurimæ dantur februm species, ut biliosæ, quartanæ & tertianæ æstivæ, duplices, continuæ, gravibus & acerbis symptomatibus fitpatæ, quæ plerumque post diurnam præcalidam & sicciam tempestatis constitutionem, a bile nimis intemperata, atri, calida & volatili incunabula trahunt. Ad hanc earundem materiam figendam, cicurandam, obtundendam ejusque copiosorem ad intestina afflum impediendum, cortex chinæ, præsertim in pulvere oblatus, absorbeatibusque ac nitrosis remixtus, egregie ex usu est, eaque propter paucos post paroxysmos propinrandus. Sic multoties, largas biliolas dejectiones, præsertim in corporibus biliosæ naturæ & cholericæ constitutionis, felici admodum successu erupisse novimus, discedente paullo post penitus febre.

28. Quod quidem, sicuti experientia edocit scribimus; ita non minus eodem fundamento nitentes, de hoc cortice asserimus, quod perspirationem fulciat ac promoveat, in quo, si non præcipuum, certe non minimum, intermittentes curandi, repositum est momentum. Hæc enim, ut supra diximus, saluberrima evacuatio, quando supprimitur & sordes per eam evehendæ ad interiora recedunt, primordialea suppeditat intermittentium causam, comagis, quo major restitantium recreuentorum biliosorum in sanguine & humoribus est proventus. Deinceps eadem hæc sordes, ob succedentem parcius & laetitudinis die post paroxysmum vacuo hanc excretionem, copiosius denuo collectæ, palmariam repetentis paroxysmi causam præbent. Ipse recidivæ non aliam accedunt ob rationem, quam quod materia febrem movens exitu præ-

clata, uti potissimum sit, quando soperata vix febre corpus paulo liberius frigido & humido seri, circa stagna aquarum, in humilioribus locis, & templorum concamerationibus, vel etiam borealibus ventis exponitur. Liberiori quoque æstatis tempore cuticularis excretionis successui tribuendum, quod æstivæ tertianæ, & quartanæ, facilioris sint sanationis, quam autumnales, quin, diuturnæ & contumacissimæ, etiam quartanæ, per annum, hiemem & ver affligentes, accedente solstitio æstivo, sponte, sine medicina, conquiescant. Hinc demum petenda ratio, quare, ut observations fide dignorum auctorum confirmant, saepè sola fortiori corporis, cursu, saltu, equitatione, ad sudorem usque exercitatione, nec non prolecto in balneo sudore, aut largiori vini potu, intermittentes admodum rebelles expugnentur, & abigantur.

29. Tanta utilitas, tantaque necessitas hujus evacuationis in febrium est curatione, eaque propter, quod etiam hoc nomine cortex noster laudem mereatur, penitus paulo evolvendum. Videtur quidem huic facultati obstat, virtus ipsius adstrictiva, qua cutis poros stringi potius, & perspirationem sufflaminari vulgo creditur. At vero, non pure & positive adstrictivam, sed potius ob admixtum amaricans & balsamicum ingrediens, roborantem virtutem nostro cortici adscribimus. Nam, utut eminenti facultate adstringente dotata, cuius generis sunt aluminosa, vitriolica, & ex vegetabilibus radix tormentillæ, bistortæ, si convenienti tempore & regime in intermittentibus usurpantur, non penitus spernendam habent efficaciam, præsertim quando post eorum usum decoctum vel infusum ealidum superbibatur & fortiter corpus motu exerceatur; sed tamen longe alia est ratio, natura & virtus roborantium, quæ non tam terrea, constringente, quam potius simul balsamico, amaro clemento, in solidas corporis nostri atonie dejectas partes agunt, iis robur,

tonum atque vigorem & potentiam motoricem conciliando, ut motus fluidorum catholicorum vitalium, qui potissimum a solidorum motu pendet, per compagem corporis mere vasculosam, promptior, citior, & expeditior fiat; quem nunquam non major & auctior, per insensibilem transpirationem, impunitatum excretio, summo cum fructu sequitur, ut longe tutiora sint puris adstringentibus. Et profecto, qua ex remediorum genere roborante & subadstringente, paulisper balsamica virtute splendent simplicia, in morbis longis & difficilibus persanandis, magna præstare solent, & aliis longe superiora sunt. Hinc enim est, quod decocta herbarum, quæ vulneraria dicuntur, ut sunt nominatim: fragaria, sanicula, melissa, agrimonria, veronica, seabiosa, marubrium, pulmonaria, hepatica, scopolendrium, nummularia, plantago, millefolium, consolida Saracenica, flores bellidis, hyperici, muscus pulmonarius, polychrestam & mirabilem certe, non tantum in vulneribus consolidandis, verum etiam longis, insanabilibus fere morbis, cachexia, phthisi, scorbuto, ictero, hæmoptysi, atque identidem febre quartana, sanguinem depurando, viscera obstructa referendo, nec non excretiones languidas promovendo, exserunt effectum, quæ tamen non proxime in fluidas partes, earum vitia corrigendo, sed potius in solidas, tonum & robur restituendo, agunt, atque sic operationem suam exserunt. Neque nostro tempore, singularis corticis chalcarillæ virtus, qui paulo calidioris & plus, nostro cortice, balsamica naturæ est, in sistendis nimis alvi fluxionibus, etiam dysentericis, ignota est, qui cortex etiam decenter usurpatus in febribus intermittentibus, item lenti, quæ ex stomachi & digestionis vitio proveniunt, curandis, non spernendam opem confert.

30. Est itaque tam salubris & spectata corticis chinæ virtus, ut roborando solidorum tonum, circulum sanguinis, excretiones, maximeque insensibilem,

per cutis spiracula, egregie promoveat, eaque propter per ipsam experientiam confirmatum habemus, ab ejus usū, mox virium accedere augmentum, vi- gorem corporis & animi restitui, appetitum antea emortuum resuscitari, cum omnimoda paroxysmorum febrilium cessatione. Observarunt etiam hos insig- nes & eximiios effectus alii perclarci Medi- ci, cuius rei testes citatis LIS TE- RUM, BOHNIA, SYDENHA- MIUM, DECKERUM, BERGE- RUM, JONES, MORTONEM, D'AQUIN, qui unanimi suffragio te- stantur, quod cortex egregie ventricu- lum roboret, appetitiam acuat, ac deficientem corporis calorem excitet, vires reficiat, nec solum perspirationem promoveat, sed etiam urinam, subin- deque alvum, presertim si recens sit, moveat. Et perite demum adjiciunt: omnes, qui cortice in febribus hoc effec- tu usi, a febre liberos mansisse, nec ullo inde oriente symptomate atque in- commodo fuisse affictos. Monendum tamen, has tam egregias operationes, non a sola excretione cuticulari aucta, derivandas esse. Nam, non modo plu- ries a nobis observatum est, sub largo etiam & continuo diebus vacuis sudore, paroxysmos nihilosecius repetiisse, nec vires, nec appetitum, inde accepisse incrementum, sed & ipsa experientia compertum est, ea, quæ sudorem mo- vent efficaciter, ad sistendos febriles pa- roxyssmos, non adeo esse apta atque con- ducibilia. Ingens quippe est differentia, inter sudorem, qui sibi a virium pro- stratione & dejecto cutis tono provenit, & inter perspirationem auctiorem, quæ ex vegetiori ac celeriori sanguinis per universum corpus circuitu, ex pulsuum vigore & qualitate dignoscendo, re- sultat. Et hæc non tam positive sudori- feris, motum intestinum calidum in sanguine carentibus, procuratur, quam potius iis, qua tonum solidorum, cor- dis, valorumque dejectum fulcunt & adducunt quorum in numerum noster quam maxime referendus est cortex.

3r. Neque etiam nostra fert senten-

tia, semper, & omni tempore unicum hoc nostrum præsidium, roborando, & circulum sanguinis, & perspiratio- nem augere, in iis, qui febre laborant, sed utique opus est, ut corpus sit dispositum, via & excretoriorum tubuli patu- li, nec spastmo constricti, humores ten- nues & fluxiles, non crassi, viscidi & immobiles, ipsius quoque remedii vir- tus integra, nec a vitiolis primarum via- rum succis obtusa, aut enervata, Eadem enim corticis nostri est ratio, ac martialium bene præparatorum, quæ itidem adducendo solidorum tonum, sicut universum sanguinis & humorum progressum promovendo, egregios qui- den in longis ac rebellibus morbis expugnandis præstant effectus, non tamen semper & absolute tales, sed tunc de- mun, quando & solidorum, & fluidorum, apta & conveniens est ad aperiendu- & excretionem successum disposi- tio. Atque adeo, quum roborando per- spirationem moveant ex marte confe-cta, in proclivi est ratio, quare flores salis ammoniaci martiales, nec non cum hæmatite parati, in pulvere, vel cum spiritu vini in essentiam redacti, crocus martis tenuissimus, limatura martis in rubiginem versa & in subtilissimum pollinem comminuta, ad com- pescendos, immo tollendos febriles mo- tus, cum prudentia usurpata, idem fe- re ac chinæ cortex, præstare soleant, contra vero, quando empirice, nulla corporum, naturarum, circumstantia- rum & temporis ratione habitu, inge- runtur, noxam inferant non levem.

3z. Quæ quum ita sint, speciosum oinnino videtur dubium, vel monitum: tuius forsitan esse famæque & conscientia Medici magis conducibile, tam in quorumvis morborum, quam specia- tim intermittentium medicatione, penitus ab ejusmodi remediis, quæ tam exactam in applicatione, ne noxam in- ferant, exigunt circumspectionem, ab- stanere, & potius præcipuum sanationis negotium naturæ committere, adhibi- tis duntaxat iis, quæ humorum intem- periem corrigunt eosdemque mobiles ac

fluxiles reddunt. Sed tenendum utique, non semper tuto & cum bonis ægrorum rebus hoc fieri posse. Docet enim experientia, adeo rebelles & infensas non-nunquam esse intermitentes, ut observato quantumvis exquisito regimine, adhibitis quoque tutis & selectis remediis temperantibus, diluentibus, blande evacuantibus & diaphoresint, finito paroxysmo, elicientibus, nihil tamen feciis per complures menses, quandoque integrum annum & longius perdurent, corpus emacent viresque penitus dejiciant. Quin, licet his febris vehementia tantisper fracta fuerit, ob magnam tamen diuturnitate inductam imbecillitatem, quæ CELSI effato omnibus morbis patet, accidente levi in vita viutusque ratione errore, ex facilis vel febribus motus, leviores quidem, recrudescent, vel alii morbi, præsertim si copiosior cibus ingestus, cachexia febrisque lenta pullulant, ut etiam, qui minus facient huic nostro febrifugo, ipseque BAGLIVUS l. c. fateri cogantur, in fine, quando febris vires per longum tempus contriverit, ad ventriculum totumque corpus roborandum, nostrum usurpari posse corticem. Et certe multi & magni morbi, præsertim qui ex abundantia & impuritate succorum succrescent, sine medicina, sola abstinentia & inedia, feliciter arceri possent atque sanari, sed quia plures has molestias subire recusant, venæfictio in auxilium vocanda, abstinentia longe intutior. Providendum igitur, ut modo sine noxa fiant omnia.

33. Aliud, quo multi, etiam periti Medici, corticem nostrum suspectum reddere nituntur, argumentum est, quod ejusmodi constringentia & roborantia motus & paroxysmos febribus suspendant quidem, causam vero & materiam febris non tollant, quæ postea vel recidivas, vel novos pejores morbos inducat. Verum superius jam evicimus, ita comparatum esse chinæ corticem, ut, si recte, debito ordine aliisque accommodis remediis nuptus, usurpetur, febris etiam causam tollat, promoven-

do nempe perspirationem destruunt, que tonum restituendo. Ad hæc incidentur saepe casus, ubi motus morbos, etiam febribus, reliqua tantisper causa, compescere & ad tempus tollere expedire. Tam atrociter enim quandoque sequunt paroxysmi in tertiana, v. c. continua & dupli, ut consumatis ob vigiliam & jugem astum nimium viribus, corpus morbo diutius sustinendo vix amplius par sit. Heic omnino utile, immo necessarium est, infellos hos motus ad tempus suspendere, quo majori cum fructu ad tollendam febris causam applicari possint remedia, tam corrigentia, quam evacuantia, quæ sub tanta infusus febrilis vehementia, & turbata plane tamdiu motum & functionum naturalium œconomia, vel nihil proficiunt, vel contrarium prorsus interdum exferunt effectum.

34. Majoris momenti ad evertendum chinæ usum excogitatum quorundam argumentum esse videtur, quod, teste experientia plures febricitantes ab eodem exhibito in graves, eosque immedicabiles morbos; quales sunt lenta ac hecticæ febres, cachexia, hydrocephalus & tympanitis, contractura, pathemata, in viris hypochondriaca, in feminis hysterica, nec non motus in pueris convulsivi & epileptici, præcipitati fuerint. Verum enim vero, quamvis non negandum sit, periculosa ejusmodi afflictiones intermitentes sœpemero subsequi, unde tamen id ipsum eveniat, non tam clare semper & plenarie liquet, sed pervestigatus paulo hujus rei ratio inquirenda venit. Propterera sciendum omnino est, ante febrem plerumque humores & viscera ad dictos morbos per se apta esse & disposita; dein accedit etiam perversa regimini, dietæ & vitæ ratio, concurrunt graves animi perturbationes, & forsitan quoque intempestivus plane & imprudens, ratione molis sive doseos & temporis, chinam exhibendi modus suum confert momentum. Quis itaque sub tali rerum statu & conditione circumspectum pariter hujus corticis usum pro sola

fola iniqui effectus causa agnoscere, vel eundem in genere suspectum, infidum & noxiū reddere velit.

35. Præterea, satis omnino constat, summae efficaciae præsidia, venæficiōnem, emetica, purgantia, opiata, mercurialia & martialia, item ex auro & antimonio parata, nec non salia volatilia animalium, balnea Laconica & medicamenta spirituosa, si empirice & non cum judicio atque discriminē in usum trahuntur, àque perniciēm nō rāsque inferre posse plane lethales. Nezzo autem facile hanc iude formabit conclusionem: ergo hæc omnia medico usu carent & prorsus sunt rejicienda, sed ita potius argumentandum: quia tam prompta ad juvandum, quam nocendum hæc generola sunt remedia, ergo recte iisdem utendum. Longe majori vero jure eadem argumentatio valet in usu nostri corticis, qui ne quidem his magnaæ actiuitatis remediis accensendus. Illa quippe in complexu suo quidpiam fovent, quod exili mole subito ingentes in corpore suscitat mutationes, hic autem non ita; sed si effectum exferere debet, maiorem molem, ad uncias aliquas, successive sumendam, exigit. Neque etiam adversum naturæ humanae remedium esse corticem chinæ, ex eo recte colligitur, quod in morbis, ubi vires imbecilles nervorumque systema affestum, eximio cum fructu exhibeat, ac ob id non modo in febribus, sed &c., experientia teste, in alvi fluxu, vomitu, dysenteria, malo hypochondriaco, hysterico & podagricis doloribus, ad firmandum ventriculi, intestinorum & nervosarum partium tonum, apprime ex usu sit.

36. Demum, id quidem omnes fere concedunt, superata propemodum, naturæ auxilio, febre, ad compescendos, qui in habitum & consuetudinem abierrunt febiles motus, febrifugum nostrum cum fructu usurpari posse; quod vero statim in principio, post unum vel alterum paroxysmum tuto in usum vocari possit, pernegant maxime isti, qui naturam febre tanquam remedio sapient.

ti consilio uti censem, ad amoñendas causas, quæ vitæ periculum struunt, persuasi, optimam & salutarem naturæ intentionem hac ratione turbari. Sed supervacaneum plane esse hunc metum, experientia, optima medicarum etiam veritatum magistra omnibusque ratiociniis superior, luculenter admodum docet. Nobis certe innumera fere nota sunt exempla eorum, qui tertiana epidemica gravibusque symptomatibus invadente correpti, hac methodo feliciter sanati sunt, ut expurgata, post tertium vel quartum paroxysmum, per superiora & inferiora, efficaci medicina, corporis regione, altero post die antifebriile ex cortice chinæ electuarium, congrua dosi, ordine ac tempore, sumserint; & hoc factio, post secundam vel tertiam statim accessionem, nullum amplius experti sunt insultum, sed perfecte cum sanitate in gratiam redierunt, praesertim, quando post hujus medicamentis usum, corporis exercitatione perspirationem æuctiorem provitarunt & medicamenta roboranza stomachica simul usurparunt. Atque etiam id ingenuæ affirmare possumus, nos frequenter observatione didicisse, & longe difficultiori negotio, & longe majori cautione, corticem nostrum febri opponi, ubi hæc aliquandiu per aliquot hebdomades, vel menses, corpori inhæsit, quam ubi haud ita pridem illud invasit; eo quod, quo diuturnior febris est, eo major incrementorum ex dissolutione sanguinis, per motum calidum intestinum, nascitur copia, quæ postea ægrius & corrigitur, & educitur.

37. Idem nobiscum censem præstantissimi in arte viri, inter quos nominasse sufficiet BOHNIA, qui peculiari dissertatione de fuga febrium minus suspecta, id pluribus adstruxit, nec non BERGERUM, qui in citata superius docta dissertatione de chinchina ab iniquis judiciis vindicata, ita apprime ad veritatem §. 9. scribit: non possum probare vulgari medicorum cantinela seductam SYDENHAMI cautionem, ut ne præmature nimis ante quam febris ipsa suo se

marte aliquantis per protriverit, in usum hic cortex ducatur, ne agrotantis vita periclitetur, si sanguini omni fermentatio- nis nisu se despumanti, derepente remo- ram injiciamus. Rectius PADUS, DONZELIUS, LISTERUS, MORTONUS, JONES & maxime BOHNIUS, docent, pramissis quidem, si opus fuerit, evacuantibus, ac presertim emeticis, mox ineunte morbo & ante quam febris radices egerit & succos visceraque ac vires corporis labefactarit, usu coriuci vires illius feliciter frangi & atteri. Hic nec recidivaram, nec illorum metus est malorum, que BAGLIVUS usui corticis adscribit, quum potius febris perversae curationi & corporis impuritati debuisse causam dare, quia recto corticis usu egregie adjuvantix, causam illorum malorum una cum febre tolli, & ratio suffragatur, & experientia monstrat, ita, ut laudatus BOHNIUS testetur, innumerabiles sere, quibus, ab initio morbi, corticem prabuerit eoque febrem sanaverit, nihil damni perceperisse.

38. Ad rectum igitur, securum & efficacem hujus medicamenti in febribus debellandis usum stabilendum & con firmandum, annexemus ultimo loco salutares quasdam cautiones & praecip tiones, quibus rite observatis, non facile quispiam cortice nostro nocebit.

I. Corticem chinæ non exhibere oportet, nisi primis viis, a multa vitiorum humorum faburra, qua scatent, probe prius liberatis; id quod optime fit per salia deterativa, vel sola, in debita quantitate sumta, vel cum accommodato laxante aut emeticu nupta. Neque ad ejus usum, præsertim in majori copia instituendum, facile descendendum est, si abdominis viscera obstructa, vel sanguine & humoribus infarcta existunt, sed prius potius obstruktiones reserentur, infarctusque expediantur, necesse est, quod per potum aquarum mineralium, per salia neutra & amara thermarum & acidularum, per rhabarbarina cum sale tartari vel terra foliata tartari permixta, per juscula cum radicibus & herbis ap- rentibus decocta, per sufficientem mo-

tum corporisque exercitationem efficitur quam optime.

II. Nec facile cura intermittentis cum cortice chinæ suscipienda est in corpore aperte plethorico, cacochymico, ca chectico & hypochondriaco, aut criticis sanguinis evacuationibus suppressis; sed præstat omnino per sanguinis decentes missiones, per elixiria temperata balsamica, pilulas balsamicas polychrestas, interponendo salia neutriss generis amaricantia, impedimenta renoovere motusque istos febribles medicamenti instar ad hæc vitia submovenda aptos impen dere nec repente unquam suppressimere.

III. Majori cautione opus est, si corpora, quibus exhibendum est nostrum febrifugum, viribus sanguineque exau- sta, si animi affectibus obnoxia, si senilia sunt; nec non si ipsa febres in hec cam continuam & lentam inclinant, si alvi obstipationes, urinæ sine sedimento teues incident, si hypochondria tu ment & febris autumnalis vel hyberna per longum jam tempus inhæsit: quod si accedit, expedit potius febribles, si præsto sunt, motus lenioribus evacuantibus & roborantibus blande moderari, donec tandem, quod saepius fit, vel loci mutatione, vel exquisitiori observato vitæ virtusque regimine, vel aere salubri, levi, sereno & calido accidente pa roxysmi sponte conquiescant.

39. Quum ad rectum & salutarem no stri medicamenti usum multam omnino conserat, qua forma, dosi, tempore & sub quo regimine exhibeat, tenendum est:

I. Quod ad formam attinet, ante omnia corticem purum, solidum, bene sapidum nulloque fracido vel vappido odore imbutum eligendum esse. Hic ipse in minutissimum pulverem commi nutus simplex in substantia, sine ullo aliis additamento in quovis vehiculo commodissime datur. Si quis autem hunc pulverem reformidet, cum sola aqua & saccharo in electuarium redactus deglutiiri potest. Testari ego sane certa explorataque fide possum, me ef ficaciorem semper præstantiore que ani madver-

madvertisse hunc corticem simplici hac methodo exhibitum, quam multis aliis ingredientibus permixtum varieque hinc inde mutatum. Ubi manifesta ventriculi adest imbecillitas cum fastidio pulvrem assumendi, in insulo cum aqua vel vino & ad gratum saporem cum pauxillo cinnamomi parato in forma potus Thee, facta pro lubitu edulcoratione, calide vel etiam frigide ad decentem quantitatem sumatur. Dein, si febris biliosa magno cum æstu juncta urget, ejus pulverem cum quarta nitri purificati parte remixtum exhibere præstat. Ubi vero ob obstructionis & viscerum a viscidis & crudis humoribus infarctus suspicionem major ab eodem adstrictio metuenda est, in forma vel solida vel liquida salia addenda sunt lixiviosa, & in primis alcalina, quæ adstringentem corticis nostri virtutem egregie corrugant & cicurant. Potest hac ratione extemporalis liquor parari roborans & antifebrilis securissimus, quando uncia una corticis chinæ & salis tartari drachmæ duæ in aquæ cum vino dilutæ libra una coquuntur. Denique ego quoque in arte exercenda ad domandos febrium insultus optimo cum successu usus sum sequenti electuario: Rec. Rob Sambuci unciam unam, cortic.chin.drachmas VI. extracti fl.chamomil.vulg.nitri depurati, antimon.diaphor.singulorum drachmam unam semis, julepi rosarum q. s.

II. Quoad dosis hujus specifici hæc monenda duxi: quod excessiva valde quantitate ad drachmam unam vel ultra pro una vice nunquam sit exhibendum; sed longe erit consultius, diversis vicibus unum alterum tantummodo scrupulum die intercalari, finito paroxysmo, intra trium horarum spatium, sufficien tem superbibendo vel aquæ, decocti, brodii, vel cerevisiæ quantitatem, inter cibum quoque porrigerre. Mirifice autem operationem hujus medicamenti adjuvat motus & exercitatio corporis, qua saluberrima ad febrem fugandam perspiratio insigniter promovetur & omnis suspecta adstrictio aut humorum coagulatio prohibetur.

III. Tempori prospicitur, si curæ ad minimum per unam hebdomadem, dicta ratione insistimus. Tum sublata febre & appetitu redeunte semel quotidie, ac demum alternis diebus dosis nostri corticis capienda erit.

40. Sequuntur adhuc aliae in cura febris per hunc corticem necessario tenendas cautions:

I. Durante usu, quando alvus adstricta, ea primum non nisi cylstere emolliente & leniter stimulante officii admonenda; haud vero tentanda per purgantia, ne recidivæ accedant, eo quod horum usu perspiratio retrahitur & humorum exerementitorum affluxus ad intestina revocatur. Postea vero manna cum tremore tartari locum habere potest, nec non pilulae balsamicæ Beccarianæ, Stahlianæ, vel nostræ, cum sale quodam aperitivo, intermedio tempore & sub finem propinatae, ita tamen, ut post alvi subductionem, semper item exhibeatur dosis electuarii.

II. Discendente demum penitus febre, corpus aliquandiu in libera perspiratio ne adhuc fervandum, aer gelidus, venti boreales & septentrionales, nec non omne externum frigus, loca humida, vappida vitanda, & usurpanda elixiria amara, stomachica, roborantia, uti est elixirium nostrum quæ mane, vel in prandio sumta, non modo ventriculum roborando, sed excretionem per cutis poros fulciendo, egregie prosunt.

41. Ultimo loco non possum, quin peculiare, quod dissertatio hæc experta est, datum commemorem. Prodiit videlicet Froncofurti ad Viadrum dissertatio, de cortice chinæ noxio licet recto usu in febribus, directe nostræ opposita, in qua auctor intempestivo contradicendi studio jam tum satis clarus chinæ corticem, licet summa cautione usurpetur, infidum, suspectum & in se noxiū esse medicamentum multis, sed plane frivilis & inanibus rationibus affirmare omni conatus contendit. Contra hæc quædam ex professo movere vix operæ pretium duxi, quoniam in arte periti & recte judicandi facultate prædicti viri sterile & inane

inane contradictionis argumentum cum præjudiciis pariter ac affectibus junctum sponte deprehendere poterunt. Nihilominus in gratiam juniorum medicorum, qui facile diversis opinionibus confunduntur, perpœca hoc loco monere & attingere placuit.

42. Omne earum, quæ in memorata dissertatione in contrarium adducuntur, rationum momentum unice hypothesi notissima Stahliana innititur, animam rationalem motus febiles salutarem in finem, ad causam febris e corpore eliminandam institueret, qui nullo modo, præsertim adstringentibus, inter quæ præcipue cortex chinæ referendus est, sint cohibendi. Quum vero in ipsa hac nostra dissertatione jam satisfactum fuerit huic opinioni; eo magis sane miror, auctorem veritatem facti, sive experientiam innueris casibus & exemplis a Medicis non modo Germania sed aliarum quoque nationum peritissimis fideque dignis, per longum annorum spatium diversis temporibus adstructam & comprobatam, corticem videlicet Peruvianum in chronicis febribus, quæ nulla alia arte expugnari poterant, felicissime & sine ulla noxa fuisse adhibitum, sola hypothesi minus adhuc probabili in totum negare penitusque rejicere conari. Est enim a vera philosophandi methodo prorsus alienum, solis sibi mente fictis hypothesibus vel rationum momentis experientiam estimare, aut medicaminis salutarem usum metiri velle, cum potius, si ordine procedere velimus, veritas facti prius consulenda sit, & tum demum rationes inquirendæ hypothesesque applicandæ veniant. Quapropter, Dominus Auctor dissertat. quod ipsi incumbit, demonstrat, corticem nostrum, etiam caute & circumspecte adhibitum in febribus indistincte omnique tempore damnum attulisse. Quod meam attinet experientiam, ego quidem, qui ultra quinquaginta & quinque annos, in diversis locis idque primum in Westphalia, ubi corpora crassis succis sunt referta, morborum curationibus vacavi, certa fide affirmare possum, a cortice

chinæ prudenter, & non adeo magna dosi dato me nec immedicabiles morbos, nec facile recidivas, si exacta accelerit vitæ ratio, observasse, ut potius conspicuum inde & fecurum effectum animadverterim. Id quod in meo ipsius corpore expertus scribo, quippe ter per ætatem meam febre intermitente pertinacissima detenus, omnibus aliis incassum adhibitis remediis, solo corticis nostri usu integræ restitutus sanitati fui. Econtrario vero suscepit ab aliis Medicis sine cortice chinæ aut cascariæ febrium intermittentium curationes satis superque me docuerunt, quod non ægri lolum sat diu macerati, verum etiam sè penumero in graves pallas chronicas præcipitati fuerint; immo, quod mirandum, ipsos ejusmodi contemtores ad nostrum remedium, quasi ad ultimum refugium, sèpè coactos vidi.

43. Sed ut ex ratione quoque pateat, an ita sit, ut falso dicitur, corticem chinæ etiam recte usurpatum febiles quidem motus propter vim suam adstrictivam deprimere, neutquam vero causam febris tollere, necessarium erit, ut ipsum operandi modum hujus corticis penitus paulo inquiramus. Gaudet vero hic cortex particulis fixioribus, terreis, gaudet adstringentibus & amaricantibus suis, quibus virtutem suam febrifugam exercere debet. Quis autem saniorum est, qui non perspiciat, in his ipsis chinæ principiis aptum natum, si decenter usurpetur, contineri remedium, ad subtilem bilis acrimoniam causticam, a qua maxime epidemice graffantes tertianæ oriuntur, in primis ad sanguinis massam aut ex hac ad genus nervosum delata universum nervorum systema ad truculentas tractiones spasticas irritet. Deinde, quum roborans chinæ principium, qua partes relaxatas intendere, & a tono dejectas firmare valet, inter omnes plane constet, quid mirum est, quod auctiori reddito, præsertim die intercalari perspirationis negotio, novo paroxysmo materiam præbentes

bentes reliquiae e corpore eliminantur & hac ratione totius febris impetus optime evertatur.

44. Nunc quidem ultro largimur, medicamentum hoc perverso plane modo exhibitum, nullo ad plenariam morbi historiam, ad individui naturam, constitutionem internarum partium, ad causam febris aliasque morbosas dispositiones & res circumstantes, ad tempus, ordinem & dosin, habito respectu, insignem corpori noxam, imo majora, quam antea fuerunt, mala afficare posse. Sed nihilominus, quum ita, ut supra docuimus, argumentari haud liceat, sponte exinde sequitur, corticem nostrum redi usu prodeesse, iniquo nocere. Cujus ratio in eo consistit: si quando in majori & sepius continuata dosi data china obstructions minimorum vasorum in visceribus & copiam viscidorum humorum in corpore ob fibrarum motricium crassitatem & inertiam male dispositio offendit, hoc casu omnino propter vim ad strictivam & simul incrassantem malum augere & graves chronicas excitare passiones valer.

45. Atque haec sunt, quae in praesertiarum exponere placuit, eum maxime in finem, quo omnibus constaret, chinæ corticem, non tam spectum & per timescendum in febribus aliquaque morbis esse remedium, ut perperam a quibusdam creditur, sed tutum, efficax & innocens, modo accedit medens, qui cum judicio & ratione sua perficiat, nec ea propter noxam subinde emergentem medicamento, sed vel perverso usui, vel erroribus ægrotantis, vel etiam neglectæ reliquiarum remotioni, merito esse tribuendam. Is autem, qui præcepta rationalis Medicina non ad amissim callent, auctor suasorque sum, ut ab omnibus heroicis pharmaceis, & hoc etiana cortice, penitus abstineant, ne plus noceant quam profint.

DISSERTATIO V.

DE PURGANTIBUS FORTIORIBUS EX PRAXI MEDICA MERITO EJICIENDIS.

§. I.

Quod multi ægrotantium ex mendentum imperitia pereant, qui poterant servari, res proh dolor! per sollicitam peritiorum observationem est certissima. Delinquunt autem potissimum in eo, quod non motus naturæ conformes, quæ optima morborum medicatrix est, administrent, dum vel præter necessitatem nimios provocant, vel utiles intempestive sistant, quo circa magna requiritur prudentia in exhibendis iis remediis, quæ insigni potentia prædicta sunt, vel motum fortiorem provocandi, vel eundem cohibendi. Peccatur in eo ferme toto die: per pauci enim sunt, qui validissimis & heroicis hisce recte & convenienter utuntur. Passim enim tristissima exempla a longo tempore litterarum monumentis prodita loquuntur, ab improvide propinatis opiatis, purgantibus, vomitoris, mercurialibus & volatilibus, multos ægrotos vel in ipsam mortem, vel in extremam miseriam & perniciem suiste conjectos. Unde omnibus, qui praxin exercere cupiunt, hoc sedulo & perpetuo inculcandum, ut cum hisce memoratis cautissime agant atque mercentur, nisi homicidiis crimine conscientias polluere velint. Hoc autem deplorandum est, quod quo periculosiora existunt, eo frequentius idiotæ & imperitissimi temerario & nefando ausu, sine ulla prudentia in usu promissimo illa habeant: cum tamen, si exactius paulo expendimus, rarius ipsa in praxi locum inveniant, utpote ea naturæ microcosmicae indoles est, ut non cogi sed duci velit.

2. Verum enim vero, non majores & frequentiores in praxi committuntur errores, attenta experientia teste, quam per

per purgantia validiora & draistica, quibus multæ ægritudines, vel in pejorem statum labuntur & exacerbantur, vel plane immadicabiles & funesti fiunt. Persuasio enim vulgo est perniciosissima, quasi noxiæ humores ex corpore fortiori purgatione optime possint eliminari, hinc non saltim præservationis causa, sed & curandi fine sine vehementi purgatione nihil solidi præstari posse existimat. Peritus autem & prudens Medicus, qui causas morborum scrutatur, & methodum, qua natura adversus morbos propugnandos utitur, callet, per facile videt, iis rarius vel plane nunquam utendum esse. Placuit itaque pérutile hoc thema in præsenti ventilare, & folido ratiocinio nec non irrefragabili experientia demonstrare, quod vehementioribus purgantibus penitus fere carere queamus in praxi.

3. Cum itaque nobis propositum sit hac disquisitione noxam & violentiam catharticorum vehementiorum exporre, & quod plane ab hisce infecuris abstinere possimus, ostendere, non abs re judico, ut recenseamus & denominemus ea, quæ sub titulo horum velimus intellecta. Dicimus itaque, per potentia & draistica cathartica nos ea significare, quæ in parva dosi celeriter & fortius humores per fecesum vel alvum educunt, cum ventris tormentibus viriumque lapsu. Ad hanc classem autem referimus nominatim colocynthidem, euphorbium, elaterium, succum & corticem rad. esulæ, helleborum alb. scammonium, g. guttae, grana tilli, jalapæ resinam, helleborum nigrum, turbit, quorum usum vel plane nullum, vel minori dosi & corrigenti associatum esse debere statuimus.

4. Ut autem hanc nostram sententiam firmissimis rationum solidarum momentis corroboremus, primam rationem desumere placet ab eo, quod hæc recentita pharmaca, virulentum, quo agunt, in se custodian principium. Videlicet, medicis audit hoc venenum, quod brevi tempore adeoque celerrime in exili dosi economiam motuum vitalium in corpo-

re nostro turbare & pervertere aptum est. Quod attinet ad materiale principium venenorū, hoc ipsum maxime consistit in eo, ut sit indolis valde activæ subtilis, penetrantis, adeoque maximam potentiam & efficaciam motus inse contineat, deinde ut sit sal causticum, quod intime in poros etiam angustissimos membranacearum & nervosarum partium sese insinuat, & vehementi irritatione, istius principii, quod regit & movet machinam nostram, nimias & inordinatas motiones provocat, quibus postmodum totus motuum naturalium ordo, & inde dependens usus & functio partium conturbatur & evertitur. Etenim, si ad examinis incudem revocare velimus venenorū, ex quibus partibus constent, mixtionem ac crasis, comprehendimus, eorum operationem a tenui penetrante sale sulphureo caustico dependere, uti arsenicum, mercurius sublimatus, antimonii vitrum: ex animalium regno: cantharides, morsus tarantulæ, viperarum, canis rabidi, vel miasmata peste vel aliis contagiosis morbis infectorum: ex vegetabilium regno, cicuta, napellus & variorum fungorum species hoc diserte testantur.

5. Jam vero, si paulo accuratius perlustremus purgantium dictorum elementa activa, non nisi sal tenuissimæ indolis, causticæ, septicæ invenimus, quod irritando, inflammando, spasmodice convellendo sensibiles corporis nostri partes exercet, hoc est, quod virulentum effectum habet. Primo autem, quod sit volatilis & penetrans naturæ purgantium principium, ex eo patet, quod eorum virtus non modo in ventriculi regionem, sed & in sanguinem immo remotissimas partes transeat. Non enim ignotum est, lacte nutricis, quæ purgans assumit, ipsum infantem purgari. Deinde sternutationem, ptyalismum, itaq. stimulum quandoque immodicum ad venerem ex purgante assumto ortum fuisse variis observationibus proditum est. Memorabile est, quod refert hanc in rem LENTILIUS Part. I. pag. 174. dum Illustris Comes, quoties-

cunque assenserit electuar. lenitum ex tamarindis, maricostino, hermoda-
ctylo constans, semper ultra 20. sternu-
tationibus vexatus fuerit. Tacemus,
quod convulsiones epilepticæ, singultu-
ſæ, cordis palpitationes, anxietates præ-
cordiorum summæ, & efflorescentiæ in
uite varia satis superque demonstrent,
activitatem hujus principii intime cum
succis corporis misceri. Notum etiam
porro est, in quantum suam vim exte-
rius tantum adhibita in corporis interio-
ra evibrent. Veteres pedes suos decocto
hellebori lavantes per alvum se purga-
bant, ut habet HEURNIUS Com-
ment. in Hipp. Helleborum fonticulis pro-
mundificatione impositum per vomitum &
alvum purgare testatur WALÆUS
meth. med. pag. 124. Per unguenta ex col-
ocynthide composita & umbilico inun-
cta purgari posse infantes, imo etiam
adultos, in vulgo notum est. Ulterius
subtilitatem & exiguitatem principii,
quod in purgantibus residet activi, &
odor gravis, & diffusus diuque perseve-
rans ex gustu minime portionis, na-
seosus & molestus sapor in lingua claris-
fime evincit.

6. Causticæ autem quod purgantium
elementum sit indolis, irritatoria &
inflammatoria efficacia, quam diversimode
in corpus exserit, clarum facit. For-
tis sternutatio, si naribus tenuis saltim
horum purgantium portio attrahatur,
irritationem satis vehementem arguit.
Externe paralyticis partibus applicari so-
lita cataplasma ex purgantibus actiori-
bus concinnata vesiculos & pustulas ar-
dentes copiosas progignunt, manifesto
indice inflammatorio-caustica virtutis.
Tormina truculenta & spasm̄i intestino-
rum & exinde proficentes nonnun-
quam graves dysenteriæ, alvique flu-
xiones, a nullo alio fonte, quam ex
principio caustico irritante & vesicatorio
dervari possunt. WEPFERUS in Hist.
Gic. aqu. p. 220. & seq. curiosis experi-
mentis catharticorum & speciatim hel-
leb. albi & magist. gialap. inflammatio-
nem vim demonstrat: ipse enim catel-
lis cum lacte hæc propinavit dosi certa;

& secuti mox fuerunt vomitus, convul-
ſiones & mors. Sectio facta ventri-
culus inflammatus & tenuia intestino-
rum maculis rubicundis hinc inde notata
fuerunt. Similia effecta conspicere licet
in iis, qui arsenico, vel corrosivo vene-
no perierunt, quod patet per consensum
variarum observationum; hinc præce-
dente experimento clarissime adstruitur
virulenta in purgantibus qualitas.

7. Denique, perniciale inesse vim
purgantibus vel ex eo intelligitur, quod
etiam sana & robusta corpora graviter
ab iis assumptis afficiantur, unde HIPP.
sect. 2. art. 57. prodidit: Qui sunt sano
corpo dum purgantur, celeriter exsol-
vuntur; rationem addit HEURNIUS,
quia medicamentum frusta exhibuit
liquefacit & consumit ea, quæ morbo re-
fistunt, i. e. partes solidas atterit. Nul-
lum enim remedium observatur tam ve-
hementer vires convellere & consumere,
quam drasticum purgans, idque non tam
ratione evacuationis, quam ratione vir-
ulentiæ, quam partibus nostri corporis
& solidis & fluidis infert, unde appeti-
tus pervertitur, urina turbatur, pulsus
fit major, lassitudo inducitur: qua de re
judicandum, si robustis corporibus tam
graviter noceant, quod multo magis of-
fendere debeant infirmos & morbo op-
presso. Quod autem partes tenues septi-
cae, causticæ purgantium in sanguinem
transmissæ ejus massam ac crasin, nec
non spirituum indolem insigniter altera-
re & corrumpere possint, manifestissi-
me corprobat dispositio prava corporis,
quam ex iis contrahit Auctor variorum
affectionum. Non est de nihilo, quod
vulgs adeo pertimescat, si quando
pharmacum minus operetur, ne viru-
lentia per moram contracta & derelicta,
postquam diu in corpore delituit, tan-
dem affectus aliquando malignos produ-
cat. A tali occasione interdum patho-
mata quasi leprosa excitari, scribit
WILLISIUS, qui Pharm. rat. sect. III.
c. 1. in hujus rei memorationem memo-
rabilem refert historiam: Oxonieasis
cujusdam filii duobus pulvis catharticus
ab empirico exhibitus fuerat, unus co-
rum

rum spatio 48. horarum centies ad minimum cum torminibus & magna spirituum fatiscentia purgabatur: alter autem aetate paulo majore nullam habuit sedem, verum intra paucos dies capilli ejus decidebant, unguis nigrabant, insuper & brevi postea pustulae aquosae in toto corpore erumpabant, quibus continue in scabiem crustosam induratis & subinde residentibus statim novae repululabant. Cujusmodi affectus ob sanguinis crasis summe vitiatae & quasi venenatam nullis remedii cedens ultra biennium, antequam sanari iterum potuit, misellum istum gravissime exercebat.

8. Tandem, virulenti principii energiam abunde accusat summum damnum ad mortem etiam quandoque dicens, quo creberrime afficiuntur illi, qui utuntur drasticis istis catharticis. Quamvis autem hanc in rem complures a me notatae observationes possent adduci, sufficiet tamen paucas easque notabiles h. l. attingere. Aliquot abhinc annis continebat hic loci, quod chirurgus assumeret purgans ex G. guttae, diagr. sulphurati an. gr. 12. resin. Jal. gr. 8. & tartari scrupulo uno compositum, dejectit inde 10. viibus cum magna virium jaetura, torminibus ac siti. Circa vesperam ad eam extinguendam deas mensuras cerevisia Martisb. potabat. Mox ab eo tempore percipiebat naufragium, anxietates praecordiorum, abdominis intumescentiam, in eo rosiones, sitim, calorem p. n. faucium inflammationem, virium sumum defectum, quibus per 14. dies conflctatus, frustra omni medicina adhibita, extinctus fuit. Et quod memorabile, duo adhuc alii chirurgi eodem anno, unus ex vomitorio, alter ex purgante sumto vita privati. Ex qua historia discimus, ventriculum & intestina, ceu partes summe sensibiles a veneno purgantium corrosivo, texturam sensibilissimam admodum contrario facile periculofissime inflammari posse, praesertim quando frigidus potus, qui vires stasi inflammatrice humorum semper addit, accedit.

9. Novi etiam in praxi multa exem-

pla, ubi non modo adulti sed & infantes a laxativis ex foliis sennae & rhabarbaro paratis per longum tempus sese male habuerint, appetitus & virium dejectione, calore p. n. diu perseverantibus, aliis eruperunt exanthemata per cutem. Merentur huc adduci casus quidam maxime notatu digni ex inconsiderata purgantium exhibitione oriundi, quorum mentionem faciunt Eph. N. C. Dec. III. A. IV. Obs. II. Quædam lanionis vidua in contumacissima mensium suppressione ab opilione drasticum quoddam accepit catharticum, & tantum non ob ejus vehementiam ad patres abiit. Itidem puella quædam Witemberge An. 1692. intempestiva matris sollicitudine ab agyrtæ vehemens purgans sumere cogebatur, quod atrocitate sua misellam ita exagitavit, ut intra paucas horas extrema liverent & frigerent cum naso, supervenirent tormina & jaftitationes, ipsaque eodem die periret. Sic & studiosus a balneatore purgans acceperat, cuius tanta erat vehementia, ut non solum post 100. & plures dejectiones sincerus promanaret sanguis, sed & extrema frigerent, supervenientibus etiam lipothymia & convulsionibus; ægre tandem in amicitiam cum sanitate rediit. Notatu quoque digna sunt quæ scribit COBERUS Obs. 3. p. 16. ubi ait: Plures & in his magni nominis heroes ex intempestive assumitis purgantibus in graviores morbos & mortem ipsam præcipites datos fuisse scimus: cum scil. turgens materia catharticis irritata bilis acredine intestina vellicans & pungens, primo diarræas, tandem dysenterias lethales excitaset. DOLÆUS in Encycl. chir. Lib. V. cap. 9. §. 19. hæc assert. Novimus exemplum, quod viro 40. annorum scabioso pulveris jalappa scrup. 1. cum creme tartari scr. semis fuerit exhibitus; eodem mane quo assumerat mors subsecuta est.

10. Verum enim vero, scammonia & ex gialappa parata, tametsi vulgo credantur secura & tuta purgantia, nihil minus tamen & hæc ipsa caustico virulento, naturæ humanæ hostili principio

cipio imbuta sunt , attestantibus id ipsum observationibus . Placet ex pluribus ea que scribit THONERUS Obs. p. 357 . huc afferre , sequentis argumenti : Bonâ fide afferro mihi cognita utriusque sexus exempla , quibus dyagryd cum sulphure licet preparati , & ut opinio correcti , gr. IX. ad XIII. tantum cum vi no exhibita tam enormem hypercatharsin excitarunt , ut de vita periclitari & veriti , ne cum excrementis ipsam etiam animam exterminarent . Quidam medicus cuidam feminæ primariae illius scammonii cum sulph. preparati gr. 21. haud pridem prescripsit , tanta cum hypercatharsi illa ~~etiam~~ ~~est~~ evacuata , & ita debilitata , ut vix se recolligere potuerit . Cum ego ante 20. annos Advocato cuidam Ulmensi , corpore alias sat robusto praedito , eff. scamm. gr. X. tantum obtulisse , hypercathartis sat gravis caussata . Percontanti de nomine medicamenti cum respondisset , appellari scammonium , ille haud inscite regessit , rectius *Sobelmonium* (nebula nem intelligens) nuncupandum , ob exorbitantem operationem .

11. Notari non minus digna sunt , que passim clarissimorum virorum monumentis tradita reperiuntur de jalappa . Sic ex Eph. Germ. Dec. II. A. 7. Obs. CLXII. discimus , quod resina jalappæ dissoluta in quinta eff. MATTHIOLI vel elixir citri , & rotul's manus Christi vel syr. ros. edulcorata , licet non ingratiorem sua gratitudine apud multis praefitterit operationem , tamen & per plura exempla infelicem post se traxerit eventum , nimirem vomitus largos , aut tormenta summe laciniantia , aut plane hypercatharsin ; imo memorat ibidem gravissimus Autor , quod vide rit generosam feminam , quæ biduo post idem assutum ac toleratos dolores fere intolerabiles abdominis & copiosissimas excretiones alvi , pati demum coacta fuerit convulsiones epilepticas aliquot septimanis durantes , & quidem adeo , ut vix morti erecta fuerit . Idem alias gratissimum purgans alteri cuidam tormenta creavit miseranda , & quidem sine

ulla excretione fecum purgatoria ; verum tertio tandem die sola per alvum excreta resina in globulum compacta & incrassata . Huc etiam trahendum quod HARDERUS Obs. anatomico-practicis p. 268. memorat : Mirari subit , pulvrem rad. gialapp. quibusdam sèpius exhiberi , ceu dydragogum ad serositates evacuandas utilissimum & aptissimum ; notavimus tamen dejectiones creberimas inde subortas cum siti . Et Excell. WEPFERUS Hist. cicut , radicem hanc notissimam inflammatoriam quoque esse eruditè demonstrat . Et porro scribit : Ex extr. cathol. cum mercurio dul. in pill. forma assumptione frequentissimi ipsi dejecimus cum subsequente febre synocha . Vir alius 30. circiter annorum ex el. de succo rosar. quod chirurgus imprudenter propinavit , ipseque incautus hau sit , vomuit immaniter & creberime per inferiora deject per triduum fere , concomitantibus primum horrore ac frigore , hinc nausea , singultu , deliriis , urgente juxta siti , viriumque prostratione , extremisque ad attactum frigentibus . Ex dictis & adductis liquidissime elucescat , virulentæ particeps esse elementum , quo fortiora purgantia operantur , adeoque infœcra & periculosa esse remedia . Verum enim vero , inflare quis posset , in ipsis emeticis , præfertim antimoniatis , simile quid virulentæ , septicæ , causticæ indolis deprehendi , que tamen ceu generosa magnifica fama remedia ab omnibus temporibus habita fuerunt , & quibus in praxi vix possumus carere . Quibus respondeamus , nos neutiquam negare & ipsa vomitoria agere principio irritativo naturæ humanae plane adverso venenatoque at vero non ita nocivum est corpori , quam illud , quod operationis causa in purgantibus inest . Ratione in promptu hanc habemus : est emeticorum materia magis spirituosa , sui juris , non involucro fixi vel viscidi principii obducta , uti est purgantium , quare non modo statim , antequam accedat in sanguinem vel per os evacuat , vel delata ad fluores vitales facilius transpirat : secus autem se res

habet cum purgantibus, quorum principium tenue quidem & causticum est, involutum tamen resinoso viscoso vehiculo, quod vim spirituosa elasticam texture sua ne facile aufugiat complectitur. Unde etiam pendet ratio, quare non dentur aquæ destillatae purgantes, quoniam per alembicum non transit elementum illud viscosum, quod vim purgantis continet, qua de re fusius legi meretur PECHLINUS *in tract. de purgantibus* & *obs. 58. 59.* Igitur patet, posse diutius purgantium perniciem vim in succis humani corporis permanere, majoremque noxam inde esse expectandam quam ab ipsis emeticis.

12. Altera ratio, quare in medicina facienda omnium validorum, sive veteres nonnulli loquuti fuerunt, eradicatiorum vacuantium usum dissuademus, est quod motus violentos in corpore efficiant, i. e. humores ex una parte in alteram impetuosissime commoveant, circulique æquabilitatem & liberum transitum vehementer turbent. Videlicet, quando placidus, liber & æquabilis sanguinis per omnium partium tubulos cursus est, universum adionum vitalium sanitatisque negotium recte sese habet; simul ac vero hic motus sanguinis liber impeditur, aut inæqualis fit, actionum vitalium status mox turbatur & pervertitur & morbus præsto est. Jam autem nihil magis motum regularem placidum sanguinis evertit & crux translatio ad partes quasdam impetuosas efficit, quam spasmos. Hoc enim constringitur musculosa & membranosa partis substantia, & inter hanc interiacentes tubuli comprimuntur, quo fit, ut denegato sic libero transitu sanguis in alias partes copiose & impetuose irruat, ubi stases, infarctus, distensiones, apertiones efficiendo causa & fons est dolorum, inflammationum, hemorrhagiarum, variarumque fluxionum, nec non sensus, motusque in partibus aboliti. Cum autem purgantia fortiora sale suo caustico intestinalorum tunicas nerveas violenter vellicante spasmos in abdominis regione inque magno intesti-

norum capale & mesenterio vehementer efficiant, testantibus id tortuibus & roloibus, quæ perpetui spasmorum intestinalium comites sunt; perfacile apparet, purgantia, præsertim in corporibus sanguine & succis impuris repletis, gravia machinari posse pathemata.

13. Propter violentum autem quem injiciunt spasmum, primo tonum ventriculi & intestinalium valde lœdunt, unde etiam ii, quos purgantia fortiter exercuerunt, diu laborant appetitu defecto & digestione alimentorum depravata, id quod jam suo tempore notavit CELSUS *Lib. II. p. 90.* dum scribit: purgantia stomachum lœdunt. Deducimus quoque ex lafo intestinalum tono ad strictionem alvi, quæ a fortii purgatione diu cum maximo sanitatis incommmodo remanere solet. Et observavimus sepius in praxi, quod sani, qui vehementius pharmaci ventrem præservationis ergo agitare consuescant, ad flatulentias & colicam passionem disponantur; unde non sine magna ratione ipse HIPPOCR. *aph. 16. lib. IV.* purgationem periculosam dicit esse, qui sunt integra valetudine, & addit in cunctem aphorismum HEURNIUS sequentia: Vidi sanos, quos in perniciem traxit solum simplex que apozemia purgatorium ex fumaria cum lenna fol. temere exhibitum. *Mis. Dec. II. A. VIII. Obs. 72.* mentionem injiciunt rustici robusti, annorum 40. alias sani, qui ex pyris sylvestribus in tantam alvi stypticitudinem incidunt, ut nullo purgante referari posset. Quin imo, purgantibus fortioribus assumitis non solum in abdomen ingentes dolores & contorsiones sensit, verum etiam intestinalum rectum ad spithamæ longitudinem ad extra protrusum fuit, constipatio alvi se. nper permanente ad 40. dies. Superveniebat inflammatio, gangrena & inter mille tormenta mors. Etenim magnus error est, alvum constrictam purgantibus solvere, docet enim praxis, si a principio acidoterreo, vel a spasko orta fuerit alvi stypticitas, sicuti evenit in hypochondriacis, quartanariis, hysteris feminis, vehementissima purga-

cia nihil operari, sed potius termina ventris augere, & vires deijicendo mirum in modum nocere. Tali in cœlo potius mucilaginosa, oleosa, & quæ relaxant spasmus contractas fibras, alvum expeditam & lubricam reddunt.

14. Propter eandem causam, nempe spasmum intestinalem & mesenterii, a purgantibus, tumores aquosi abdominis sepius in crescunt & augmentum sumunt, id quod plus vice simplici observavi. Ita quoque referunt *Eph. N.C. Dec. III. An. IV. Obs. XI.* civem Wittenbergensem post suatum a circumforaneo purgans drasticum, incidisse in hydrozem ascitem & agre tandem valetudini pristinæ restitutum fuisse.

15. Propter spasmum, quem faciunt purgantia acriora, paralysis non raro quoque invadit. Notum enim est, quod paralysia ex colica, quæ paresis dicitur, frequens sit, quoniam nempe propter spasmos in intestinis & vicinis partibus non tantum per consensem afficiuntur nervi, verum etiam humores redundantes impuri motu illorum libero per abdomen impedito in cerebri medullam irrituant, ibique subsistentes hunc affectum procreant. Eodem modo ex terminibus & spasmis a purgantibus excitatis malum paralyticum prognoscitur. Ita ante aliquot annos hic loci semina obesa resinx gial. XII. gr. ad purgandum assumebat, & paulo post paralysi totius dextri lateris corripiebatur cum aphonia, stupore mentis & maximis intellinorum terminibus. Rein. SOLENANDER in consiliis refert: multos in una latere paralysi liberatos, si a principio fortiora purgantia exhibita fuerint, humoribus exagitatis, etiam in altero paralysi tentatos & tandem extinctos. Ita etiam vir 40. annorum antea podagra & impetigine vexatus, postea autem ab his liber, nisi quod tempore autumnali gravissimo aliquando corriperetur catarrho cum febricula quadam, assumto purgante ex G. guttae, mox incidit in paralysi dextri lateris cum dolore in occipitio. Post duos menses insultu corripitur apoplectico & moritur. Quod autem

purgantia spasmo agant & infensa machinæ micro osmice sint, velex eo clarissimum evadit, quod, qui moriuntur ex purgatione, teste HIPPOCRATE, convulsione pereant. Exemplum insinuat ipse HELMONTIUS, ubi Marcho scrupulo uno Helleb. alb. sumto convulsione totius corporis periit.

16. Tertia ratio quare purgantia fortiora exitiosa & inimica naturæ humanæ censenda sint, hæc est, quod defraudent sanguinem sero & lymphatico succo, cujus tamen præsentia non modo ad sanum statum conservandum, sed & ad morbos curandos summe est utilis. Res nempe extra omnem dubitationem posita est, circulum sanguinis esse fundamentum sanitatis, & omnis curatio nis morborum: auctio enim circulo sanguinis stases humoresque resolvi, obstructiones referari, viscidum attenuari & omne superfluum & molestum per debita evacuatoria eliminari, nemo in dubium vertit. Certe & porro est, quod circulus sanguinis imminutus sit causa omnium morborum acutorum & malignorum, quorum nempe causa generatur intra corpus. Ad circulum autem sanguinis fluxilitas summe est necessaria, quæ dependet ab elemento aquo; sanguis enim ex vena animantis emissus duplice constat substantia, una solida, altera fluida: solida est illa rubicunda, fibrosa, quæ sicca in cucurbita remanet, quando sanguis per Mariæ balneum distillatur, & hæc est paucissima, copiosa autem aquæ, adeo, ut una pars sit sicca, decem autem humidæ, quæ vehiculum sicca, sulphureæ rubicundæ terrestris partis est & efficit, ut hæc solida moveri possit per angustissimos corporis canaliculos. Si itaque abundet crassa & sulphurea terrestris solida sanguinis substantia, ut ne sufficienti aquæ quantitate diloi possit, gravissimiis iisque chronicis affectibus via panditur: stases enim, obstructiones emunctoriorum, & inde motus spasmmodici violenti fiunt, quos non nisi magna copia aquarum ingesta in corpus vel mitigare vel tollere possimus; quare perspicua est ratio,

quod in morbis rebellibus & chronicis curandis nunquam satis laudandus sit usus thermarum, acidularum aquarum salubrium, infulorum hb. Thee, veronicae, scordii, betonicæ, & cur potus congrui liquidi copiosus in curandis morbis acutis febribus, inflammationibus avertendis, morbis chronicis, egregii sit usus. Ex eo, quod jam adduximus clarissime perspicere posse arbitror, purgantia, quoniam evacuant plus justo serum tam utile, maxima damna inducere posse.

17. Hactenus magnis rationum ponderibus stabilivimus exitialem potentium pharmacorum usum in medicina; e re praesenti fore arbitror, auctoritates & testimonia veterum, nec non recentiorum quorundam in medium afferre, ut iis roborata veritas eo minus dubitationis pemes prudentem practicum relinquit. Primus autem sit PLUTARCHUS in *præc. sanit.* quem citat BEVEROVICHIUS p. 185. qui ita scribit: Purgationes ventris per medicamenta turpia redundantia remedia sine magna necessitate non debent usurpari. Alvi conturbationes ubi medicamentis corrumperunt atque liquantur certi humores, plus addunt superflui, quam educunt, & siicut Græcus gravissime erraret, qui Græca in urbe turbæ multitudinem moleste ferens Arabibus & Scythis convenis urbem impleret: ita nonnulli longissime a recta ratione absunt, qui ejiciendorum e corpore redundantium humorum causa, qui familiares & corpori consueti, in corpus injiciunt coccus gnidios, scammonium aliaque medicamenta a temperie corporis aliena, & seva, ac que expurgari debeat potius, quam corpus purgare possunt. Quibus verbis gravissimus Auctor vult innuere, purgantibus istis vehementioribus & virulentis in corpus assumitis plus addi ipsi materiae peregrinæ hostilis e corpore potius eliminandæ, quam quod materiam peccantem e corpore evellant.

18. Ipse magnus medicinæ parens HIPPOCRATES in tractatu de purgantibus hoc aureum litteris mandavit: medicamentorum purgantium res non ita

se habet, quemadmodum vulgo putatur: eodem enim medicamento purgantur & non purgantur; quandoque vero alia purgat, quam quæ purgare solet aliquando nimium purgat, aliquando ea, quæ debet, facit, quare fieri non potest, in quis purgantibus confusus ea temere exhibeat. Hisce magnus Vir abunde declarat, quam intutum sit purgantia trahere in ulsum medendi fine, & quam parum ipsis fidere debeamus, dum præter intentionem medici ea non faciunt, qua facere debebant. Et lib. II. aph. 57. ait: Plurimum evacuare vel quo vis alio modo corpus temere movere periculosum. Omne enim nimium naturæ bellum indicit. Ipse CELSUS damnat etiam validas purgationes. Hinc lib. II. c. 12. hac habet: Alvus si vehementius fluit, aut sanguis ducitur, hominem infirmat: ergo nunquam in adversa valetudine medicamentum ejus rei causa recte datur. HELMONTIUS, *acutus Scriptor* venenosam laxantium & purgantium vim incusans sequentia prodit tractatu, cui titulus: *respondet Auctor*: Solutivum virus adhuc tantisper ac in stomacho detinetur, putrefacit, & contaminat, quicquid in mesenterio eminus, ad melhores usus, erat depositum, trahitque in vicem putrefacti thesauri depuratum cruentem e vena cava, eumque sensim contagio virulento contaminat, & secundo fermento cadaveris liquat. Hinc nempe virium jactura a laxantibus & monachiae vitalis turbatio, citra spem sanacionis. Et *Dispensat.*, moderno egregia hæc affert: Cum ea quæ nocent intus subinde vix pendeant drachmam, oportet omnem purgationem, quæ ad sanitatem terminatur, esse evacuationem, vel imperceptibilem, vel saltem valde moderatam, & cum restaurazione viuum.

19. Porro, *Dottissimus FERNELIUS Pathol.* Lib. III. c. 2. scribit: ut sanguis in plethora exsuptans non simul & semel affatim totus ex aperta vena: ita multus humor e corporis habitu non statim simul elabi profluereque potest. Atque, si id medicamento quopiam præta-

præstari possit, necesse tamen fuerit, corpus graviter concuti, humores varie permisceri, torsiones molestas inferri, ac spiritus dissipari: hinc tandem vires concidere, prostrerni, ac plerumque ex-solvi. WILLISIUS *Pharmac. rat. Secl. 3. cap. I. ita sentiens* hæc notabilia scribit: cathartica, uti gialappium, colocynthis, elaterium & quadam mercurialis præparata, particulis acrioribus & non raro quasi septicis constant, quæ ab intestinis suscepta & sanguini transmissa massam ejus insigniter fundunt, & in se-rositatem valde præcipitant: imo inter-dum quasi venenant, & crasis corrum-punt. RIEDLINUS *An. 1697. Obs. 16.* hæc insinuat: a fortioribus, quantum licet, abstinentum, quibus non exigua non raro mala inducuntur. Sic novi quendam ex purgante fortiori ad mor-tem usque ischiadicis doloribus tortum fuisse. Et HARDERUS *Obs. Anat. Praet. p. 268.* in medicamentis catharticis exhibendis, si usquam alibi, Medici prudentiam requiri, a nullo sanæ mentis negatum iri confidimus: circa hæc autem plures decipi autumamus, quod non examinatis medicamentis particulis, earumque genio ac indole, indeque ne-glecto operandi modo, ad illorum fre-quentiorem propinationem satis proni-funt, contenti vel qualitate purgantis occulta, vel humorum in corpore sta-gnantium saburra, cui elective educen-da illa sufficere creditur: equidem dra-stica, scammoniata, diagrydiata, hu-jusque generis medicamenta alia, om-nibus fere veteribus suspecta sunt ob-spcula acerrima & tantum non corrosiva.

20. Cum jam abunde a nobis demon-stratum fuerit, exitiale perniciem tam sanis, quam ægrotis corporibus a ve-hementioribus vacuantibus introduci, hinc opus est, ut jam monstremus, quod de-jectio copiosa & crebra ferme sit inutilis & potius noxia. Cum Medicus per con-fessionem omnium saniorum Medicorum tam Veterum quam recentiorum, sit minister & imitator naturæ, quæ summa sapientia agendi & corpus con-servandi causasque morbosas expellendi

instructa est, & longe felicius saepius sola-sanat affectus prægraves, quam ipse Me-dicus pharmacis suis: necesse etiam est, ut ipse Medicus in expurganda alvo sele dirigat ad naturæ ductum. Jam autem certum est, quod pauci morbi ex acutis & chronicis critice a natura solvantur per alvum, plerique per sudorem. Quin immo, illud ipsum, quod excernitur singulis diebus ceu superfluum & inutile per cutis meatus insensili modo, secun-dum SANCTORII doctrinam, quaduplo magis est eo, quod indies per al-vum simul & urinam ejicitur. Ex quo patet, sudore & transpiratione aucta, sive id fiat naturæ sive artis beneficio, longe plus superflui & morbosi humoris proscribi, quam per purgans; unde diaphoretica plus indicantur a natura quam purgantia, & transpiratio magis necessaria est ad sanitatem servandam quam alvi dejectio. Evidem, quandoque natura in febribus critice movet alvum & in sanis quoque nonnunquam non sine magna euphoria per crebriores sedes ejicit illud, quod onerat primas vias, unde spontaneæ diarrhææ saepius sunt saluberrimæ. Discimus exinde, talis indolis sape fordes esse excrementi-tias in primis viis atque interioribus par-tibus, quæ commode per intestinalem canalem possunt elininari, neque talem salubrem motum criticum naturæ esse sistendum.

21. At, quam difficile sit, nosse na-turæ viam, modum & ductum, si ipsa eum non monstret, dici vix potest. Unde securius agunt, qui non naturam cogunt & irritant ad excretiones, quæ forsan non sunt congrue, sed potius ex-pectant eas aut earum inclinationes a natura, & tunc si insufficientes sunt mo-litiones per alvum, eas ipsas promovent. Peccatur in eo toto die, quod nos pro lubitu sive ad præservandum, sive ad curandum excretiones quasdam efficia-mus, quibus mirum in modum naturæ ordinem pervertimus & sanationem in longum protrahimus. Non autem no-stra est sententia, quasi non plane solli-citare debeamus alvum, quod utique

sèpius magnæ necessitatis est, ad eliminandos eos sucos, qui debent & qui possunt per has vias transire; sed hoc volumus: quod cum ductu naturæ molenda sit evacuatio, idque fiat oportet per mitiora, neutiquam autem fortiora. Aureus est *aphor.* HIPPOCRATIS: quæ ducenda sunt, eo ducenda, quo maxime natura viam adsecat. Ejusdem valoris est *aphor.* 25. lib. I. si qualia purgari oportet excludantur, confert, perferuntque alacriter, sive contra, diffusulerunt. Item *aphor.* 22. Concocta medicamento purgare & movere oportet, non cruda. Item *aphor.* 10. lib. II. Si quispiam corpora purgare voluerit, meabilia ut reddat est necesse. Vult nempe hisce HIPPOCRATES, quod tunc purgatio per alcum locum habeat, quando humores viscidi, biliosi, serosi, quales ordinario per glandulas intestinales & bilis ductus secernuntur, sint congrui atque convenientes alvino emunctorio: secundo, nulla peregrina stimulante caustica qualitate debent esse stipata, quæ vacuari debent, sed prius ea ipsa est corrigenda, invertenda, id quod per coctionem innuant veteres, ne ad intestinorum sensibiles partes pertracta ibi gravissima paret symptomata.

32. Ante purgantium igitur exhibitionem quisque attendat, an adsit materia ducenda per alcum, eamque, si adsit, prius fluxilem, meabilem, correctam reddat, si vero hoc factum fuerit, certe non opus erit magno stimulo, aut enim tunc natura ipsa excernit, aut si vigor in motu deficit, parvo opus est stimulo; unde liquido constat, fortiorum purgantium plane nullum esse usum. Ponamus autem, humores evacuandos per alcum adesse debito modo constitutos; tamen nunquam repente simul & semel dejiciendi foras sunt, natura enim ab omni saltu, & ab omni vehementia abstinet. Præclare HIPPOC. *aphor.* 51. sect. 2. omne nimium, intelligit de vacuantibus, naturæ inimicum; item plurimum & repente vacuare vel quovis modo temere corpus movere, periculum est. Quod autem fit sensim ac vici-

sim, periculi expers est. Egregia quaque hanc in rem sunt, quæ habet SYLVIUS lib. III. cap. 4. §. 125. Observandum, a purgantibus blandioribus, quantitatim minore usurpati corrigi humores noxios & ad sequuturam postea evacuationem præparari, adeo ut nunquam ægris noceat, semper ipsis prosit usurpatio purgantium parca, si præsertim brevibus aliquot horarum intervallis eadem repetantur, donec desideratus obtineatur evacuationis effectus. BAGLIVIUS in *Praxi* p. 246, idem sentit, & mirifice commendat laxantium usum, hisce verbis: A nullo remediorum genere tantam utilitatem percipiunt urbis Romæ incolæ, quam ab exercitio & prudenter repetito lenium purgantium usu.

23. Verum enim vero, contra hæc dicta objici varia possunt. Qui enim liberaliore ~~moderatio~~ amant in praxi sua, hisce fundamentis nituntur. 1.) Dicunt, variare invicem subjecta & ita etiam purgantium successum; quedam fluxiles & mobiles habent humores, ac fibras intestinales valde teneras atque sensibles, quæ a leviori stimulo fortiter commoventur. Alia corpora sunt succis crassis, visciosis repleta, quorum intestina obtusioris sensus non nisi majori stimulo obtemperant. In illis laxantia & leniora felicem præstare effectum, his autem hæc non sufficere, sed valentiora esse in usum trahenda, pronunciant. Deinceps, hoc in primis urgent, corpora cachecticorum, hydropicorum, & qui seri vitiosi copiam in venis alunt, fortius purgari debere, cum non sufficiens tantæ moli humorum evellendæ sit parva dosis purgantis, vel mitior lenientium vis, unde hisce in casibus fortioribus purgationibus opus esse, communis practicorum est opinio. Quibus reponimus, verissimum esse, differre inter se subjecta, quorum quibusdam facile moveretur alcus, aliis difficilis, sed ex eo tamen minime evinci posse opinor, drastica in subsidium esse vocanda. Potius, qui humores sovent crassiores & tenuiores majorem quantitatem alterantium exposcunt, nec non majorem quantitatem

tem lenientium & diurniorem usum desiderant ; & testatur certa observatio, quod in majori dosi eadem laxantia usurpata, plus in segnioribus praestent quam fortiora. Ad hydropicos autem tumores quod attinet, persuasissimi sumos, si illo in affectu, certe in hoc enormiter peccari per violentas purgationes drafticas adornatas, utpote aqua non causam hydropis constituit, sed tantum producetum est, & licet omnem auferamus aquam, tamen non curamus hydropem. Deinceps, si humores non sunt mobiles, si extra vas a positi sunt, frustra irritabis, etiam fortissimis, alvum ; potius hujus naturae remedia, cum tonum ventriculi & intestinorum hoc morbo jam labefactatum penitus lardant ac destruant & violenta constrictione flatulentis & lymphae stagnationi magis occasionem praebant, non possunt non irreparabile damnum hoc malo correptis inducere.

24. Et haec palmaria nobis videtur ratio, cur tam pauci serventur hydropici, quoniam methodus, qua tractari solent, plerumque tantum dejectoria est, quæ tamen removendis istis magnis indurationibus & obstructionibus viscerum plane inidonea ; potius amaricantibus, salibus aperitivis, & fixioribus metallicis crassities humorum resolvenda est, & obstrukiones tollenda, non omissis iis, quæ hoc, quod liquatum & resolutum est, per alvum, urinam & sudorem eveniunt, cui scopo attingendo nulla violentia quadrat. Ita observavimus, a scrupulo uno Mechoacannæ, humoribus prius factis fluxilibus & maturis, hydropicos ultra X. sedes copiosissimas habuisse. Brevibus ut rem universam complectamur, peccant in eo practici quam fæpissime, quod non velint uti tempore & patientia, præsertim in rebellibus & chronicis affectibus, sed plerumque nimis præcipitanter, nimis violenter suscipiant curas, & quasi domini ac magistri morborum velint esse, cum tamen in universo sanationis negotio tantummodo sub favore, sub duetu, sub methodo naturæ, quæ optimus Doctor & Medicus est, agere & medica-

mnia applicare debeat genuinus Præcicus.

25. Ulterius patroni purgantium se-rofis & catarrhosis non modo subjectis, sed & morbis a colluvie seri ortis, majorem in modum catartica fortiora commendant, quoniam serura vitiosum opportune per alvinas vias deduci solet. Verum enim vero, usi serum est fluxile, per sudorem & urinam major copia ejus evacuatur, virtute cujusdam dia-phoretici quam per alvum, & tunc quoque laxativa & citra noxam intellecta stimulantia blandissime educunt magnam ejus copiam ; si autem tenax serum est, neque tunc fortiora operam collocabunt, sed potius res conficienda est salinis abstensis, & laxantibus mitioribus per aliquod tempus repetitis. Et utut non mox eorum usum sequatur effectus dejectorius, tamen egregiam utilitatem foenerabunt in corrigendis, resolvendis & præparandis, dum ad sanguinem eorum virtus abit, humoribus.

26. Neque etiam consultum semper est, vi, repente, & simul ac semel humores aptos ad purgandum per alvum ejicere, quoniam mox nimis vacuum factum in vasis spatium occupare solent ex cibo & potu eductæ humiditates.

27. Exstat hanc in rem elegans locus in SANCTORIO de statica Medicina, Sect. I. §. 48. qui hic est : Cassæ pauxillum non divertit perspirationem, non laedit vires, sed solum confort e corpore inutile pondus : alia vero Medicinæ magis evacuant & remotiores partes attingunt, & corpus magis leve efficiunt. Cibus tamen & potus subsequentes implant evacuatos meatus, inde alvus & vesica exsiccant & paulo post corpus fæpe ponderosius redditur. Ex quo eleganti statico experimento discimus, parum prodeste fortioriem & celeiorem evacuationem, cum potius ad cruditates & impuritates humorum in vasis accumulandas ansam præbeant. Nam verissimum est, si nimia sit seri in vasis imminutio mox subsequentis cibi & potus portio eorum locum replet. Unde, uti recte SANCTORIUS observavit,

alvus siccior fit, urina parciō & transpiratio diffīciliō. Possimus ex hisce clarissime deducere rationem experientia infallibilis, quā constat, a frequentioris sanguinis missione, & purgatione vehementiori, corpora admodum disponi ad febres intermitentes, hydropem, flatulentias, hypochondriaeum matum.

28. Postquam itaque perspicue exposuimus causas, ob quas non valida purgantia in praxi possint servari, proximum jam erit, ut eos morbos, quibus præsentissime noceant, enumeremus. Sicuti autem semper venerabilis mihi existit summi HIPPOCRATIS amicitia, ita etiam quæ de purgantium ab usu nobis litteris reliquit, in medium afferre allubescit. Ipse autem ita scribit in libro *de veratri usu*: Vitare oportet in pharmacorum potionibus eos, qui bona habent corpora, maxima autem nigros & humida carne præditos, sed & subfiscos; quibus rejicere videtur purgantia in omni temperamento habituque corporis. Quicunque autem, pergit, inflammata in principio morbi statim medicamente solvere adgrediuntur, sic de eo quidem quod distentum & inflammatum est, nihil auferunt, ea vero, quæ morbo resistunt & sana sunt, consumunt. Corpore vero debili fiente, morbus superat & immedicable malum habent. Damnat his verbis in omnibus inflammationibus purgationem, quoniam nempe causam, quæ sanguinis infarctus & stasis est, non tollunt; aufereunt autem id, quod morbo resistit, id est vires, & serum sanguinis tenuē, quorum beneficio humor stagnans resolvendus est. Addit porro: Neque danda sunt decoloratis, raucosis, lienosis, ex-sanguibus, spirituosis & siccum tussientibus, fistulosis & his, qui præcordia & latera ac dorsum distenta habent, & torpentibus & obscure videntibus & quibus aurium sonitus sunt, & urinæ meatus impotentibus — neque item morbo regio laborantibus aut ventre debilibus, aut his, qui sanguinis eruptiones aut tubercula habent.

29. Horum dictorum rationem facile quis inveniet, qui considerat, hos ab HIPPOCRATE recensitos affectus a viscositate, crassitie, infarctu & stasi humorum enasci, quibus tollendis minime aptum est purgans, quod fluidum subtile subtrahendo, quo vinci obstructiones debebant, hæc mala exasperat. Tandem subjicit hæc: Non sunt danda his, qui nigra evomunt, neque cibum aversantibus, neque deliris & parum dormientibus, neque dolore vexatis, neque visum temerarium inclinatum habentibus, neque tumefactis, neque vertiginosis, neque decoloratis, neque his, qui in febre ætiouosi sunt & contracti, Vide licet, in nullo morbo spirituum, ubi vel ipsi deficiunt, vel inordinate moventur, sicuti sit in prædictis affectibus, purgantia locum habere possunt, quoniam magis frangere & labefactare vires solent.

30. Ulterius quæstio non immerito oritur, num in febribus locum inveniant purgantia? Id autem unus instar omnium definit summus quoque noster HIPPOCRATES, qui libro *de purgantibus* hæc præclara afferit: Quicunque a febribus fortibus corripiuntur, his medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiserit febris, si minus, saltim non intra 14. dies. Carnes enim eorum & ventres quæ calidi sint, medicamentum assumunt, & nihil depurgantur & febris major fit & color evertitur & morbi regii speciem præ se ferunt. Commota enim bile & non purgata, non sorbere vult æger neque bibere, sed omnia abominatur, & plerumque perit.

31. Ratio quare noceat purgatio in febribus nulla alia est, quam hæc, quoniam serum, quod servandum erat, quod caloris temperans est, absuntur; unde calor augetur. Et quoniam plerumque febris materia magis qualitate nociva, quam quantitate & copia peccat & illa sanguineæ massæ altius immersa est, nihil proficies purgantibus, sed vel ægrotum jugulabis, vel febrem exacerbabis, sique fuerit simplex, duplicabis.

cabis. Aureus aphorismus est. HIPPOCRATIS. 22. Sect. I. Concocta medicamen purgare & movere decet, non cruda, neque ineunte morbo, nisi materia turgeat, plurimum autem non turget. Mens hujus aphorismi est: rarius in febribus quantitatem materiæ morbiæ esse copiosam, sed potius qualitatem peccare, id est, subtilem acrem causticam, quæ quamdiu talis est, dicitur cruda; cocta autem vocatur, quando textura particularum oleosarum & terrearum sanguinis involuta est. Quapropter, si purgare in febribus acutis convenit, ante dies criticos neutiquam illud faciendum.

32. Coronidis loco adjicimus, ex tinctoribus & mitioribus laxantibus esse rhabarbarum & folia sennæ, tamarindas, immo ipsam aloen, ubi notandum, quod folia sennæ & rhabarbarum optimæ per infusionem citra coctionem adhiberi possint, tamarindi in decocto, aloe in forma pilularum, nunquam autem sola exhiberi debeat, sed semper addenda salia stimulantia, aromatica, amara. Hæc mirifice non modo augent laxantium vim, sed & corrigendo humorum pravitatem, tonum roborando divinam porrigit medentibus manum. Denique & pulverem mechoacannæ & gialappæ, item diagrydium sulphuratum pauca tamen & refracta dosi, cum admixtione salium admittimus quandoque in usum, qui modis applicandi purgantia tutissimus est; & feliciter atque expeditius hoc modo sumta operantur, quam si magna dosis solius purgantis sit adhibita. Cum autem laxantium legitimis usus specialem tractationem efflagiter, hanc materiam pertractandam sic omittimus.

DISSERTATIO VI.

DE MEDICINA EMETICA ET PURGANTE POST IRAM VENENO.

§. I.

Quædammodum in theoria medica sive rationali rerum, quæ ad medicinam pertinent, explicatione, plures adhuc deprehenduntur errores & longe inter se dissidentes opiniones: ita etiam in artis nostræ exercitio & usu communes & perversos curationum modos graviaque in medendo errata non tantum ex improviso committi, sed studio etiam soveri & ad humani generis perniciem sub veritatis aliquo praetextu propagari, vehementer fane dolendum esse existimo. Nam, quo facilius, si tantum in mente residet, inanis, confusa, solidæque rationis expers & mere speculativa opinio tolerari potest, eo difficilius & gravius ferenda est, si extra mentem in actum ducatur atque in hominum detrimentum non raro irreparabile impendatur. Turpe quidem dictu est, sed tamen verissimum, usu quasi receptos & summe perniciales hinc inde in praxi medica committi errores non a vulgo solum Practicorum, sed & a doctis & in celebritate versantibus medicis. Hos inter mihi maxime iscarpendus videtur, cum, si quis graviori ira commotus minus recte valet & de ansietate circa præcordialem regionem, nausea & vomendi dispositione conqueritur, protinus ad evacuandum biliosum humorum, qui horum symptomatum causa & fons censetur, vomitorium vel purgans medicamentum porrigitur. Solent id remedii genus ut plurimum urgere ipsi ægrotantes, dum nausea pressum persuasum sibi habent, evacuabile, cuius sapor usque ad os sapientia ascendit; mox se meliuscule habituros. Neque facile denegare parentibus id auxilii genus observamus medicos, praesertim eos,

eos, qui sibi imaginantur, naturam, sapientissimam corporis nostri conservatricem, intentam esse materiae biliosae per superiora educendae, unde patant, ejus ductum sequi & adjuvare debere medicum. Verum enim vero, quam funesto & fatali eventu istiusmodi vehementi medicina evacuatoria tali in casu exhibeatur, compluribus admodum trifibis exemplis, ubi lethalis ventriculi inflamatio brevi & medio ægrotantes fustulit, satis superque sumus edocti. Quamobrem non sine ratione, adserere contendimus, fortius emeticum & purgans pharmacum, post vehementiorem iram adsumtum, loco veneni esse habendum. Hanc itaque adfertionem in praesenti tractatione, accurate institutis observationibus, & solidis rationum momentis ac demonstrationibus, non sine singulari, quem inde accipient mortales, fructu stabilire ac firmare allaborabimus.

2. Ante vero, quam instituti nostri rationem persequamur, non alienum nobis visum fuit, canonem illum practicum, in se satis eximum, dextre explicare & quam turpiter eo in praeceos exercitio plures medicorum minus solide ratiocinantium maximo cum ægrotorum damno abutantur, proponere. Equidem, hic aphorismus practicus summum & antiquissimum professionis nostræ salutaris Parentem auctorem agnoscit, qui passim in iis, quæ posteritati reliquit, monumentis inculcat, inque primis *Secc. I. aph. 31.* eo ducenda esse, quo maxime natura inclinet, quæ ducere oportet per convenientes locos. Quæ regula, insignis alias usus, male intellecta & adplicata solenne errantium medicorum solet esse refugium. At vero, valor ejusdem non ultra terminos est extendendus, ut exemplis jam subjungendis patebit. In insultu apoplectico, aut gravi ac violentia partium capitis laesione stomachum ad vomitum irritari, quotidiane experientiae res est. Si quis itaque medentium hanc ad vomitum inclinationem pro ductu naturæ habere cundemque voluntaria medicina secu ndare velit, is cer-

te non absque insigni ægrotantis damno id conficiet.

3. Porro, atrocibus ex calculo tormentis ordinario vomitum jungi, notum identidem in praxi est; nihil vero nocentius excogitari poterit, quam si quis ad illum naturæ motum promovendem emeticam medicinam porrigitur vellet. In principio quoque pestis, febrium malignarum & variolarum vel vomitus vel alvi fluxus ægrotantes infestant, ubi fane summae esset res imprudentia, si quis hunc ductum naturæ vacuantibus & irritantibus adjuvare anniteretur. Caecheticis, qui labem in visceribus contrarerunt, & hepatis vel lienem infarcta & obstruta habent, sanguinis per venas sedis fluxus valde familiaris est, & levi ex causa, animi nempe vel corporis motu, aut medicina quadam exagitante suscitatur: tantum vero abest, ut ægrotantes inde solamen quoddam fuarum miseriarium accipiant, ut potius magnus virium languor conjugatur & vis morbi valde adaugeatur.

4. Equis itaque pro ductu naturæ salutari, quem medicus omni modo secundare & promovere debeat, id genus excretionis æstimare velit? Tacemus sexcenta alia exempla male intellecti naturalis ductus, ubi medicus ministerio suo præcoeci insigniter fallitur & fallit. Neque enim omnes excretiones vel motus, qui in corpore nostro contingunt, pro salutaribus naturæ ductibus a prudenti & perito medico haberi debent, quippe horum ea sepe est natura, ut potius vergant ad damnum & destructionem corporis, quam ad ejusdem curationem & conservationem.

5. Maximam itaque partem prudentiae medicæ in eo sitam esse arbitror, ut perniciosi & noxiæ motus apte probeque a salutaribus discernantur, utpote cum illi moderandi & sedandi sint, hi vero adjuvandi, imitandi & non fistendi, utique ex parte medici requiruntur, ut motus hos sollicite ab invicem distinguant. Judicium vero hac de re est arduum atque difficillimum: nisi enim quis corporis ægrotantis naturam, partium solidarum

rum ac fluidarum constitutionem, viscerum & generis nervosi dispositionem prius exacte cognoverit atque perspexit, nisi etiam causam, quæ motus & excretionum est effectrix, ejusque indolem plane prius exploraverit, vix in exactam & distinctam horum motuum cognitionem perveniet. In morbis acutis salutares naturæ ductus atque vacuationes criticæ & laudabiles ab ipso ordine, tempore & successu motuum & maxime omnium ab ipso effectu, qui est viarium augmentum & morbi decrementum, addiscimus. Ex hisce omnibus jam clare conficitur, quam graviter de linquunt illi medici, qui accuratiori cognitione morborum causarumque morbidicarum neglecta & posthabita male fundatis & speculativis theorematisbus inhærente malont. Hi sane in perpetua ignorantia versantur & , si ad lectum ægrotantis vocantur, ejusdemque corpus extraordinariis motibus vel excretiobibus affectum vident, quid in cura faciendum vel omittendum sit, raro penetrant.

6. Quod vero non omnis naturæ motus pro salutari sit æstimandus, solenne satis & manifestum exhibet documentum ipsa præsens hæc, quam publicæ luci tradimus, dissertatio, ubi videbimus, a vehementiori animi motu provenientem constringionem ductuum biliariorum & intestini duodeni, nec non dextræ & inferioris partis ventriculi cum inclinacione ad vomendum pessime pro salutari & secundando naturæ ductu atque conatu venditari. Evidem, negari minime potest, aliquando ventriculo & duodeno copiosa vitiosi, corrupti, viscidi ac biliosi humoris saburra, quæ naufem moveret & appetentiam prosternit, obsesto, nihil utilius esse remedio emetico: sed longe diversa est ratio nostri argumenti, ubi in vitiosis iisque copiosis folidibus causa mali non residet, sed potius in magna agitatione generis nervosi & constrictione ductuum biliariorum atque ipsius ventriculi a valentiori animi motu inducta, unde bilis etiam commoveri & sursum adscendere nititur. Hoc igitur in casu

omnia ea, quæ nervosas partes magis exagitant, earumque motus anomalos plus excitant, non possunt non esse summe noxia. Ponamus quoque, ira impetuosa liquorem biliosum ingenti copia ex ductibus hepatis ad intestinalium volumen deferri, ibique exonerari atque adeo ejus evacuationem indicari, non tamen video, quare hæc ipsa per superiora instituenda sit, cum humoris biliosi superabundantis excernendi commodus & conveniens locus non sit cesophagus, sed potius alvina regio, per quam ordinario recrementa biliosa cum fecibus foras projiciuntur. Quapropter etiam in eo peccatur contra aphorismum egregii usus practicum, qui ab HIPPOCRATE lib. I. aph. 21. adducitur & sic se habet: quæ ducere oportet, quo maxime repunt, eo ducere oportet per convenientes locos.

7. Ut igitur is error communissimus æque a perniciosissimus de administratione emeticorum ac purgantium drastrorum post iram paulo clarius eniteat & cuivis in oculos quasi incurrat, ea utique via nos procedere oportet, qua in demonstrandis veritatibus medicis omnes, qui non perfunctorie, sed solide & scientifice res tractare norunt, uti solent. Jam vero ad veritates medicas stabilendas id maxime est necessarium, ut primo observationes & historiæ accuratae & cum omnibus circumstantiis notatae præmittantur, postea vero hæc ipsæ methodo analytica per connexa ratiocinia explanentur & resolvantur, ut hac ratione illud, quod demonstrandum erat, planum evadat. Inhærebimus itaque huic methodo & communicabimus posteriores & notabiliores historias & observationes, quas hanc in rem collegimus & annotavimus. Singulas enim enumerare nimis longum foret, ut vastum opus vix sufficeret.

8. Prima igitur historia hæc esto. Juvenis nobilis, tringinta annorum, temperamenti cholericæ, inter rixas cum sodalibus suis vehementi ira excanduit & vinum valde potens ac spirituosum, quod Seet vocant, superbibit; die sequenti into.

intolerabiles præcordia obsident dolores, conatus perpetuus est ad vomendum & internum quendam sensum percipit, quasi aliquid ex ventriculo adscendere perque os exitum affectare vellet. Ad vocatur medicus, qui frequentius utebatur pharmaci chymicis in suis curatiobibus. Is fulphuris aurati antimonialis grana quinque porrigit in juscule, quo adsumto medicamine terna quidem vice vomuit abunde, sed absque levamine, utpote anxietates & angustiae circa præcordia augmentum cœpers, vomitio quoque ulterior proninus desit. Iungebatur præterea internus incredibilis circa stomachi regionem ardor, partes externæ frigore, tremore & vellicatione quadam corripiebantur, ac sudor frigidus caput & pectus tedebat, pulsus percipiebatur nullus, mox ægrum mens deseruit, accesserunt convulsiones & intra decem horas mors vitam abstulit. Dissesto cadavere ventriculi fundus & duodenum valde inflammata conspiciebantur, maculis partim rubicundis, partim nigris hisce partibus inharentibus; cetera viscera perfecte sana apparebant.

9. Ejusdem quoque tenoris est sequens historia. Vir in statu Ecclesiastico constitutes, quadraginta & aliquot annos habens, indolis valde sensibilis & ad iram pronæ, faciei floridæ, rubicundæ, post vehementissimam iram conqueritur de anxietate & dolore pressorio ardente circa scrobiculum cordis versus latus dextrum, omnis ciborum appetentia est prostrata, noctem egit inquietam & facies incepit flavescere, adfuit perpetuus cum nausea conatus, sed tamen irritus ad vomendum. Hic petuit a medico consilium, qui grana tria tartari emeticici præscribit in juscule pingui, calido sumenda: inde vero anxietates increscunt, vomit aliquoties, sed parum, conqueritur de incendio circa cordis regionem, inquietus est, mox lectum petit, mox surgit, de constrictione & summa anxietate præcordiorum lamentatio fere perpetua est. Præscribuntur antispasmodica castorina, clyster quoque adplicatur & nitrofa atque anodyna identidem

in usum vocantur, sed citra omne levamen, increscit potius virium languor, pulsus fit debilis & celer, extremæ partes inhorrescunt & frigida sunt & tertio die æger misere periit, qui ante quatuor dies perfecta gaudebat sanitatem.

10. Neque vero minoris considerationis sunt sequentes duæ historiæ. Fema in urbe finitima sana & vegeta, annorum quadraginta, ob damnum in re domestica perpeccum vehementi ira exardescit & paulo post cibum adsumit. Ab eo tempore conquesta est de languore, impotentia & tremore artuum pressione atque angustia præcordiali, nausea; os est amaricans, facies, que antea florida erat, contracta, pallida & livida fit, tertio die a medico quodam juniore accipit medicinam emeticum purgantem in pulvere, qua sumta dejectiones crebras per superiora & inferiora habuit, postea de summo incendio interno instituit querelas, nullus est somnus, corpus valde inquietum, corpore erecto animi obrepit defectio cum fastidio ciborum, præsertim carnis. Succedit postea respiratio difficilis, tussis & dejectio copiosa materiæ viscidæ, & lentus calor depasit vires & corpus. In consilium multos medicos adhibebat per aliquot menses decumbens, tandem vero polychrestis & vulgaribus remedii, herbarum decoctis & pinguedine canina successu temporis convaluit. Ante duos circiter annos vir primarius in vicinia æstate usus est acidulis Ægrani, postea ob varias motas lites cum consanguineo vehementi afficitur ira, a quo tempore perit edendi desiderium, dolor anxius & pressorius sub scrobiculo cordis circa dextrum latus urget, qui se ex tendit ad umbilici usque regionem: consult chirurgum, qui medicum simul egit, cuius auxilio sœpe usus est. Hic cum percepisset, ægrum simul laborare alvo adstricta, habuit affectionem pro colica, cuius, alvo aperta mox remissio sit speranda. Ordinavit hinc pulverem salinum ex arcano duplicato, qui aliquot grana trochiscorum alhandal uns complectebatur. Sex inde habuit deje

ctio-

stiones, sed dolor, ardor & anxietas circa praecordialem regionem mirifice increverunt. Tertio die summe debilitatus fuit æger, pulsus deprehensus est valde imbecillis, celer & inæqualis, & inquietissime se gessit, nullo somno vel quiete succedente, tandem mente fuit alienatus, paucis post horis omnis sensus & motus ipsum destituit, sopore gravi detentus multa foetida & aquosa sine omni sensu per alvum reddidit, accesserunt convulsiones & quarto die vitam cum morte commutav.

11. Cum hæc omnia hic loci acciderent, scriptum mihi est ex Silesia de simili casu, ubi puerpera, quæ bene lochiis purgata est, vehementi ira commota summis pulvrem ex antimonio dia-phoretico, arcano duplicito & granis tribus trochiscorum alhandal, inde præcedentibus summis præcordiorum anxietatibus, inquietudine, torminibus ventris cum dejectionibus, singultu, conatu ad vomendum, internorum ardore, extremonum frigore, tertio ab adsumto purgante die extincta est. Sic memini etiam, quandam ex præcipuis hujus civitatis chirurgis ante viginti aliquot annos intra breve temporis spatium e vita excellisse, quia post iræ effectum pulvrem emeticum summis, eique, cum non sufficientem operationem exeruissest, aliquor horarum intervallo pilulas, ex purgantibus valde acribus compositas, supergingessit. Nolo jam longius commemorare tristissimum casum, qui pronups per hic loci contigit, ubi virgo nobilio-ris conditionis, sanguinei temperamenti, ex mensibus non rite fluentibus plethora, post animi graviorem commotionem suauem feminæ cujusdam dosifunsumsis pilularum purgantium, quæ vocatione geschariste Daupt Billen, & ab extracto hellebori nigri & trochiscis alhandal acrem suam purgantem vim mu-tuantur: iude mox oborta est inflammatio ventriculi, anxietas, alvi adstri-fatio, accessit inquietudo, febris, summa virium prostratio, delirium & septi-mo die mors, & post mortem cum foctore torius corporis intumescens...

12. Ex hisce jam commemoratis historiis & observationibus practicis quisque medicorum, etiam qui judicio pollet non admodum acri, & levitantum rerum medicarum notitia est imbutus, haud difficulter colliget, ægrotantes ante sanos, bene valentes nullaque labet in visceribus correptos, a nulla alia causa, quam ab ipsa ira & imprudentissima medicatione, partim per emetica, partim per acriora purgantia administrata, funestum effectum expertos fuisse. Ecquis enim hic non evidentissime per experientiam, optimam rerum magistrum, hujus rei certitudinem ac veritatem perspicit? Si enim iram tam ingens turbatio functionum corporis, tamque gravia symptomata consequuntur, quæ a fortiori evacuante medicina non levantur, sed augmentum capiunt ac funestum sa-penuero eventum sortiuntur, quis non exinde satis firmiter argumentari posset, hujus catastrophes infelicis causas tam in iram, quam in hanc medicinam esse conjiciendas. Sed quia judicium, ex sola experientia & observatione desumptum, sepe fallax est, hinc solidiores medici, ut certudo & scientifica veritas emergat, exigunt, ut experientia firmis & inconclusis rationibus ac demonstratio-nibus stabilietur, id quod etiam jam bre-viter strictimque exequi animus est.

13. Ut vero ordine procedamus, di-cendum ante omnia erit de iræ effectu atque operatione in corpus humanum. Exposita enim iræ indole, facili opera postmodum rationes apparet, quare emetica & purgantia instar veneni sint habenda, si exhibeantur graviori ira correptis. Est vero ira ejus naturæ, ut vehementiori partium nervoso-musculo-sarum constrictione totum systema ner-vosum celerrime commoveat & sylo-lem cordis eique contignorum valorum & tonum etiam partium fibrosarum uni-verso in corpore mirifice adaugeat. Ma-nifestum hujus rei, sanguinis nempe & fluidi nervei motus impetuosis, testi-monium & argumentum in ira percitis præbent pulsus intensio, respiratio-con-citatio, sitis, calor, inflatio & rubor

faciei, arteriarum capitis, præsertim circa tempora, major pulsatio & intumescens, oculorum ferocia, tremor extremarum partium & actionum mentis præcipitantia. Quid quod, uti ex practicis observationibus habemus, nihil æque celeriter febres acutas, biliosas, intermittentes, inflammatorias concitare potest, ac ipsius iracundia vehementior affectus. Deinceps, ira spasmodica partium, qua agit, strictriam suam in primis in ventriculum & intestina, seu partes valde nervosas & membranaceas exerit, unde tanto graviora exurgunt symptomata, quanto major est consensio ventriculi & intestinorum cum aliis partibus nervosis & universo fere corpore.

14. Peculiaris, vero etiam, iracundia vis est in ductus biliosos & hepatis; si quidem eorum constrictione intensiori facile hepatis scirrhosum redditur, imo non raro calculi in cystide-fellea ac ductibus biliaris generantur. Habent hæc accidentia vix aliam originem, quam a libero motu & effluxu bilis fortiori hac strictria, impedito. Contingit autem hoc potissimum ab ira suppressa, tomentum das Vergernif, ut vulgo dicere amant, gleichsam in sich fressen müf, und den Born nicht ausschutten fan, ubi nimirum ultioris expetitæ deest occasio vel facultas, aut tristitia cum metu simul juncta est.

15. Propter constrictiōnem quoque horum ductuum icterus enascitur, qui facile postea temporis successu calculosa in vesica biliaria concretiōni velificatur. Quando etiam bilis ab ira affectu vehementius commovetur & copiose ex ductibus biliaris & cysticis in duodenum & ventriculum effunditur, ex ejus ibidem facta stagnatione & concepta per diuturniorem moram acrene, nausea, vomitiones, diarrhoeæ, cholericæ passiones, cephalgiae, anxietates, febres biliosæ, continuæ & intermittentes fluctuantur. Hinc est peculiare illud iracundorum symptomata, quod in latere dextro sub scrobiculo cordis sentiant dolorum quandam constrictivum, in ore

autem amarorem. Originem suam hæc pathemata non aliunde ducunt, quam a motu bilis e jusque effusione in intestina impetuosiore, dum ductus biliaris, nervosus ac musculos tunicis contexti, ab influxu spirituosi liquidi in nervis contenti, citatori nimirum compressi, ingentem quantitatem bilis exonerant & infundunt duodeno, unde etiam dependet inclinatio ad vomitum & diarrhoea, quam HILDANUS Cent. VII. Obsr. XVIII. annotavit, cum affirmat, alvum subductam fuisse ab ira, ac si pharmacum adsumptum fuisset. Quodsi bilis acrimonia delinquit & in hoc adfectu nimirum effunditur, intestinorum & ventriculi erosiones cum lenta febre sequente non raro vidimus. Imo, quo acrior est bilis, quo magis a statu suo naturali desciscit, eo nocentior etiam est ira, eoque etiam sæviora juncta haber symptomata.

16. Denique, ab intensiori partium nervearum & fluidarum per iracundia affectum reddito motu sive spastico sanguis copiosior cum impetu ad certas partes pellitur, unde accidit, ut ex nimirum distendantur & venarum ibi repentinum orificio aperiantur. Constat experientia practica, iram maximam habere facultatem enormes sanguinis excretiones sive per nares, sive per arteriæ pulmonalis aperturam, sive per venas ani & in feminis per uterus excitandi, cum præmis in consuetis ac dispositis. Ita, si quis in juventutis annis haemorrhagias narium fuit adfuetus, is ira ardenter in eandem promte potest incidere. Quis enim vel ex vulgo nescit, invadente hoc affectu vultum statim rubore suffundi & venas capitis, præsertim frontales, mirum quantum intumescere, non raro etiam illico sanguinem e naribus copiose effundi. Pariter vidimus, feminas ab iracundia in uteri haemorrhagias collapsas vel etiam haemorrhagias narium fulse passas. Et hæc quoque est ratio, quare in senibus & plethoricis, vehemens ira, apoplexiā sanguineam, qua sit ab arteriolis plexus choroidæ in capite per ruptis, subito sæpe producat. Jam vero, nun-

nunquam gravis facile congestio sanguinis ejusque effrenis effusio fit nisi a spasmodica eaque fortiori constrictione partium nervosarum & musculosarum.

17. Evolutis hac ratione iræ effectibus modoque operandi, deveniendum jam etiam est ad præcipuum dissertationis hujus momentum, ubi ostendendum, quare medicina purgans & emetica tantopere noceat in iræ affectu, ut veneni veri nomen jure obtinere queat. Prius vero, quam hanc rem plene decidamus, ratio tractationis nostræ expostulare videtur, ut de veri veneni indole ac modo operandi pauca adjiciamus, ne comoda explicazione neglecta variis confusionibus, a quibus omnium errorum origo promanare solet, causam atque occasionem subministremus.

18. Per venenum igitur hoc loco intelligimus materiam causticam, sale tenuissimo volatili acri instrutam, quæ exigua in quantitate spasmos enormes in ventriculo & intestinis concitando subtruculentiorum symptomatum celerissimo decursu universam motuum vitalium oœconomiam pervertit ac destruit, signis funesta sphacelationis in cadavere relictis. Venena itaque vera pro fundamento sua activitatis agnoscunt sal quoddam tenue, acre, summe causticum, quod membranaceo-nerveis ventriculi & intestinorum fibrillis sese altius insinuat, illas lacinat, arrodit, inflamat & spasmodice contrahit. Celeriter vero & exigua in quantitate opprimit homines venenum: in causa hic absque dubio sunt vehementes spasticæ nervosi ac membranacei generis in universo corpore constrictiones, quibus fluidi nervi ac tenuioris sanguinis in organa motuum & sensuum influxus, quo celsante omne robur, tonus & motus partium perit, partim intercipientur; partim etiam ad alia loca majori copia compellitur.

19. Symptomata, quæ a veneno continentur, longe sunt truculentissima & spasmis unice debentur, qui non modo in ventriculo & intestinis consistunt, sed & in remotas partes, subtiliori sensu ac

motu præditas, propagantur, unde a veneno deglutito observantur anxieties cardialgicæ, nausea, vomitiones, tortuosa atrocissima, diarrhææ, vel etiam alvus contumacissime clausa, singultus, constrictiones thoracis vehementes, angustia spirandi & summa præcordiorum anxietas, languor omnium virium, syncope cardiaca cum extremerum frigore & sudore frigido, debilis, celer planeque intermittens pulsus, convulsiones, epilepsia, inquietudines & deliria. Hæc sunt solennia plurimum venenorum symptomata. Cadavera si dissecantur post obitum, conspectui sese offert intumescens totius abdominis, maculæque purpureæ aut nigrae in ventriculo cum erosione & quandoque perforatione, & quæ sunt alia, reperiuntur. Hæc de veneno proprie sic dicto memorasse sufficient; prolixiores qui desiderat hac de re explicationem, is consulere potest *Pathologiam nostram Rationalem Tom. II. Part. II. Cap. II.* ubi venenorum doctrina ex instituto pertractata est.

20. Quodsi igitur effectus emeticorum, post iracundia affectum adsumtrum, probe penitus ac ponderamus, haud difficulter apparebit, illa ipsa non aliam, quam veri veneni operationem in corpore humano exerere; siquidem omnia emetica, praesertim quæ ex antimonia preparata sunt, sale pollent subtili, acri, caustico inflammante, quod ventriculi & duodenii tunics membranaceo-nerveis insidens, eas rodit ac spasticæ contrahit. Deinceps, paulo targiori dosi data homines jugulant, ubi ventriculus male affectus est, celerissime, qualia exempla passim prostant, quæ hic commemorare angustia temporis prohibet.

21. Si symptomata ipsa, quæ emeticorum deglutitionem consequuntur, penitus inspiciamus, illa identidem abiis, quæ venenum proprie sic dictum propinatum comitantur, plane non abundantia deprehenduntur. Adsumt enim protinus anxietates & præcordiorum constrictiones enormes, ardor circa stomachi

machi regionem exquisitus , conatus ad vomendum inanes : partes extremæ refrigerescunt , tremere & convelli incipiunt , sudor frigidus caput vel pectus tenet , respiratio difficulter procedit , nullus est somnus , corpus jacitant ægroti & valde inquieti sunt , virium summa jungitur prostratio , alvi advertitur vel ingens adstringit vel fluxio præter modum , pulsus est vel celer , debilis vel plane intermittens , mens alienatur , convulsiones oboriuntur & quæ sunt hujuscemodi alia . Hæc , quæ lethum inferunt , symptomata a violentiori spasmus , qui universum fere partium membranacearum sistema vehementius exagitat atque convellit , proficiunt , nemo facile in dubium revocabit . Ex quo sane non fallax de venenata posse iram vomitoriorum indole depromi potest argumentum . Accedit , quod post mortem aperto cadavere indubii virulentæ violentiæ characteres in conspectum veniant , uti ex sectione supra communica patet , ubi ventriculi fundus & duodenum valde inflammatæ conspiciebantur , maculis partim rubicundis , partim nigris hisce partibus inherentibus .

22. Non minus periculi adferunt post iram administrata purgantia acriora & valentiora . Est enim illis eadem cum emeticis , imo ipso proprio sic dicto veneno perimendi ratio , siquidem subtili itidem & caustico , penetrante sale sunt instruta , & spasmis agendo inflammations in ventriculo & intestinis concitant , tragica producunt symptomata , celeriter interficiunt & post mortem sphacelationis funesta signa in ventriculo ac intestinis relinquunt . Quoniam itaque emetica perinde ac purgantia , post ira vehementiorem affectum intra corpus adsumta , spasmos faciunt & adaugent atque inflammationem suscitant , deinde symptomata veneno alias familiaria inferunt , prætereaque celerime vitam finiunt & post mortem stigmata veneno demortuorum similia in cadaveribus relinquunt ; hinc utique recte concluditur , jure meritoque medicinam & emeticam & purgantem vene-

ni in numero esse habendatu , præseruvi si ira correptis exhibeat .

23. Emetica igitur & purgantia drasticæ post iram cum primis sunt dannosa & ut plurimum morti tradunt ægrotantes . Quodsi enim ex superioribus repetimus , iram in spastmo ventriculum , duodenum & ductus hepatis conjicere , jam ex hoc colligere erit facillimum , in ejusmodi casu nequaquam convenire vomitoria , cum ad spasmos teneras ventriculi fibrillas , ira modo lacefitas , magis irritent & inflammationem acerbiorum inducant , vix ulla arte & ingenio medici expugnandam . Viderint proinde medici , quam recte , quam methodice , quamque prudenter faciant , si ventriculum ira commotum vomitoris oppugnant atque exasperant . Tantum enim abest , ut hæc remedia in hoc affectu aliquid expediant , ut potius ipsum dolorem atque morbum reddant longe ferociorem . Concedamus hoc omnino , ipsam naturam pronam ac prolicivem tunc videri ad vomitum & ad hunc ingeri quasi ac stimulari , pyloro nempe fortiter se contrahente . Concedamus etiam , ipsos agrotantes ut plurimum anceps hoc remedii genus anxie postulare & maximam in eo fiduciam ponere , dum sibi firmiter persuasum habent , evoluto e ventriculo hoc onere gravante & foras expulso , protinus se melius esse habituros . At vero , hæc omnia , quibus allici posset incautus medicus ad dandum vomitorium , sagacem , prudentem & singula summa cum ratione suspicientem philiatrum potius commone re debent , ut quovis modo emetica respuat & cane pejus ac angue illa ipsa tali in casu abhorreat .

24. Nocent autem ira , huicque sub juncta emetica & purgantia maxime omnium iis , qui spasmis sic dictis hypochondriacis atque hysterics obnoxii sunt & doloribus cardialgicis multum vexantur . Ratio hujus rei non e longinquopre tenda videtur , siquidem ejusmodi subiecta jam tum ob spasticam , qua pre muntur interiores nervæ partes , irritaturam infirmata sunt , vel ad inflam

rationem prouum ac dispositum habent ventriculum cum annexis intestinis. Quodsi igitur graviori ira, quæ spasmodis trageendas ludit, corripiuntur, non possunt non spasmodice ventriculi contractions augeri, quarum vero sevitia vomitorio vel purgante superingesto adeo non mitigatur, ut potius paratissima hoc modo ad insuperabile incendium & totalem corporis interitum sternatur via. Cavendum itaque cumprinam est, ne ejusmodi personis ira debilitatis hujus generis remedia propinemos, ni funeratum exinde expectare velimus even- tum.

25. Ob eandem quoque rationem emetica & alia fortiora evacuantia insinuiter nocent, si circa paroxysmos febris intermittentium exhibeantur, præsertim si forte iræ affectus præcesserit, quia tunc temporis ventriculo & primis viis spasmus exagitatis ad nauseam & vomitum est inclinatio. Obsunt præterea & ira & ejusmodi medicamenta omnibus debilioribus. Ita observavimus, eos, qui corpus antea per laxativa, purgantia, thermas & acidulas strenue purgaverant & hoc modo insignem ventriculi debilitatem sibi contraxerant, & summis post iram denuo emeticis vel purgantibus pessime se habuisse subque dirissima symptomatum facie non ita multo post exspirasse. Valet id etiam in puerperis. Notum enim mihi est præter superiorius allatum exemplum puerperæ, quæ tertio a partu die iracundia affecta sumsis purgans & drasticorum numero & intra duos dies, optimis quibusvis remediis frustra adhibitis, misere periit.

26. Deinceps, & ira & emeticum vel purgans insignem noxam adfert feminis circa mensium instans tempus, itemque viris, qui hæmorrhoidum fluxui adfueti sunt & imminentem eum expectant. Quum enim solennes illæ & salutares per mentes & hæmorrhoides fluxiones cum spasmis continuo fiant, facile patet, nocentissima tunc esse & purgantia & emetica, præsertim si post iram administrantur. Truculenta circa instans mensium tempus ab emeticis, et-

iam non adeo validis exhibitis, symptoma vidimus. In hæmorrhoidariis validior vomitus abscessus cum lenta febre excitavit. Ubi sanguinis congestio inclinat ad pectus, periculosa a validiori vomitu nasci solet hæmoptysis. Tandem quoque ira & fortiora evacuantia potissimum iis nocent, qui paulo ante vino largius se inebriarunt, incendiumque corporis copioso haustu frigido extingue-re voluerunt: quandoquidem ex hisce facile spasmus accedit ventriculo & ejus dextræ parti pylori. A sumto emetico intolerabiles statim fiunt anxietates, vigiliae continuae incommodant, virium ingens sequitur lapsus, jungitur inquietudo, jactatio corporis & partes extre-mæ valde frigidæ fiunt.

27. Ultimo loco, paucula adhuc adjicere lubet de præservatione incommo-dorum, quæ iram sæpenumero, si is ve-hementior paulo fuerit, presso pede in-sequentur. Prudentis hoc in casu medi-ci est, ut spasmus, in ventriculo & duo-denō exortos, quovis modo leniat ac de-mulceat, sanguinem & humores in cir-culum æquabilem reducat & acrimoni-am, si qua subelt, corrigat. Com-mendari hunc in finem merentur præter infusa herbarum v. g. herbe veronicæ, scordii, florū sambuci, bellidis, cha-momillæ vulgaris & Romanæ, feminis fœniculi, pulveres bezoardici, nitroso-cinnabarini, vel etiam nitrum cum pau-xillo camphoræ, aut sequens Mixtura: Recipe spiritus nitri vel vitrioli dulcis, effentia castorei ana drachmam unam, camphoræ grana tria, quæ ad guttas vi-ginti vel triginta sumi potest. Hæc duo remedia ad inflammationes præservan-das, a quacunque causa oriuntur, summi sunt præsidii loco. Si ex iracundia bilis nimia in copia ad intestina præcipi-tata fuerit, tunc non inutilem, sed pro-fus eximiam opera fert pulvis ex rhabar-baro, nitro & lapidibus cencrorum com-positus. Hac enim ratione non modo bi-lis acrimonia mitigatur, sed & blandis-sime educitur; adjici huic quoque potest magnesia alba, quæ non modo egregie corrigit acrimoniā humorum, sed &

leviter subducit. Hisce in usum vocatis adjungi poterit Essentia cort. aurant. bene præparata, Elix. stomachale Michae lis, vel nostrum cum liquore anodyn o minerali nostro commixtum. Sed hæc hac vice circa nobilem hanc materiam sufficient.

D I S S E R T A T I O V I I .

D E I M P R U D E N T I M E D I C A T I O N E M U L T O R U M M O R B O R U M E T M O R T I S C A U S A .

S. I.

Quando imprudentem & præpostaram medicationem multorum morborum, imo mortis causam statuo, verendum utique mihi est, ut nonnulli in id incident, me vel universæ artis certitudinem in dubium vocare, vel in medicorum ordinem injurium esse velle. At vero, mihi nulla artium majori veritatis fundamento nisi videtur, præterquam medicina, eoque naturæ ordinem, qui nunquam non immutabilis est, pro principio agnoscit, & observatione eorum, quæ nocent vel profundunt, & denique solido medici judicio continetur. Ceterum, qui me measque vivendi rationes exploratas habent, optime sciunt, me ab ejusmodi criminandi moribus esse alienissimum, cum per omnem meam ætatem nihil magis optaverim, quam ut concordia in medicina valeat vigeatque. Hujus rei evidens testimoniū non pauca numero scripta mea edent, clarissimeque comprobabunt, me nullius unquam opiniones acerbiori stylo perstrinxisse, sed potius ingentes inquietorum animorum insultus patienti & æquissimo animo semper tulisse. Neque unquam facile ulli prætorum, propter errores in praxi admissos, gravis vel injurius fui, sed ubi vel officii, vel conscientiæ, aut summae salutis ratio, ut de quibusdam mone rem, deposcebat, erranti, qua potuit

fieri, comitate, monstrare viam alle boravi, numquam mihi persuadens, ex saluberrimis admonitionibus tantum periculi subnasci posse, quantum viri boni subinde experiuntur.

2. Illud tamen, si non dissimulare sed libere dicere velimus, evidentissimum est & res ipsa monstrat, nullam artem tantæ hominum ignorantia & tam magnis tamque ingentibus periculis & malis patere, quam eam, quæ mortalium vitam & sanitatem, qua nihil est praestabilius, procurat. Evidem, innumerabilis est practicorum copia; sed paucissimi sunt re & opere medici. Plurimi, non tantum ex vulgo, sed etiam ex doctoribus, medicinæ summam nec capiunt, nec intelligunt. Omnes in suis operibus ad experientiam confugere cernimus, quæ ipsis talis est, ut, si quando semel vel iterum faustum a medicina in morbo propulsando effectum percipiunt, protinus remedio virtutem hunc morbum certo sanandi inesse, sibi persuasam habeant. Hinc, si quis simili morbo laborare dicitur, confessim eandem medicinam in usum adhibent: rarius tamen simili effectu. Nihil autem magis medicis imponere, quam experientiam, solere, res ipsa ostendit. Tot enim sunt diversi medicamentorum effectus & experientiae, quot sunt corpora, quæ ratione temperamenti, ætatis, consuetudinis, victus, climatum, anni temporum, ceterorumque mirum inter se differunt; neque una semper ejusdem morbi est causa, status, conditio ac tempus. Et quid familiarius in praxi medica occurrit, quam quod duo medici circa idem remedium in morbo adhibendum diversas, imo plane contrarias habeant sententias, & uterque ad experientiam seu observationem crebriorem concurrat?

3. Tametsi vero experientia, accurate notatis circumstantiis omib[us], magni usus sit; quia tamen tantummodo particularis est, & tanta differentia individuorum & circumstantiarum observatur: hinc plures hominum ætates verae in morbis experientiae non sufficien-

rent enodandæ. Potius itaque alia in cunda est in medicina via, quam pauciorunt & intelligunt. Videlicet ex iis, quæ sensu & experientia longa comperta sunt, ratio universales regulas & leges medendi elicere debet: deinde medicum accurate individuorum naturam, morborum statum, causas, tempora, virtutes alimentorum & medicamentorum exquisite pernoscere oportet. Tum omnibus circumstantiis, quas morborum historia accuratior communicabit, bene consideratis, prudenti deliberatione & solido iudicio universalia applicare & ex hisce methodum, qua æger sapandus est, invenire debet, quæ remedium generæ, dosin, ordinem, tempus adhibendi & regimen recte tradat ac explicet. Quam pauci vero sunt medici, qui ex particulari experientia universalia extrahere norunt? quam pauci in præxi attendunt ad morborum historiam & exquisitam omnium circumstantiarum rationem? quam pauci differentiam corporum perspectam habent? quam pauci morborum causas & occasionses medendi norunt? quam pauci denique sunt, qui deliberatione, consilio ac iudicio in curationibus utuntur & cum prudentia & solida ratione medicamenta adplicant? quam pauci numero rursus verum usum & abusum medicamentorum distinguere sciunt? & quam pauci sunt, qui leges, quibus natura in medendo utitur, accurate observant & imitantur.

4. Ex quibus intelligi potest, medicinam non tam facilem & experimentariem esse, sed magnam scientiam & acre quoque iudicium desiderare. Unde non mirum, quod his destituti vulgares illi practici perversa sua methodo & remediarum abuso tanta mala, morbos, imo & mortem miserrime subinde hominibus inferant. Scio atque non levem moerore angor, quando animo perpendo, quam gravia mala, præstantissimis alias remediis, imprudentes practici ægrotantibus invehant. Possim certe de morbis & damnis a medicis inductis, quæ mihi adhuc in recenti memoria hæ-

hærent, ingens volumen componere, nisi res esset odiosissima; nihilominus tam, secundum Plautum *Trinumm. Act. I. Scena II.* Nota mala res optimæ sunt, quia quæ nocent, etiam profunt & docent. Quare, utique ex iis observationibus, ubi male & non ex voto cessit medicina, ingens lumen & incrementum artinostræ salutari accedit. Ex aliorum enim periculis optime sapimus & cautores reddimur. Igitur operæ pretium & non alienum a nostro instituto erit, in præsenti ostendere, quomodo imprudens medicatio multorum morborum origo & causa esse possit. Cum vero in quibusdam observationibus recensendis erimus occupati, studio speciales & quæ ad personas pertinent circumstantias præterire volumus, quia veritas in hisce tanto magis odiosa solet esse, quanto est plenior. Nunquam enim noster est animus in ullius hominis vel medici famam injurium esse: errantibus tamen monstranda est via, salebra in præxi degendæ, & offusa menti caligo abstergenda est.

5. Ut vero in præsenti tractatione ordo quidam observetur, placet initium facere a recensendis iis damnis, quæ ex venæ sectione omissa vel male administrata suborta annotavimus. Si ullum auxilium tam operationis celeritate & securitate, quam utilitate & tolerantia facilitate commendandum est: certe est venarum sectio, cuius eximiama in medendo efficaciam præter veterum testimonia longus & comprobatus usus abundantissime ostendit. Nihilominus medicorum & imprudentia & temeritate subinde pervertitur, id quod sequentes observationes satis confirmare videntur. Fuit nempe vidua sanguine plena in optimæ ætatis flore constituta, habitus corporis spongiosi, facie rubicunda: hæc singularis annis per longum temporis spatium vel ter venam incidi caravit & optimæ se habuit, postea ex mensibus paucioribus redditis, pedes tumescere incipiunt, hinc venæ sectio, metu exinde fecuturæ cachexiaæ, dissuadetur. Elapsso anno incidit in febrem: cum magnis

artuum doloribus , & dolore ac rubore fere totum corpus adficitur , interea venæ sectio omittitur , sequitur maxima sanguinis ad caput congesio , unde delirium , & mors . Quandocunque itaque sagax & peritus medicus principaliores has circumstantias probe animo suo perpendit , vix alites poterit concludere , quam omissam per annum & ultra venæ sectionem status plethorico cacochemicī & sequentis morbi fuisse causam . cuius vehementia sine dubio quoque matura venæ sectione medicus potuisset occurtere . Supervacaneus hic omnis fuit metus cachexiæ vel hydropsis , quia pedum iste tumor a plethora & difficiilior i sanguinis per pedes transitu ortus fuit .

6. Placet quoque ulterius ex sexu nobiliori utilem circa præsens negotium observationem inferere . Vir trigesita & aliquot annorum , habitu corporis spongioso præditus , sanguineæ complexionis , ante anni dimidium incipientes habuit hæmorrhoides , diætae lautiōri & vino deditus , tandem incidit in diros cruciatus ac dolores , quibus lumbaris & abdominalis regio adfligitur , perit appetitia , percipitur quoque compressio circa præcordia , color faciei rubicundus mutatur in lividum & flavum , alvus est adstricta , caput dolet , manus tremunt , extrema refrigescunt . Nonnulli ex medicis affectum pro calculo , alii pro cachexia & obstructione hepatis , quidam pro malo hypochondriaco habuerunt . Et quamvis multo & vario medicamentorum usu mali vehementia aliquantum remiserit , majori tamen atrocia circa æquinoctia semper malum est reversum . Nunquam ipsi secta est vena , tandem vero prudentioris medici consilio quater de anno venam pedis incidi curavit & Carolinis usus est , unde per DEI gratiam longo tempore a vehementia mali immunis factus est . Equis est , qui re bene considerata addubitate velit , immanes hos , qui præcordialem & abdominalis regionem fatigarunt , spasmos a plethora & sanguine in visceribus & plexis mesaraicis stagnante , qui per se-

dis venas moliebatur exitum , subitas fuisse , quem utique & matura & crebrior venæ sectio potuisset avertere .

7. Rursus , vir plethoricus , quinquaginta annorum , scarificationibus & venæ sectioni olim adsuetus , qua ob provectionem ætatem , ne vires corporis depascantur , jam a medico dissudentur , post annum fixum & acerbum dolorem in regione lumborum percipit , qui censebatur a calculo esse , ad hanc itaque depellendum variii generis diuretica , etiam calidiora & juniperina & spiritus minerales acidi dati sunt . Secuta postea est lenta febris , cum ingenti virium languore , appetitu prostrato , urina purulenta . Post mortem in re dexter in abscessum abisse inventus fuit , qui simul totum musculum psoas exulerravit . Discimus ex hac historia , quam male dolor lumborum , qui uplurimum sit a sanguinis stagnatione , habeat pro calculo , cum tamen hic majoris etiam magnitudinis in renum substantia subsistens , nec quicquam doloris procreet , sed tum demum , quando iter suum per uretheres conficit . Cuivis etiam prudentiori dijudicandum relinquisimus , num venæ sectio maturior , subjunctis nitrosis & absorbentibus , hunc morbum & mortem non potuerit avertere .

8. Ad præsentis rei confirmationem pertinet quoque sequens observatio : Dagit in vicina urbe generosus quidam vir , ætate quadragenarius , fieride faciei , aulicæ vitæ addictus & lautiōri vieti ac vini generosioris potuī assuetus . Is currente autumno incidit in vehementem in regione lumbari dolorem , qui ad coxas & genua porrigebatur , noctuque maxime ingravescens , somnum impediens atque quietem . Implorabat openi Medici , qui affectum esse arthritico-scorbuticum & originem ex acri & scorbutica humorum dyscrasia trahere fategit , decocta antiscorbutica & sanguinem repurgantia ex radicibus & lignis ad sudorem mane eliciendum porrexit , pilulisque

ex mercurio dulci , resina jalappæ , gummi ammoniaco extractoque pan-
chy magogo Crollii , viscidos & tenaces
humores per alvum extorbare contem-
dit . Sed tantum absuit , ut quicquam
levaminis attulerit , ut potius dolores
perseverarint in affecta non modo par-
te , sed & eaput , collum manuumque
articulos adhuc infestarint , cum nota-
bili virium decremento . Alius itaque
morbi artifex advocatus , qui curam per
inediām , (die Dunget-Cut) ceu proba-
tissimum præsidium in scorbuticis &
arthriticis ejusmodi affectionibus , mire
commendavit ; tertius vero accitus hanc
improbavit , & thermarum Teplicen-
siam usum unice proficuum fore edixit .
Demum ad me re delata , de omnibus
certior factus , judicavi , mali , quod
jam per aliquot menses ægrum misere-
torserat , causam , neque in humorum
tenacitate , neque scorbutica quadam
acrimonia , esse querendam , sed potius
in abundantia sanguinis , ejusdemque
non modo stagnatione , in vasis mesa-
raicis , sed & lentiori circuitu per iliaca ,
ac secedente ob moram hanc serosa par-
te atque ad articulationes ossis coxendi-
cis descendente , fieri . Jussi igitur , ut ,
quam priores Medici neglexerant , ve-
næ sectio in pede , adornaretur , qua de-
pletis canalibus per ilia excurrentibus ,
dolor in parte affecta ipsoque capite re-
misit ægerque in sequenti nocte melius
dormivit . Ex medicamentis vero usur-
pata mixtura ex aqua florum sambuci ,
rob sambuci , antimonio diaphoretico
& nitro , cum liquore anodyno minera-
li , nec non pulvis bezoardicus , sulphure
antimonii correcto maritatus & potui
data ptisana . Et quum pulsus validus ac
venæ tumidæ essent , sanguinem exun-
dere adhuc conjecti , eaque propter iter-
atam venæ sectionem tam salutari effe-
ctu institui , ut æger pristinam intra-
mensem perfecte recuperet sanitatem .

9. Eadem in rem apprime facit hic
calus . Laborabat ante annum illustris-
timus Comes impensis abdominis crucia-
tibus , qui ad vesicam & genitalia pro-
pagabantur , ac non modo lumbos , sed

& ilia infestabant : aderat continuus ad-
mingendum stimulus , urina vero diffi-
culty reddebat , interdum tenuis ,
interdum rufa , quandoque fabulum po-
nens . Pugnabat contra hæc pathemata
Medicus ordinarius carminativis & di-
scutientibus , nec non diureticis ad cal-
culum cum urina pellendum , sed inva-
lisebant inde magis symptomata .
Quum vero ego quoque ipse in consilium
vocarer , omīssam ab ordinario venæ se-
ctionem cum primis necessariam esse edi-
xi etiamque in pede instituendam curavi ,
tam præsentaneo salutari effectu , ut il-
lico æger notable continuo doloris per-
ciperet leynamenū . Adhibita præter-
ea essentia corticum aurantiorum , li-
quori anodynō nupta , nec non pulvis
præcipitans nitrolus , ac demum Caro-
linis interne & Teplicensibus exterius
usurpatis , disparuit omnis dolor , nec
postea reddit .

10. Quemadmodum vero ex inter-
misso venæ sectionis usu , ita etiam ex
ea largiori , vel intempestive celebrata ,
gravis morbus vel etiam ipsa mors con-
sequi potest . Laborabat vir quadragin-
ta & aliquot annorum diu ex ventriculi
inflatione , quam mala diæta sibi con-
traxit , alvique erat durioris , texturæ
sensibilioris & natura debilis . Hic , pro-
pter graves occurrentes animi commo-
tiones , per aliquot septimanas quiete ,
appetentia & viribus privatus fuit , post
varia data remedia , admissa tandem
fuit venæ sectio , qua pejus se habuit &
mox exspiravit . Quid hic potuit impru-
dentius excogitari , quam in vitro extre-
me debilitato venæ sectionem concede-
re , quæ virium reliquias una cum san-
guine simul sustulit . Nunquam enim
corporibus exhaustis suadenda est san-
guinis missio , ubi vires diurno animi
micerore fractæ & enervatae fuerunt .

11. Puerpera triginta annorum , ma-
nu obstetricis imperitia in extrahenda
secundina læsa , de dolore in pube con-
queritur , accedebat febris , per lochia
languis sufficienter purgatus fuit : ob
inflammationem præcavendam intra
sex dies tribus vicibus & singulis largissi-

mam venæ sectionem admisit , remansit lensus calor cum summa virium prostratione , vigilia , post mortem nihil fere sanguinis in vasis majoribus fuit repertum ; sed profundior tantum nigra macula in collo uteri . Quis non animadvertisit , imprudentissime hic toties reiteratam fuisse sanguinis missionem , quæ omnem fere sanguinem consumit , quo ramen utique opus fuisset ad inflammationem revolvendam : nam stasis sanguinis in vasis inflammatoria , non aliter , nisi sanguinis & citiori & crebriori affluxi removetur , unde sanguine , plus quam par est , substrato sanguis subsistens ut putrefact necessarium est . Alia puerpera triginta & aliquot annorum , obesa , nimio laborabat lochiorum fluxu , nihilominus in manu aliquoties se- &ta fuit vena & laxantia data , quibus ita emaciata & exhausta sanguine ac viribus fuit , ut lensus calor , cachexia , tumor pedum per dimidium fere annum ipsam corripuerit , bona tandem diæta & cœli mutatione restituta . Quodsi enim sanguinis nimium subtrahitur , non tantum vires , quæ digestioni & excretiōnibus præsunt , consumuntur , sed & a nimium exinanitis vasis pori ac meatus viscerum & emundatorum subsident ac clauduntur ; & hac ratione ex obstruzione & induratione viscerum longus , gravis , periculi plenus morbus nascitur .

12. Neque minus digni sunt qui annotentur hac de re sequentes casus : Vir erat triginta & aliquot annorum , constitutionis admodum teneræ , hypochondriacis symptomatis a prima juventute obnoxius , maximeque ventriculi inflationibus cardialgicis & asthmaticis divexatus . Hic tempore hiemali , post intensiore corporis refrigerationem , pessime se habuit , summoque affectus est languore , & subito quodam ita afflictus dolore , ut per tres fere hebdomades somno plane caruerit , appetititia simul pereunte & corpore contabescente . Medicus currente Martio mense , quo ægro anteā sanguinis missio semper solennis fuerat , eandem iterum

susasit & aliquot uacias extraxit , sed longe alio quam sperarat effectu , ægro scilicet altero statim die post placide expirante . Ex funesto hoc eventu nemo non videt , summe perniciosa esse sanguinis missionem , ubi vires penitus ob inopiam succorum & sanguinis exhaustæ , in causario jam & debilitato corpore , & tum potius analeptica , diaetatica & pharmaceutica , vires & succos roscidos restaurantia , ex usu esse . Et quamvis æger hic in Martio sanguinem mittere suetus , perperam tamen Medicus temporis adstrictum esse hoc auxiliū judicavit , eo quod venæ sectio non propter tempus iuvat , sed quia circa hoc sanguis , calidiori aere facto , majus spatum affectat seque expandit , ac venis eodem nimium oppletis periculum minatur .

13. Idem fere contigit viro macilenta & cholericæ constitutionis , qui ex hæreditaria quadam & nativa dispositio- ne pulmonum aluit vitium ac præterea ob nimias lucubrations vitamque nimis sedentariam variaſque animi ex ira comotiones , corporis & stomachi sibi contraxit imbecillitatem . Hic ab aliquot jam annis magnam pituitæ viscida copiam screatu ejecerat , hæcque ejactio mirum demum copia increvit & per duos fere menses cum lenta febre , spirandi difficultate viriumque jactura , nec non exquisito sub urinæ emissione ardore , duravit . Tum quidem æger emulsionibus , jusculis medicatis & decoctis demulcentibus , interpolatis clementer alvum laxantibus , cum sanitate in gratiam rediit ; exacto vero circiter anno , eidem malo denuo implicitus est . Alium igitur in consilium adscivit Medicum , qui , licet semper adfuisse anxiam respiratio , tussim tamen non phthisicam , sed ex stomacho æstuante & hypochondriacum symptoma esse judicavit , putavitque , cessatura omnia , si tempestivus prodiret hæmorrhoidum fluxus . Variis denum incassum adhibitis , de vena secunda consilium dedit , floridumque e pede extraxit sanguinem . Sed eodem adhuc die , vesperi ægrum hor-

horror per universum corpus incessit, subsequente intenso æstu, nocte insomni, virium jaæura gravi, & perfecta accessit hectica.

14. Eadem ratione, qua in priori casu factum, medicum aliud in pernoscenda vera causa morbi aberrare vidi mus in generoso quodam viro, quinquagenario majore. Solenne huic erat, ut vernali & autumnali tempore podagra experiretur insultum, cum febre catarhalis, appetentiæ defectu, torminibus ventris, doloribusque dorsi accedentem, ita ut his tres vel quatuor dies affligeret, dolor postea & tumor in majoribus utriusque pedis digitis prodiret. Licet autem nunquam hæmorrhoidum fluxum habuisset, medicus tamen hypothesis addictus, quasi omnis podagra a defectu hæmorrhoidum ortum traheret, autumnali tempore, quo podagra impetrere solebat, paullo ante suetam periodum, venæ sectionem instituit, sed paucos post dies atrocia tormina & dolores pressorii in latere sinistro, cum appetitu prostrato invaserunt accessitque febria circa tertium diem auctior facta. Erant qui morbum colicam esse asseverabant, sed a carminativis internis & externis exacerbabatur, alii febrem vocabant, ego vero quum dolores subito saepè in digitum pedis transire exaudiem, subesse materiam arthritico-podagricam intus retentam judicavi, quæ symptomata suscitat, febrem autem catarhalis similem, a refrigeratione corporis post venæ sectionem, ortum ducere. Suasi hinc liquorem anodynū mineralēm, essentiæ scordii nuptum, cum aliquot granis extracti croci & guttis aliquot olei sceniculi, exhibui quoque pulverem bezoardico-nitrosum, cum infuso theiformi ex veronica scordio & liquiritia, quietem & decubitum in lecto injunxi ægro ac ut pediluviis uteretur. Ita demum comparuerunt dolores in pedibus & per aliquot hebdomades persistenterunt, cesantibus penitus internis passionibus. Primus Medicus ulterius quidem urgebat, adhuc ob hæmorrhoidalē negotium

venam esse secundam, sed æger damno sapiens constanter renuit. & recte quidem, quoniam ipse non esset plethoricus, sed ad cachecticum magis affectum inclinaret, neque dubium est, quin, si iterata sanguinis missione naturæ subtracta fuisset energia materiam nervis inimicam internis partibus altius infixa, ad exteriora pellendū, infelix subsequiturus fuisset eventus.

15. Multa certe nobis nota sunt exempla, ubi instante podagrico morbo, obortis torminibus in ventre & spastico-dorsi dolore, effectus, præsertim in plethorico corpore, pro sanguinea, siue hæmorrhoidalē colica fuit habitus, & ad provocandum fluxum iterato venæ sectio administrata, oblata carminativa & pilula balsamicæ polychrestæ; quibus tamen nihil aliud effectum, quam ut dolores tensivi in abdomine, inflationes & anxietates mirum adaucta fuerint; propinatis vero diaphoreticis sanguinibus & mineralis profapix, morbus conquiererunt omnia, simulac rubor ac tumor in extremis pedum prodiit. Sæpius tamen ejusmodi intus latitans arthritica acris materia medentibus imponit, ut omnia alia subesse potent, ac, ut subinde vidimus, oborto hinc asthmate convulsivo, tumore pedum oedemato ab dominisque inflatione stipato, hydropem præscindere velint & fortiora purgantia, ex gummi guttae, extracto esula aliiisque offerant, invalescente inde malo, tumore incremente, anxietate adaucta, inquietudine, inappetentia, quin morte subsequente; quum alii, asthmate ex hac causa laborantes, potu thermarum Carolinarum tempestivo, facile convalescant, propulsa ad extrema ab interioribus perniciosa materia.

16. Ita vero est, ex speciali observatione, universalem formant industionem plurimi medentum, alii ex foliæ scorbutica succorum dyscrasia, alii ex foliæ plethora morborum origines pertinent; sed sicut illi, ita & hi maxime errant, quoniam plures morborum sint causæ, de quibus singulis, obveniente:

uno morbo, prudenti Medico cogitandum. Licet enim non negandum sit, plethoricum statum, præsertim in spongioso corpore, sub lauto & vinoso victu, circa ætatem virilem, insignem morbos eosque graves inferendi vim habere, nisi tempestive, vel per sanguinis missiōnem, vel per abstinentiam, aut aquarum mineralium usum, Medicus eodem avertat, vel ipsa natura per salubres superflui sanguinis per sedis venas diminutiones se se levet: licet etiam longæ hinc oriundæ ægritudines, potissimum doloribus in intestinis viisque urinariis contineantur; neutquam tamen, nec nephritici, nec ilchiatici, aut colicci dolores, semper a sanguinis mole exundante, sed saepius a fero impuro tartareo, vel scorbutica humorum impuritate, incunabula trahunt. Hinc perperam Medici horum affectuum curationes moluntur per repetitas venarum in pedibus sectiones, per crebriorem usum pilularum ex aloë & gummatibus resinosis extractisque amaris, atque adeo frustra hæmorrhoidum elicere mituntur fluxum, qui nunquam adfuit, neque per vias minus dispositis exitum habere potest. Vidiūs certe gravia & diuturna mala hac mendandi ratione inducta, dum intercepta per crebriorem sanguinis missionem lorum per cutis poros excretionē, sanguis impuris scorbuticis salibus conspurcatus, ad partes in pelvi sitas, vesicam & rectum intestinum affectus, intolerandos dolores in regione pubis, cum continuo ad mejendum & desidendum stimulo, urinæ difficiili miscu, vel plane retentione, stipatos creavit. Quin occurunt exempla, hac medendi ratione, inflammations, exulcerationes & sphacelationes vesicæ & adjacentium partium lethales, suisce productas.

17. Potissimum dolor ille intestinorum acerbissimus & per intervalla affligenſ, cum extremorum frigore summaque virium dejectione, saepissime exercet scorbuticos, suamque trahit originem a fero acri impuro, quod alias na-

turæ beneficio ad summam cutim sub forma exanthematis ablegatur, ac pura dicitur. Quod si enim cuticularis hæc excretio, vel frigore, vel alia causa intercipitur, inquinatus & salsus hic humor ad intestinorum tunicas, nec non vesicæ membranas, admodum nervosæ & sensibilis texturæ, recedit, iisdemque se se insinuans, acutum in abdomine dolorem & enorme simul dysuriam, qua urina difficillime & cum fumo arore ac dolore exprimitur, inginit. Quam gravia damna sic laborantibus intulerint, qui molimina hæmorrhoidalia subesse rati, unico venæ sectionis inde, hirudinum aliorumque hoc facientium usu medicationem aggressi sunt, pluribus quidem confirmatum habemus exemplis, quæ tamen cum circumstan- tiis enarrare studio prætermittimus. Id tamen in genere asseverare licet, sopus quidem subtracto sanguine, effedoris ad tempus sensum, sed brevi post majori recruduisse atrocia, quin, quem ob crebram sanguinis depletionem, impulsus materiae pernicioſæ ad exteriora magis fuerit cohibitus, in humoribus vero impuritas falsa scorbutica magis adauita, quandoque funestus plane est subsequutus eventus.

18. Veniunt nunc proxime quædam dicenda de insigni noxa, quæ ex inconsulto & præpostero eorum usu, quæ ventriculum utrumque, tam majorem, quam minorem, quo nomine duodenum insignitus, vitiosorum humorum illuvie deplent atque exinaniant, præterim si fuerint prosapiae antimoniales, resultat. Hanc per superiora evacuationem non sine inverso, tam stomachi, quam duodenii peristaltico motu, & convulsiva quadam harum partium contractione fieri posse, inter omnes constat; quod si vero paulo pensiculatus causas, quæ eandem provocant inquirere lubet, varii eas generis esse inveniemus. Vel enim a mole, seu faburra humorum vitiosorum, præsertim acido viscidorum, in his latibulis hærentium, vel a subtili acrimonia humoris caustica tunicis ventriculi inharente, vel etiam a solo

a solo vitioso motu partium nervosarum, ventriculi & duodeni nervoso-musculosa systole & diastole gaudens machina ad inversionem, contenta cum violencia expellendi, exstimulatur. Jam facile quisque ex sagacioribus medicis perspiciet, si causam naufragii & conatus ad vomendum humores mole & vitio peccantes praebent, salutarem quam maxime esse horum per vomitum excretionem, quam si natura paulo languidior est, sublevare utique & adjuvare per idoneum emeticum oportet. Contra vero, quando dispositio ad motum harum partium inversum & molimen vomitorium ab exigua quidem, sed caustica & virulentia indolis materia, eaque intra tunicas ventriculi hærente, vel a solo animi perverso motu, vel a consensu partium nervosarum ex spastico evenit, patet omnino, plane nullum locum habere, sed potius perniciosestima esse, que penetranti & valentiori stimulo, ut fibriata solent, ventriculum & totum systema nervosarum partium graviter afficiunt atque exigitant, ut tristissima etiam mortis exempla inde in promtu habeamus, quorum profecta singulo asserti hujus veritatem abunde teitantur atque confirmant.

19. Licebit proinde ex multis quædam tantummodo memoratu digna exempla enumerare, quæ aliis quam maxime in meliorem cautionem, cum de liberatione & prudentia exhibendi emetica, interire poterunt. Vir triginta aliquot annorum, sanguineæ complexions & habitudinis spongiosoris, liberaliori & continuato vini spirituoso potu se exercuit, aliquot post diebus corpori, propter incitationem motu sudore perfuso, copiosum frigidum potum iunxit, a quo mox male se habuit, coorta febricula & anxietate, cuius avertenda causa emeticum antimonialis prosapia sat potens oblatum fuit: vomuit, sed anxietas, inquietudo & ardor circa præcordia, cum summa virium prostratione, aliquot dies sequebatur, tandem convulsio & mors. Facta fæctione ventriculus mire inflammatu repertus fuit. Quis non perspicit, nullam plane hic adsuisse propinandi emeticum

indicationem, quod vel jam a frigidiori potionē factam inflammationem exacerbare, vel eam, in ventriculo ad illam disposito, excitare debebat.

20. Femina sensibilioris & teneræ constitutionis, spasmodis hysterics obnoxia, tumidam & cacheoticam faciem habens, summis emeticum, quod vehementes vomitiones movebat, non multo post caligant oculi & plenarie visio amittitur, neque restituta fuit. Quis non hic clarissime intelligit, pessimi hujus mali causam fuisse fortius vomitorium in femina, quæ jam laborabat spasmodis, quibus ordinario sanguinis & sero copia ad caput fertur, quod, cum jam ipsa in operatione violentius factum fuit, a sanguine stagnante serum secersit per poros & descendens ad nervorum opticorum thalamos, eos comprimendo, immedicablem hanc lesionem oculis attulit.

21. Quidam sanguine plenus, annorum quadraginta & simul hypochondriacus, spongioli corporis habitus, vere, cum nondum sanguinem misisset, summis purgans cum emetico, quod ultra viginti sedes excitavit, nos erat inquieta, manœcum surgeret & frigido aeri sele exponebat, protinus in maximas anxiates, virium languorem, vertiginem cum extremon refrigatione & tremore, incidit, sedēta fuit vena & datis diaphoreticis & confortantibus paulatim symptomatum atrocia fese remisit. Plethoraicis atque hypochondriacis nunquam fortiora purgantia dare expedir, eo quod fortis spasmos concitando, cum vehementia sanguinem in partes pellant, ubi congettus magnis malis procreandis, idoneus est. Virginī ex defecta mentis laboranti, eo tempore, quo natura incepit spasmodis uti ad superfluum per uterum expurgaadum, ex medici consilio datum fuit emeticum validum, a quo quidem vomuit, sed cruentum copiosum, cum hypothymis, nihilominus tamen, magna cura adhibita, vitam servavit. Non levis in præcessu error est, dare eo tempore, exigitantia, emetica & purgantia, quo natura in motu est & molimissa spastica facit

facit ad sanguinis evacuationes, quæ nec turbari neque ad alia inconvenientia loca facile transferri debent.

22. De noxiis emeticorum intemperantibus usu notabilis porro sequens est historia. Vir circiter quinquagenarius, sanus & integer viribus, gravissima correptas ira, mox tremore, horrore & frigore extremonum, cum ingenti praecordiorum anxietate viriumque dejectione tentabatur & sequentem noctem insomnem, persistebat adhuc hilice symptomatis, transfigebat, continuam percipiebat nauseam & ad vomendum dispositionem atque conatum, unacum labiorum tremore & oris amaritatem. His symptomatis jactatus importune flagitabat a medico vomitorium, qui dare illud primum renuebat, vix tamen continua precibus porrigebat, sed quia sumto pharmaco cum summa difficultate & anxietate bis, velter tantum, pauca mucosa & biliosa vomebat, ad meliorem operationem efficiendam, aliam poscebat dosin, quæ ipsi etiam concessa. Hinc non ita multo post in deterius versa omnia, aderant quidem continui singultuosi ructus, sed nullæ rejections humoris: affligebat præterea summa inquietudo, oppressio, spiritus gravis, intolerabilis ardens & anxius dolor in epigastrio, unacum extremonum refrigeratione, pulsu parvo & non-nihil intermittente. Petitum demum ame auxilium, tum ego accedens, ægrum extrema fere agentem inveni, eo quod vehementia spasmorum omnes ferre corporis nervosas sensui & motui vacantes partes occuparat. Et quum mecum perpendarem, a sumto veneno arsenicali eadem suborta symptomata largiori potu lactis & olei cuiusdam expressi, v. g. amygdalini, felicissime saepè sublata & hominem ex mortis fauibus creptum, pariter lac bubulum temperante calidum successive, at copiose, ebendum suasi. Inde insigniter quidem atrocia hæc symptomata conquiescere & remittere per noctem videbantur, sed subsequenti mane ipse patiens, sine medici præscitu, unciam unam salis Eb-

hamensis ad aperiendam, quæ firmiter clausa, alvum flatusque & anxietates tollendas sumvit, quo priora symptoma ta & majori adhuc atrocias reversa, ut assuntis licet analepticis, antispasmodicis, animam, intra tertium a fumto primo emericato diem, efflaverit.

23. Est certe allata hæc historia vel hanc ob causam memoratu digna, ut quisque Medicorum inde discat, innocens alias emeticum sibiatum, moderationi dosi, uti tartarus emeticus, ad grana duo datum, pro certa dispositio ne spasmatica, nempe ventriculi & partium nervosarum, veri veneni vim habere & lethalem effectum exferere posse. Qua de causa quisque circumspetior Medicus, non tam facilis ad dandum emeticum esse debet, nisi prius probe corporis ægrotantis natura, ventriculi dispositio & causa urgente ejusmodi remedium, perspecta. Deinceps illa quoque utilissima cautio ex fune hoc casu elicenda: salia neutra eaque amaricantia, ut sal Egranum, Ebshmense, Sedicense, ad deducendos efficaciter & sine molestia per alvum vitiosos humores egregia, tali in casu, ubi primæ viæ spasticis stricturis tenentur, neutriquam posse habere locum, adeo ut præsentissimam etiam hoc modo & hac ratione possint noxam inferre.

24. De eodem hoc incongruo & lethali emeticorum usu, ob Medici errorem, falso causam morbi dijudicantis, digna notata hæc est historia, quo inde Medici im inquirendis causis circumspetiores esse discant. Generosa erat puerilla, annos habens quindecim, teneroris admodum ratione corporis constitutionis, sedari etiam valde compositi animali, quæ nondum passa mensium profluviū, per aliquot hebdomades male haberat & ingenti pressa fuerat languore, qui vires dejeicerat, ad animi fere usque defectionem, unacum anxiō quodam circa præcordia sensu, quem Germani dicunt, das. Ubelsgen, defecerat præterea ciborum appetentia, & paucum cibo, non tantum compressionem, sive pressorium dolorem in epigastris.

stris regione senserat, verum etiam eructationem nauseosam & vomitandom, urgente simul tussifica, alvo clausa & paucō somno. Medicus consultus firmiter sibi persuadebat, contradicente licet matre, causam horum malorum esse puitam tenacem, copiole ventriculo inhalatentem, quæ vomitu sit iocienda, eamque excretionem ac viam quoque ipsam commonstrarē naturam. Annuit tandem mater assumtumque emeticum, nescio quod, quo puella ingentem quidem pituita viscidae copiam multumque liquaminis pituitosi ejicit, sed tantum ab eo virium sensit decrementum, ut, quem erecta in statuta esset, mox animo disqueretur, respuit simul omnem medicinam & cibum, eo quod anxius dolor inde augeretur, & tertio a sumto pharmaco die placide exspiravit.

25. Medicus in hoc casu ad menses, qui sub hac ætatis periodo erumpere solent, neutquam respexit, & quod a sanguine per uteri ostiola liberum exitum non inveniente, sed restuente ad superiora, præsertim ventriculum, illa symptomata, quibuscum conflictata fuit virgo, originem suam traxerint. Hoc enim si incidit, emetica omni modo evitare expedīt, ne impetuosi concitato sanguinis ad venas stomachi affluxu, vel ipsæ ruptæ cruentum cieant vomitum, vel sanguis, præsertim impurus, ibi incarceratus, lethalem sphacelum producat, maxime in tenerioribus, delicatis & sensibilioribus naturis. Vidi mus quidem, emetica purgantibus in pilulari forma admixta, in habitioribus & plebejis, ubi menses retardati fuerunt, non sine fructu data, sed tamen ubi nondum fluxerunt, vel per uteri vias exitum invenerunt, aliter longe procedendum, & hæc medendi ratio neutquam locum invenit.

26. Pari ratione pericolosum est, vomitoriam propinare medicinam, quando ventriculus citra materiam ibi inhærentem peccantem, solo motu per consensum & actu quodam, quasi immateriali, ad fastidium & vomendum laces- situr. Memini pariter feminæ, quæ post

annum quinquagesimum, quo ordinatio mensum finis esse solet, propter congescionem sanguinis circa venas & vala majora in lumbis, & ob urinam secedentem fabulosam, quæ exquisite sentientem ureterum substantiam arrodere & irritare solet, dolores pressorios in ventriculi regione usque ad dorsum pertingentes, cum nausea & stimulo ad vomitum subinde, præsertim noctu, patiebatur, sanguine nimium a situ in dorso incalcentem. Medicus hujus symptomatis causam esse censebat cruditates in stomacho & suadebat mixturam, quæ grana duo tartari emetici habebat, qua quidem vomuit multa cruda & pituitosa, ab eo vero tempore id consequutum est, ut gravissimi cardialgici dolores, sive vehementes spasmi præcordialem regionem per intervalla sæpius tenuerint, quotiescumque vel dolor circa renes suscitaretur & fabulosa urina secederet, vel cibus difficilioris solutionis, aut flatulentus assumeretur, vel femina leviter ira commoveretur. Nam mira est consentio rerum, seu potius ureterum, cum ipso stomacho, propter communem, valde nervosam harum partium texturam; quo etiam fit, ut, quod quotidiana observationis, a calculo firmitius & diutius uretheri impasto, nulla cibi sit appetentia, sed continua nausea, ructatio & ad vomendum dispositio, cum summa molestia.

27. Neque minus crebriori experientiae suffragio constat, quod ubi genus nervosum in quadam parte, etiam remota, in morbis patitur, ventriculus non modo inde afficiatur, sed & ipsa emetica & purgantia illum plus debilitent ejusque functionem laudent; id quod etiam sequens historia uberioris confirmat. Novimus seminam septuaginta annorum, quæ post refrigeratum nimis tempore hiemali corpus, in vertiginem incidebat, quam brevi post insultus sequebatur apoplecticus, convulsivis colli motibus stipatus. Venæctione in pede & antapoplecticis refocillata, conatum experiebatur ad vomitum, & assumto calido juscule, multum etiam pituitæ visci-

viscidae eructavit. Medicus igitur causam hujus insultus in ventriculo delitescere ratus, ad hanc novique paroxysmi recursum praeſcindendum, postquam ægra noctu bene dormiſſet, ſequenti mane porrexit emeticum, ex granis XX. radicis hypercuanhæ & grano uno tartari emeticici, quo tres provocati vomitus cum maximis cruciatibus & angustiis, paulo vero post novus accessit insultus apoplecticus, cum intumescenia & magno circa oculum tumore, diſſicillima respiratione & ſtertore, donec post duodecim horas ægra animam efflaret, efluente poſt mortem ex naribus, auribus & oculis ingenti feri putridi copia. Perperam oblatum eſſe huic apoplexia tactæ vomitorium, merito judicandum; quandoquidem in ventriculo nec vomitus, nec apoplexia fuit cauſa, ſed iſ potius fuit ſympomaticus. Notum enim eſt, in omnibus capitis & nervorum, etiam a cauſa externa, morbis, ſtomachum in conſenſum trahi & ad vomendum addeſſe inclinationem, eaque propter iſtendos potius eſſe hos ſpafmos, quam promovendos & intendendos. Compertum quoque ex pathologicis eſt, apoplecticum insultum a ſanguinis & humorum congeſtione ad caput, ob ſpafmos inferiorum partium oboriri, quumque haec congeſtio ſub vomitu augeatur, patet utique, novo insultui per emeticum anſam fuſſe ſuppeditatam.

28. Porro, ſecurus quidem emeticorum uſus eſt in febribus, ſi prima regio ſordium ſentia ſcatet ac remiſſionis tempore evacuatio iſtituitur; ſed quando ſub ipſo paroxysmo cum frigore accefſu, quo ventriculus & partes nervosæ ſpafmo afficiuntur, propinuant & corpus præterea commotum, ira quam ſemper ſpasticæ circa ventriculum coabitantur ſtricturæ & qua totum nervorum ſystema præter naturam afficitur, vene ni naturam & virtutem induunt. Conſirmatum id habemus memorabili exemplo feminæ viginti & quod excurrit annorum, ad iram admodum pronæ. Haec quippe iracundia affectu percita, refri gerato ſimul corpore cibis que pravæ ma-

teriæ ingeſtis, incidit in tertianam, gravibus ſympomaticibus, horrore, nigore, ſtimulo ad tuſſim ac vomitum, nec non anxietate ſtipatam. Instante tertio paroxysmo, paulo ante ipſius accessionem a chirурgo tria tartari emeticici ſumſit grana, ſed adeo exasperata inde ſympomatica, cum extremerum frigore, horrore, rigore, vomitu alvi que dejectione, ut lethalem addeſſe catastrophen putarent omnes, subsequente tamen aſtu, atrocia remiſit ſenſimque conquievit febris impetus. Interim re manſit virium proſtratio insignis, & redunante nova accessione, eadem ſympomatica eadem reverſa ſunt vehementia, licet nullam plane interea aſſumelit medicinam, & plus quam decies vomuit totiesque etiam alvus ſecellit. Repetente aſtu, iterum remiſerunt ſympomatica, ſed magis quam antea languit nihilque cibi vacuo die aſſumere potuit ægra, ac iuſtantē vehementiori adhuc quam prius unquam paroxysmo, ob virium defectionem in lipothymiam incidit, cum ſudore frigido, pulsu parvo & inæquali perpetuoque ad vomendum conſtu, mens quoque emota ac demum mors ſuccellit, halitu ex ore reddito frigidifimo. Licet igitur ea motuum ſpasticorum ſit ratio, ut ab impetu ad tempus remittant ac poſtea iterum repeatant; ſumto tamen in paroxysmo emeticō & introducto per illud pejore in nervorum & nervosarum partium ſyſtema ad ſpafmos diſpoſitione, non mirandum, inſigniter increviſſe motuum febrilium veheſtentiam & junctas februm iuſtui vomitiones alvi que dejectiones adeo fuſſe adauertas.

29. Luculentia porro de noxa emeticorum praepoſtere datorum haec eſt obſervatio. Generofa quædam femina ſexaginta & quod excepit annorum, ſanguinea, ob diuturnum mariti morbum ipſiusque obitum gravi & longo afflitta fuit incerore & ab aliquot hebdomadi bus multum conqueſta de ſummo languore virium, de tensivo circa hypochondrium ſinistrum dolore, nec non ardore ſub cordis ſcrobiculo. Alvus ſimul

mulerat valde adstricta, noctes insomnes, appetentia dejecta, omnia cum naufa, & fastidio ingerebat, neque propter impensam debilitatem lectum relinqueret poterat per integrum mensem. Secta fuerat vena in pede, data analeptica temperata, quia calida ferre non poterat, alvus per clysteres aperta, liquor anodynus & pulveres temperantes nitrofisi propinati, sed eo usque incasum. Visitabat autem interea ægram alias quispiam Medicus, qui primum Medicum malum non intelligere & ventriculum faburra vitiosa obfessum penitus esse asseruit, simulque se brevi tempore ægram sanaturum esse confidenter pollicitus est. Obtulit hinc postera die pharmacum, quo sumto mox ejicit miram crux crucis nigri quantitatem, ita, ut sex vomitibus plus quam sex libra eructarentur; videbatur etiam ægra a vomitu melius se habere, sed mox intam grave animi incidit deliquium, ut paucis post horis obdormisceret. Femina hæc, omni dubio procul cachectica, viscera, præsertim lienem & hepar, sanguine infarcta habuit, vasaque ventriculi cuore turgida. Id enim post impensiorem luctum ac diuturnum micerorem sæpe evenire solet in feminis maxime debilibus & atate gravibus, ut lenta gliscere videatur febris & quasi hectica, cum dolore circa hypochondriu[m] sinistrum, languore & inappetentia. Licet igitur hæc femina ab inferitu vindicari non potuisset, Medicus tamen mortem ex errore acceleravit, quia mali causam in ventriculo harere judicans, vomitus elicuit, quibus vasa stomachi brevia erupta & crux tam copiosus per os egestus est, cum letali lipothymia.

30. De cruenta vomitione quoniam jam facta est mentio, incidit in memoriam observatione non indignus casus, de femina idemtide generosa, vix XXII. ætatis annum egressa, tenerioris & sensibilioris constitutionis, a matre hysterica prognata & ipsa hysterica passionibus obnoxia aliquique adstrictioris. Laborarat hæc duobus abhinc annis terrena, quæ a medico, quibus nescio, ab

aesta quidem fuerat, sed languerat ex eo ciborum appetentia, ægra male semper habuerat mensesque per tres menses restitarant. Primus in consilium vocatus medicus gravidam ipsam esse judicabat, quod tamen plane ipsa negabat; alter vero extraneus medicus ad menses emovendos misit elixirum quoddam aloeticum, succinatum, amarum, cum oleo fabinae mixtum, quod ter quotidie ad gtt. XXX. sumfit, aquo tamen austro circa præcordia anxietas & ardor cum viuum languore. Accersor hinc ego ædesque intrans obvium habui in hypocausti limine maritum, phialam argenteam liquamine instar loturæ carnis, innatantibus atris grumis, repletam, quod vomitu rejecerat ægra, manu gerentem, & lesto postea astidens iterato egrat majorum grumosi & corrupti cruxis quantitatem eructare vidi, donec accedentibus lipothymis pulsusque factio inæquali, viginti quatuor post horas, mors vice faceret finem. Scilicet, sæpe accidit, ut post febrem, præsertim male curatam, mensum subsistat fluxus, & regurgitante ab utero ad ventriculum, lienem & hepar sanguine, ejusmodi, quæ meminimus, ingruant pathemata. Sed hoc ubi contingit, pernicisum maxime est emmenagoga calida offerre, eo quod sanguinem exagitant eidemque organum & turgescentiam inducunt, quæ facile ventriculi venæ demum rumpuntur.

31. Anoxæ emeticorum remediorum venientium est ad damnum, quod validiora purgantia data adferunt. Feminæ cachecticæ & valde repletæ, obesæ, quæ pedes habebat tumidos, exhibetur purgatio, quæ drachmam semis extracti panchymagi Crolli & grana octo resinae gialappæ habebat, quarum usum mox cum cardialgia atrocia tormina exciperbant, altero die nec manum nec pedem poterat movere, memoria quoque erat immunita. Non aliunde hujus mali origo, quam a fortis purganti petenda sit, nam gialappæ resina firmius intellectorum tunicis adhaesens, ingentes suscitat spasmodicas contractiones, quarum velut

vehementia impurus & serosus sanguis ad caput & spinalis medullæ principium pellitur, ubi periculosa seri stagnationes hæc mala protulerunt. Femina teneroris & sensibilioris texturæ, sub principium autumni in febrem catarrhalem cùm coryxa-tussi, alvo adstringita & glandularum tumore incidit. Præter pestaria & emollientia datur quoque purgans, quod mercurii dulcis grana decem & extracti panchymagogi Crollii grana viginti habebat, hoc sumptum de nocte incredibiles fecit anxietates cardialgicas cum vomitu viridi, ventrem quoque tormina fatigant, cum aspectu faciei miferrimo, ut crederes illam morti vicinam. Clysterie infuso ex lacte & carminativis & supra dato, tremore hordei cum diacordio Fracastorii & oleo amygdalarum dulcium, sedibus aliquot subsecutis & sudore oborto melius se habuit. Non dubitandum est, quin intempestive hoc casu, datum purgans symptomatum horum gravium causa fuerit: nam, quandocunque natura est in motu, & spasmi ad sunt ad aliquid expellendum, alvusque simul ob spasmos dura & constricta est: tunc consultum nunquam, acri stimulo membranosas ventriculi & intestinorum partes exagitare. Multo vero deterior res est, ubi acidi corrosivi prima in regione humores resident, qui juncta acrimonia purgantium nervos præcordiales vehementer adfligunt, unde anxietates & id genus plura pattemata.

32 Infans aliquot mensium a nativitate bene se habuit, dormivit & per alvum excrements reddidit. Mense septimo, sub accessu dentitionis, male se habet, alvus non bene respondet & excrements secedunt viridia, corpus calet; inquietus est, ingeruntur multa & varia remedia, frequentius quoque offertur ad alvum laxandam pulvis radicis gialappa ad grana sex cum syrupo rhabarbari, clysteribus quoque crebrius alvus tentata, subsecutæ fuerunt cum febre convulsiones & mors. Tametsi dentitio in infantibus facile convulsiones producere possit, minime tamen adprobamus hanc

methodum, quando omnia sunt propter dolorem in spasmo, motu & constrictione, acris quod dentur purgantia & copia ingeratur medicamentorum, eo quod hæc spasmos graviores efficiant & naturæ vires mirum fatigent, potius dolor blande demulcendus est anodynus, diaphoreticus & nervinis & clysterae blandi ac oleosi injiciendi, hinc remittente dolore & spasmum, seva symptoma sponte quiescent vel facile revertuntur. Auro enim carior debet esse hec practica regula, naturam a morbo irritatam non ulterius acribus medicamentis esse irritandam. Novimus infantes quibus, cum alvus non recte respondeat, datum ex gialappa purgans aliquoties ita dejicit intestinorum tonum, ut alvus nunquam ad pristinum statum redierit. Nihil enim pejus est, quam ventriculi & intestinorum tonum infantium purgantibus pervertere, quo salvo & incolumi ipsi optime valent, quo desperito semper eorum vita & sanitas perclitatur.

33 Sanus & robustus homo, tempore verno, post venæ sectionem perit, præservationis causa, a medico purgans, quod constabat ex extracto hellebori nigræ, gummi guttaræ, resina gialappa, trochiscis alhandal ana granis octo: forma pilularum sumit, inde anxieties passus est cum duobus vomitibus & quatuor sedibus, circa vesperam pulsus fit celer, siti afficitur, nox est inquieta. Medicus altero mane, accersitus, existimans multos pravos succos in primis viis latere, qui non sufficienter evacuati essent, iterari hoc purgans jussit, sed sequuta fuerunt ingentia tormina, cardialgia & colicæ inflationes, aliquot sedibus subsecutæ: appetentia dejeiciebatur & summus aderat virium languor, iuscuala data fuerunt hordeacea, melius quidem se habuit, sed ex eo tempore nunquam non de tensiis flatulentis, mala digestione & alvo non recte respondente conquestus est. Hic casus nos docet & insimul admonet, purgantia fortiora, etiam in sanis corporibus, ventriculi & intestinorum motum peristalticum actionem.

vum ita lēdere & invertere posse , ut ad eam reparandum non facile rursus locus detur : sique id præstant in sanis & robustis corporibus , multo magis offendit imbecilliora . Et hæc quoque historia veritatem aphorismi XVI . Sect . IV . qui est : veratrum periculosum est sanas carnes habentibus & aphoris . XXXVI . Sect . II . sanas habentes corpora , dum medicamentis purgantur , cito exsolvuntur , exitie corroborat .

34. Intempestive quoque data sudorifica morbo præbere posse causas ; selectiores observationes & morborum clinicae historia luculenter testantur . Vir sanguine plenus & robustus , quadraginta annos natus , ante sanguinis missionem vel alvi diuisionem , cum ex dolore tenui scapulae dextræ laboraret , summis a medico iuncturam bezoardicam , cum spiritu cornu cervi succinato mixtam , paulo largiori dosi , lecto probe tectus circa noctem & summo mane , non sudavit , sed dolor scapularum non mitior , sed potius gravior redditus , in consensu pertraxit colli musculos , ut in nullum latus flectere posset , jungebatur ingens dolor capitis in latere dextro , quem postea sequebatur acris defluxio calida ex oculis cum rubore diurna , adhibita venæ sectione & purgatione , nec non admotis pediluvii & infusis herbarum calidis , quæ transpirationem movebant , se remiserunt quidem hæc symptomata , defluxio autem ex eodem tempore mansit in palato per annum & ultra , cum perpetuo fere uvula delapsa , cui malo tabaci sumus tandem egregie succurrebat , nihilominus , humida regnante tempestate , hæc relaxatio mox fauces & uulam rufus petebat . Quæ vitia non aliena agnoverunt originem , quam quod sanguine & succis repleto datum fuit cum regimine forte sudoriferum , quod cum impetu tenacem sanguinem in angustias vasorum & glandularum protrahit , ut adeo circulatione sanguinis ita impeditiori satia sexum per poros secedere coactum a cres has defluxiones concitaverit .

35. Femina præter morem gravi contracta iracundia , sensit exinde anxiet-

tem & constrictionem circa præcordia cum appetentia dejectione artuumque tremore . Sumis ex confilio amicæ spiritum cornu cervi volatilem paulo liberaliori dosi & ad sudorem corpus compausit . Ab hoc tempore in artuum dolorem , universi corporis languorem ac lentum calorem dia adfligentem incidit , ut hectica & phthisi laborare ab omnibus crederetur , lacte tandem caprino diluto cum infuso veronicae & pulveribus nitrofisis & bezoardicis & laxante ex manna vires , sed non in totum recuperavit . Quid absurdius hic potuit excogitari , quam calido sudorifero faburram biliosam primis viis inhærentem , quæ per sedes debebat vacuari , ad habitum corporis & nervorum sistema propellere , ubi has torturas excitavit ; saluberrimum enim est monitum sapientissimi medicinae parentis Hippocratis aph . 21 . Sect . I . per convenientia loca materiam , quæ educi debet , esse ducendam : siue loco remedii , quod sudorem movebat , oblatum fuisset clementer laxans cum temperante pulvere mixtum , immunitis certe ægra a perniciiosis hisce symptomatibus vixisset .

36. Neque vero facile majora damna ac detrimenta in medicina , quam per opiatorum abusum , fiunt , in quorum confirmationem per paucas hoc loco observationes placet inserere . Vir triginta annorum sanguineo-phlegmatici temperamenti per omnem vitam integer , sanus ac incolmis , vino Rhenano per frequentes comptionates se nimium opplevit , a quo tempore in alvi incidit fluxum aliquot-septimanis durantem , cuius fistendi fine , medicus porrigit pulverem , qui opium torrefactum capiebat , de quo intra viginti quatuor horas duodecim fuens doses , quarum quævis duo grana opii habebat , quo facto minuebatur quidem nimia alvi dejectio , sed ingentes passus fuit anxietates , abdominis flatulentias , spasmos , somnus erat inquietus , virium languor & digestio depravata fuit & subinde conquerebatur æger , totam ipsius naturam esse in pejus mutantem & mire debilitatam . Diu derarunt hæc

hæc symptomata , ad quorum vehementiam tollendam plures medicorum in consilium sunt adhibiti, qui morbum habebant pro hypochondriaco & variis usi sunt remediiis, sed plane frustraneo effectu , siquidem perpetua aderat ruetum & flatum copia , anxietas , inquietudo & alvi crebrior cum dolore dejectio & raus in ventriculo & ore acor observatus , ut aquam fortè amulari videtur ; juncto calore præternaturali , urina rubicunda cum sedimento , extremæ partes ut plurimum refrigerabat , & tunc in dorso sudor observatur . Laboravit ex hisce symptomatis jam per plures annos , frustra adhibito thermarum & acidularum martialium , absorben- tium , decoctum ex lignis aliorumque usu . Evidentissime apparet ex hac morbi historia , quod copia vinorum acidorum , quæ tunicas intestinales laferunt , non mirus , quam maxime per sinistrum opii usum , ventriculi & intestinorum tonus ac motus ex toto fuerit destructus , cui unice gravia , quæ adfligunt , symptomata , accepta referenda sunt . Simili quoque ratione annotavimus in femina , quæ ex dysenteria laborans præpostere adstringentibus & opiatis tractata fuit , eadem fere symptomata . Discimus exinde , quam graviter opiate ventriculi & intestinorum tonum , quo nihil ad sanitatem tuendam est præstabilius , offendere possint .

37. Tametsi vero innumera , quæ minus prudens opiatorum usus intulit , mala compluribus observationibus a nobis notatis ostendere possemus , sufficerit tamen adhuc duas memorabiles attingere . Prima ita se habet : Vir quinquaginta annorum , sanguineus & bono corporis habitu præditus , podagra per multos annos detentus , incidit ob infortunium in diuturnum mæorem , cohibetur alvi fluxus cum virium languore , ciborum appetentia . Medicus hisce malis opponit aquam liliorum convallium vinosam cum grano uno extra illi opii quotidie sumendam , quod remedium per aliquot fere septimanias continuat proprie somnum paulo quietiorem redditum , sed lan-

guor virium ingravescit , sudor fit frigidus , tandem pulsus fit celerior & simul debilis ac singultu accidente æger moritur . In dissectione corporis hepar , quod ad concavam partem , nigrum , corruptum & sphacelosum inventum & latior macula nigra in dextro ventriculi latere , nec non in diaphragmate conspiciebatur , exiguis vero in vasis sanguis reperiebatur . Quam inepte corpori raro ac spacio , cujus robur ventriculi & universi corporis mero fuit exhaustum , opiatum datum fuerit , saniorum judiciis relinquo .

38. Altera non minus notatu digna observatio hæc est . Alius vir triginta annorum , naturæ admodum imbecillis , sensibilis , hypochondriacus ob insalubre diætam sepe incidit in anxiæ ventriculi & præcordiorum inflationem , alvi est segnioris , & incredibilis in ventriculo aderat acor , quem subinde absorbentibus contempnerat . Corripiebatur saepius vere & autumno tussi diurna humida , cum inquietis noctibus & alvo tardius secedente ; ad catarrhum itaque sistendum & somnum quietiorem reddendum , datur crebrius dosis pilularum de styrace cum vel etiam sine stimulo aloctico laxante . Neque male cessit medicina , nocte meliori secuta & tussi moderationi . Non nullo vero post conqueritur æger de maximis angustiis circa præcordia , & vomitu spontaneo ejicit viscidam materiam bruni coloris , urgentibus anxiætatis affert emeticum , quo ingens colluvies materiae viscidæ , brunii coloris non sine euphoria ejicitur . A medicis hæc habita fuit pro ætra bile verum sive potius cruento ex vase brevi in ventriculum effuso & cum alimentis fermentatis permixto . Ejusmodi materiae vomitiones etiam spontaneas postea semper fere incurrisse observatum fuit , quoties medicamentum , quod pauxillum opii continebat , sumbit , at color materiae , quæ vomitu rejecta fuit , brunus , potui succoladæ , quo non advertentibus medicis interdum usus fuit , debebatur . Nam sub febrili & catarrhalis insalute ordinario strictior est alvus , quæ adhuc difficilior per opiatum facta est , unde ob-

vetriculi & duodeni atoniam auctam viscidam & glutinosa, pinguis, qua gaudet succulada, massa diutius intestinorum tunicis adhaerens, tandem naturae robore & stimulo addito ejecta fuit. Nos admonere haec observatio debet, quod nec unquam, nisi vel cum magna cautione in omni febrium genere, nec non in corporibus hypochondriacis, opata prebenda sint, ob id quod alvum retardando, impuras sordes in prima regione accumulat.

39. Ab opatiis ad mercurialia, salivationis fine adhibita deveniendum, utpote que proh! dolor haud levem corpori adfricare solent noxam, plurimorum malorum fundamentum constituendo. Quam in rem etiam juvat casum hoc loco propone, qui adhuc sub nostris manibus versatur. Vir quadraginta annorum, macilenteris habitus, ob assuetam duram & salsam dietam, non adeo benignos succos in venis lovens, inficitur ex impuriori venere maligna lue, que artus & caput acerbissimis doloribus & tophis exruciabat. Postquam plurima incassum data fuerunt, tandem ad salivationem deuentum est, quam argento vivo, intus & extus usurpato, promovere annisi sunt, sed plane non fuit levatus, potius ab eo tempore de perpetua tensione, duritie abdominis, alvi tarditate & urinæ difficultate ac suppressione conqueritur, & nisi balneis emollientibus, nitrosis & balsamicis carminativis ac diureticis & laxantibus ope rem feramus, alvus dura, inflata & densa manet ac multum molestia procreat: reliqua symptomata, ut topi, dolores acerbi capitis & artuum, remediorum a nobis datorum ope, sublata sunt, tantum quod illa noxia & spastica strictura, que in membranis intestinorum & vesicæ remansit, nondum ex toto vinci potuerit. Novi feminam generosam, que a mercuriali salivatione per plures annos molestio ptyalismo laborat, capitis imbecillitate & dolore saepius ad dentes atroci revertente, pedes plerumque sunt frigidi, parum appetit & corpus marcore conficitur. Atque adeo ex hisce vel satis evidenter apparel, mercurium non esse tam insens & innoxium remedium, ut imperiti

volunt, sed satis potens & validum in concitandis gravibus malis, si eo velut heroico, cuius dexter usus magnam prudentiam desiderat, abutamur. Vix enim datur in rerum natura simile remedium, quod tam valide, stringendo nervos ac glandulas, humores lymphaticos in matum fortiorem cire atque in palato & faucibus glandulosis, vel etiam capite congerere, præter argentum vivum potest, cuius operatio ex parte est constrictorio-spastica, ex parte relaxatoria, unde lymphæ congeslio.

40. Dein, innumera mala sunt, que ab adstringentibus incaute adhibitis ad fistulos nimios sanguinis vel etiam alvi fluxus profiscuntur. In memoriam incident casus, ubi vir saquine & succis plenus, Baccho & Veneri admodum deditus in nimium haemorrhoidum, cui adsuetus erat, profluvi dilapsus est. Medicus in consilium accitus ipsi prescribit electuarium ex conserva rofarum, semine hyoscyami, haematite, semine papaveris albi, quod larga satis quantitate summis, fistulat fluxus & mens simul emovetur ac turbatur, non multo post incipit ventre intumescere & verus fit hydrops. Ratio non adeo difficilis, sed in promptu est: nihil enim in laedendo ventriculi & viscerum tono potentius est narcoticus, & quia jam in haemorrhoidario nimia venere & vino debilitato, hepatis & omnium viscerum adfuit labes ac imbecillitas, effectum utique est, ut hepar & lien, que obstructionibus sunt opportunissima, crassis & lentis succis infarcta, liberum lymphæ circulum ac iter intercipiendo, scri fecessioni & vasorum lymphaticorum ruptioni causam atque occasionem prebuerint. Et, cum medicus curationem hujus morbi validioribus purgantibus adgrediebatur, nostro quidem judicio plus detrimenti, quam emolumenti attulit: nam viscera indurata & infarcta & vires imbecillæ medicamenta solventia, que vacuandis crassis & lentis humoribus idonea sunt, non facile admittunt, in minori vero dosi nihil aut parum opis ipsa conferunt, sed semper imbecillior ex horum usu fit corporis natura & ventriculus magis leditur.

41. Mensium fluxus & fluor albus in feminis paulo fortioribus adstringentibus & externis & internis cohibitus, quæ non profert mala? gignuntur inde varia in uteris tumorum & ulcerum genera, scirri, phlegmones, cancri & hujus generis plura, quæ recensere nimis longum esset. Placet hanc in rem sequentem historiam adferre. Quadraginta annorum femina, tenerioris & sensibilioris texturæ, diæta minus salubri & incauta utens, alvo laborat obstrœcta, capitis dolore & præcordiorum tensione, excernit instar albuminis ovi per uterum materiam singulis mensibus, quæ procedente tempore coloratior & acrior facta est. Medicus, præmisso purgante, utitur Grammania-natintæ, quæ ob saturni saccharum & vitriolum martis fistebat hunc fluxum. Ab hoc vero tempore ingenti auxietate præcordiorum, languore, inquietudine & dolore lumborum premitur: accipit fudoriferum & inde universum corpus maculis rubris perfunditur, hinc anxietas præcordiorum & internus calor ex parte minuitur. Quando corpus frigore excipitur, purpura protinus recedit & pristina symptomata revertuntur. Tandem usu bezoardicorum purpura corpus deserit, & fluor albus revertitur. Quibus docemur, nunquam tuto adstringentibus fisti fluxum, sed materiam, quæ in virtu est, dum ad alia & interiora loca fertur graviora suscitare pathemata. Discimus quoque ex præfata morbi historia, purpuram sexui feminino adeo familiarem morbum, ex lympha putrida & corrupta maxime suam originem & incunabula trahere.

42. Phthisis vera, quæ nunquam sine pulmonum exulceratione est, plerunque originem debet hæmoptysi, quando ipsa a medicis validioribus adstringentibus tractatur, quæ sanguinem ad hoc debole viscus ex inferioribus congestum, fortiter coagulant, inque motu ac circulo fistunt, unde dura oboriuntur tubercula, quæ cum tempore exulcerantur & instar carcinomatis pulmonum subitaniam depascuntur. Temporis ratio non permittit per singula ire morborum ge-

nera & errores in praxi commissos ostendere; plures adhuc restarent detegendi, qui circa topicorum usum occurrant; sed quia jam alio tempore pernabile hoc argumentum a nobis tractatum fuit, hinc candidum lectorem eo remittimus. Nihilominus pauca tantum addemus.

43. Non minus censura digni sunt illi medentum, qui symptomata, neglecta morbi causa, oppugnant, & quando a solo motu per consensum vitiat illa oboriuntur, causam eorundem materialem querunt falsasque sibi formant medendi indications, in cuius confirmationem hanc adjicimus historiam. Femina spongiosior & sanguine turgidi corporis habitus, superato quinquagesimo etatis anno subinde media nocte gravem dolorem pressorium ex dorso ad Icrobicum cordis excurrentem, cum summa anxietate, extremonum frigore & languore virium patiebatur, qui post quinque vel sex horas sponte iterum evanescebat, tertia vero, vel quarta quavis nocte iterum retebat. Quum igitur ob vietum lautum, vitam sedentariam ac cessans mensum profluvium, sanguis & humores nimium redundarent, idque si non causam, esse. Etiam tamen ipsa causa deteriorem prestatre posset, e pedis vena sanguinem detrahi jussimus, quo facto, exspiravit hic dolorifico spasmodicus affectus ac per mensem & quod excurrit siluit, postea vero recruduit, & non interrupta serie, non quidem interdiu, sed noctu, affixit. Stipabatur tamen longe aliis quam antea symptomatibus, continuo scilicet vomendi conatu, eructionibus & dolore, qui in regione lumbari incipiens, omnem abdominis regionem cum torninibus occupabat, aferat quoque iætericius faciei color. Medicus alias causam horum pathematum esse impeditum sanguinis per hepar infarctum vel obstructum, cursum autumans, elixiria & extracta amara, nec non salia aperitiva neutra & alcalia, pilulas etiam Beccherianas frequentius obtulit, sed saepius inde & saevior rediit affectus, appetentia penitus destrœta, color iætericius intensior factus, vires quoque magis fractæ. Demum ego non modo in sed

sed & extra paroxysmum liquoris anodynū suū fūsi, cum pulvere præcipitante nitroso, ter intra diem & noctem ex aqua menthae & cerasorum nigrorum fumen- dum, quo etiam feliciter evanere dolores cum vomitionibus, & urina prodiit rufa fabulumque crassum cum concre- mentis calculolis dimisit, dispidente sen- sim flavescente faciei colore, licet postea ægra sāpius nūdem adhuc pathematibus fuerit attentata, quæ tamen, urina se- dente fabulosa, iūdemque remedis sem- per iterum conquieverunt. Scilicet, ven- triculi spasmus, sive dolor cardialgicus, nec non ictericus-color, non modo a cal- culo & obstructione in receptaculis bili- riis, sed & a rudiori fabulo, quod in an- gusto ureterum canali hāret, oboriri posunt. Accessit vero etiam in hac ægra- nimia sanguinis congestio ad renes, ejus- demque regurgitatio ad ventriculum & intestina dolori in lumbis totoque abdo- mine, nec non vomitioni ansam præ- buit, ipseque affectus hanc ob causam merito pro nephritide cardialgica & co- lica venditari potest. Pro præservatione hujus malivenerisfectio cum fructu impe- rata fuit.

44. Et profecto mirandum est, adeo non nunquam ineuriōsos esse in conqui- renda morbi historia medentes, ut haud raro ne quidem de mali origine sint solici- citi, sed pathemata vix inaudientes, cœ- to ausu medicationem aggrediantur non modo frustanciam, sed & perniciōsam, cuius rei illustrē præbuit exemplum vir generosissimus XXXVIII. anporum, aule saxonice minister, sanguineæ constitu- tionis. Commotus hic fuerat gravi ira- cundia, & post hanc sumserat cibum in convivio simulque liberaliter hauserat vinum, ex eo vero pessime habuerat, ast- hmate nempe convulsivo spasmodico op- pressum fuerat pectus, noctu maxime in- graveſcente somnumque impediente, nil ferre appetere potuerat, sed anxiō pressus fuerat dolore, quotiescumque non itil al- sumserat, hinc corpus contabuerat, fa- cies facta icteritia summaque imbecilli- tas subsequita, ut Medici ipsi ægrum & o conclamato habuerint. Demum ac-

cessit ad me formularumque medica- mentosarum & variis Medicis præscripta- rum apparatus, ad ostēogenarium fe- re numerum ascendentem, mihi exhibi- buit, in quo nullum fere medicamentū genus omnīsum, sed purgantia, laxantia, emetica, salina aperientia, anodyna, carminativa, confortantia, stomachica, comprehensa, omnia tamen incassum u- surpata. Etenim omnium, quoque in consilium ascererat æger, indicationes & consilia, scripto etiam tradita, eo tendeb- ant, ut crederent, bepar esse obstructum & sanguinis per hoc viscus progressum non recte succedere naturamque moliri hæmorrhoidalem fluxum, ideo promovendū, utrū æger ne vestigium de hoc unquam percepisset. Ego vero, expensis curate singulis, in hanc ivi sententiam, ab ira sola subnatum fuisse hunc affe- tum & ex eo spasmodicas & convulsivas in nervis, qui ad ventriculum excurrunt, esse stricturas itemque in tunicis nervosis ductuum biliariorum, nec non in nervis diaaphragmatis. Hinc medicationem ag- gressus sum pulvere diaphoretico, nitro- fo-cinnabarino & liquore anodynō min- erali, loco potus ordinarii suasi decoctum demulcens, una cum infuso theiformi ex summitatibus millefolii, floribus cha- momillæ. cum semine foeniculi, post aliquod vero tempus datum fuit sal no- strum aperitivum, cum pilulis balsamici- is, & sic, adspirante divina gratia, in- tra mensem, derelictus ab omnibus æ- ger, perfecte sanitati fuit redditus.

45. Per pauci eriam sunt Medici, qui naturam & causas intermittentium, præ- sertim earum, quæ ex intemperata & diuturna aeris constitutione oboriuntur ac populares habent circuitus, recte per- pendunt atque pernoscent. Vidimus id clapsis aliquor ab hinc annis, ubi ob tem- pestatem per totam astatem & Septem- brem nimis calidam & sicciam, invase- runt intermitterentes frequentissimæ, tertianæ, quartanæ, quotidiane, mirum anomalæ & pertinaces, quippe quæ ex simplicibus in duplices, ex quartanis & tertianis in quotidianas degenerarunt, saepe ac, ut annotavi, vel decies recidiva-

runt, nonnunquam etiam purpura chronicā demum accedente. Causa vero huius irregularis & refractarię indolis, meo quidem judicio, vix alia esse videtur, quam quod Medici firmiter persistierunt in praejudicio pathologico-therapeutico, febrium causam esse humores tenaces primas vias obstipantes & in visceribus infimi ventris harentes. Hinc enim factum, ut nonnisi evacuantibus, aperientibus & incidentibus totum curationis negotium confidere anni si sunt, & datis liberali manu, vel quadragefies salibus neutris & absorbentibus, item pilulis ad imitationem Beccherianarum confessis, alvinam evacuationem provocare voluerint, omissis antispasmodicis & roborantibus, inter quæ utique chaccarillę & chinę cortex, crocus martis ignem non expertus, liquor noster anodynus mineralis nec non extractum & pulvis florū chamomillæ, primas tenent, utpote quæ sanguinis motum ad corporis ambitum dirigunt & perspirationem, qua ad febres sanandas nihil salutarius, insigniter promovent. Sic igitur non mirum est, detiniores factas febricitantium res, ut diu & misere fuerint afflitti, quin novi exemplum tertianarii, qui mole absorbentium & incidentium obrutus, prævia lipothymia, plane fuit extinctus.

46. Detimentosum non minus his in febribus eorum fuit molimen, qui autamarunt, declinante paroxysmo, sudorem, qui sponte prodit, medicamentis sudorifero, tinctura, vel essentia alexipharmacis, esse eliciendum, quo natura insalutari hoc negotio adjuta febrem eo facilius e corpore proscribere possit materia. Tametsi vero, & rationis & experientie suffragio nitatur, tempore a febre vacuo, quo sanguinis progressus, pulsus teste, lentior, cum bonis ægrorum rebus perspirationem congruis præsidii secundari; nihil tamen minus, quum superioris anni febres ex valde biliosa, salina sulphurea sanguinis & humorum intemperie ortum fraxerunt, minus tutum acere fuit, medicamentis sanguinem comoventibus, nec non pulveribus stomachicis ex radice ari, pimpinellæ, galan-

gæ aliisque acrioribus compositis, extra paroxysmum exhibitis, magis adhuc refacere succos & ad progignendas ejusmodi acres biliosas fordes disponere, a quibus postea summe virium dejectiones ad lipothymiam usque, sudores colliquati cum purpura prognati. Magis potius rationi & experientiæ consentaneum fuit, succurrere pulveribus temperantibus, roborantibus nitrosis & leniter evacuantibus mannatis, unacum recto corticis chinę usu, nec non leniter roborantibus salinis, cujus generis sunt mater perlarum & conchæ succo citri irroratae & quæ magni usus sunt, testæ ovoidrum in spiritu salis maceratae.

47. Alii epidemicis his febribus decumbentibus incongruo corticis chinę usu nocuerunt. Fuerunt enim, qui hunc in pulvere, una vel altera ante paroxysmi accessionem hora, plena dosi ad drachmam unam exhibuerunt, quum febris jam per aliquot menses corpus detinuisse. Tum quippe paroxysmus sequitus longe acerbior, majori anxietate, inquietudine & corporis jaestatione, ob auctos internos spasmus, stupitus, horror longe diutius persistit viresque longe gravius fuerunt attritæ. Nihil enim perniciösius, quam chinam chinę paullo ante paroxysmum, antequam fordes biliosæ in primis viis, vel sanguine contemperatae & leniter expurgatae sunt, offerre, eo quod hæ sic retinentur, & spastmi horum symptomatum auctores intenduntur.

48. Norimus sane præter hæc insumerat adhuc exempla de intempestivo & imprudenti ad coercendum febrium intermittentium impetum chinę chinę abusu, cuius tamen usus tempestivus & prudens ob vim tonicam & roborantem, non modo in febribus, quæ intermittunt, verum etiam in aliis magnis vitiis plane mirabilem adfert opem. Et solemus laetus hoc in sermone usurpare nullum remedii genus melius, quid sit ars medica rationalis, ostendere, quam corticem istum febris fugum, qui, quando decenti ordine, dosi & tempore, habito respectu ad corporis & causam morbi, adhibetur, præstantissima

Si ma est medicina; quibus non consideratis, quando sine discrimine & promiscue prebetur, innumerabilium malorum fit causa. Per paucas saltim non ita pridem nobis obvias historias adjiciemus. Vir triginta sex annorum ante annum labrans tertiana, chinam chinæ copiosius sumvit: febris est suppressa, sed mensis spatio revertebatur & saepius atque iterum ex eo tempore dolore circa costas spurias, ab uno hypochondrio ad alterum vergente, tentatus fuit, præterea cordis palpitatio, difficultas spirandi, oppressio constrictiva in pectore, conatus ad vomendum frequenter ægrum fatigant. Ira quando corripitur, ingens æstus, vertigo, gravitas capitis, caligo oculorum, quibus nihil ferme ob maculas exterius observantes cognoscere potest, sopor & fluxus sanguinis quandoque e dextra nare accedunt. Quando dolor abdomen affigit, ipse in regionem usque lumbarem pervadit, quæ quasi flatu impleta & tenui cum refrigeratione percipitur, & tunc flatibus abdomen intumescit, quibus per alvum transmissis malum mitescit. In artibus, item in humeris, sentit subinde dolorem vagum & ingentem in pedibus langorem & impotentiam. Thermis Carolinis & pilulis nostris balsamicis & roborantibus stomachicis, Dei ope concurrente, tandem sanatus fuit. Affetus unanimi medicorum consensu habebitur pro hypochondriaco, neque is aliud est, quia flatulentis & spasticis constrictiōnibus abdominis imo universi corporis, quibus natura hujus mali continetur ægrum exercet; ob spasmos vero sunt pressiones & congestiones sanguinis ad caput aliaque loca, unde symptomatum ratio petenda est. Ex quo appetet, turbatum febrilem motum per adstringentia, neque prius visceribus ab infarctu viscidorum humorum liberatis, neque materia febrili expulsa, chinam chinæ tam graviter tonum ventriculi & intestinorum lædere posse, ut affectus isti spasmatici, qui vulgo dicuntur hypochondriaci, resurgent, qui, si non matura succurras medicina, in viscera inexpugnabiles obstructiones vergunt & insanabiles sunt.

49 Neque vero alienum, sed operæ potius pretium videtur hanc in rem adhuc unum casum in medium adducere. Femina fucci plena, sanguinea, in optimo ætatis flore constituta, quæ per omnem vitam alvum habuit adstrictiore, & acidis, præsertim ex citrio malo, multum delectabatur, ab insalubri dæta & aura nocturna frigidiori, in febrem incidit tertianam, quæ post tertium paroxysmum china chinæ fuit sublata, remansit vero languor, inappetentia, dolor tensivus præcordiorum ac hypochondriorum, aspectus faciei miserabilis, pedes vero & abdomen ita succellive paucum tempore intumuerunt, ut hydropera ab omnibus censeretur: tandem emeticis, amaris, diureticis & roborantibus sanata fuit. Causam hujus mali in nihil aliud, quam in nimium & intempestivum chinæ chinæ usum rejiciendam puto, qui præsertim in habitioribus, infarctus viscerum augendo & tonum partium debitilando sanguinis & lymphæ circulum, præcipue in pedibus & abdominis regione, segniorem & impeditiorem efficit, unde ingentes seri in habitum corporis porosum sunt secessiones.

50. Maioris momenti est curatio intermittent in gravidis, de qua binatotu digna memoria tenemus exempla. Corripiebatur scilicet generosa femina sanguinea, septimestrem foetum gerens, quartana, gravibusque jactabatur pathematibus, Medicus tamen opinioni addictus, sanguinis missionem in intermittentibus nunquam esse utili, sed exacerbare febrem, ut vena pertunderetur admittere noluit, sed effentiis amaris, spiritu vini extractis, nec non pilulis balsamicis, iterato & larga manu datis, contra febrem pugnavit. Aegra vero inde ardorem persenxit acriorem & calorem intensorem, ad viginti horas durantem, cum exquisito dolore & ventris tormentibus, præsertim paroxysmi tempore, ut metus etiam esset abortus. Sexta demum tamen fuit vena & pulveres temperantes nitrosi cum aliquot granis corticis cascarillæ & chinæ fuerunt exhibiti, tam salubri esse,

Av , ut febris omniaque symptomata brevipost evanuerint penitusque desierint. Etenim a nullo facile , vel efficacissimo remedio , tantum levaminis , in intermittentibus , si manifesta plethorae adfunt indicia , expectandum , quam a tempestiva vena sectione , eo quod , exsuperante nimium sanguine & in majoribus ac mesaraicis abdominis vasis progressu libero intercluso , nec natura , nec ars , officio in curando morbo rite potest defungi .

51. Altera femina , cholericæ constitutionis , octavo mense grida , incidebat in tertianam simplicem , quæ illico quidem electuario cum cortice chinæ fiebat , sed relinquebat pressorium & cardialgicum quendam circa præcordia dolorem , qui post sumptum cibum ingrauelcebat . Paullo post rediit non tertiana simplex , sed quotidiana , longe acerbioribus symptomatibus stipata , dum continui vomitus sub paroxysmo urgeant æstusque nimium intensus corpus & vires mirum consumerent . Sanguinis missionem interdicebat virium defectus & crebra vomitio , optimè vero profuerunt pul veres temperantes bezoardicii nitrosi , infusum florum chamomilla & externe cataplasma , quod ex fermento panis , aceto , spiritu vini , nucista , caryophyllis & cardamomo paratum , calide ventriculo post paroxysmum impositum . Censura merito digna est prima medicatio , qua electuarium tempore quidem intermitente , sed non proportionata dosi propinatum , neque correatis prius & liberatis a faburra vitiosa primis viis . Nunquam enim hoc medicamentum antifebile dare expediat , sub nimia sanguinis & humorum redundantia , nisi ubi prius omnia emundatoria sunt aperta & excretiones recte succedunt . Liberor etiam esse debet perspiratio , urina crassa & sedimentum ponens & viscidarum & biliolarum sordium prompta per alvum egestio , procurante hæc natura , sive sola , sive arte adjuta .

52. Ex hisce itaque adductis & probe persensis liquidissime constat , nos non

sine ratione medicos imperitos intercasas & fabros morborum constituisse . Opertandum certe vehementer foret , ut res aliter se se haberet . At vero , de veritate rei luculentum præbent testimonium tot morborum historiæ , si modo satis completae paulo curatori studio ac diligentia conficerentur . Nam saxe sibi facto & grotantis scrutinio obtingit , ut mali , præsertim chronicæ , causa ac fundamentum medicus sua præpostera medicina & methodo fuerit . Et jam suo tempore hac de re conquestus est HIPPOCRATES , dum de victu acutorum §. X IV . prodidit . Novi medicos maxime contraria facere his , quæ fieri oportebant . Sicut vero nihil tam noxiū & exitiosum est , ex quo non utilitatis quidam fructus peti possit ; ita etiam non senior lux vel manus incrementum universæ præcessos studio accedere poterit , quam si quisque medicorum omni candore , felicitate ac diligentia ejusmodi casus , ubi medicina male successit vel damnum intulit , observet , annotet ac citra ullius lassionem & cum silentio eorum , quos res tangit , in publicum proferat . Idem nobiscum sentit HIPPOCRATES L . d . victu acutorum § . IV . Videntur mihi digna esse , que scribuntur maxime her , quæ a medicis ignorantur scitu commoda & que magnas utilitates aut magna detrimenta adserunt . Etenim , ejusmodi observationum si copiam haberemus , certe futurum esset , ut longe majora incrementa ars & doctrina nostra salutaris ab hisce capere posset , quam ab ullo alio praesidio vel doctrine genere unquam factum fuit .

53. Reliquum jam est , ut causas explicem , quare medici tam facile & tam frequenter in medendo delinquent & noceant . Princeps quidem & primaria causa hæc procul omni dubio est , quod ea , quæ ad bene medendum pertinent , ignorant ; & hæc quoque a sapientissimo nostro HIPPOCRATE lib . de vet . Medic . § . 16 . allegatur , cum ait : quapropter operosum est , ita exakte medicinam condiscere , ut parum in alterutram partem delinquas , quanquam ego etiam cum medi- cum

cum vehementer laudarem, qui parum delinquent.

54. Sunt vero maxime quedam præjudicia, quæ plurimorum animos invaserunt, causa multorum errorum. Plurimi sibi persuadent, medicamentum in se & sua natura quidpiam salutare custodire, quod salutem in morbis adserat ægris, unde non facile exitiale damnum ab ipso expectant, sed potius credunt, medicamenta pugnare adversus malum in corpore, neque ideo desistunt eorum copia ac varietate vim morbi expugnare. Denique & hoc malo præjudicio laborant, ac si dentur remedia certo morbo curando propria & accommodata. At vero, in iis omnibus toto coelo errant: nam optimum etiam alimentum, & quod naturæ congruum & amicum est, imbecillo & in vigore morbi constituto corpori obest; quando itaque magis, si non recte eo utamur, id præstabilit medicamentum, quod neutiquam naturæ amicum est, sed eam alterat & corporis statum, ut HIPPOCRATES loquitur lib. de locis in homine, permutas. Neque ignorari debet, validiora, & sic dicta heroica, quibus ars multum in retundenda rebellium morborum vehementia prestatre potest, veneni quidpiam secum fore, quod majori dosi celeriter universam motuum vitalium œconomiam penitus destruere valet; veluti res clara ac evidens est de acrioribus purgantibus, emeticis, narcoticis & de iis, quæ ex regno minerali mercurialis sunt profapia.

55. Dein, non minimo præjudicio laborant medici, quod nimium fidant libris & auctoritatibus aliorum in præxi medica: nam quando perspicunt, medicamenta in morbis mirifice laudata, vel morborum adjectas curationes, statim hæc ipsa imitantur & similem sibi effectum pollicentur. Verum enim vero, provide certe & caute utendum libris practicis est, & magno judicio legi, & ad severum unguem excuti debent, hinc doctissime a DAMASCENO aphor. 2. & 3. dictum est: operari secundum libros atque perfecta ratione

& solerti ingenio molestum est: quod videlicet ingenium solers ac perspicax juvet artem, ut idem ait, hebes vero ac torpidum contrarium omnino efficiet. Nam climata, eorum qui practica ediderunt, valde differunt, differt & hominum vietus & vivendi ratio, differunt etiam anni tempora & morbus ipsis, qui alio tempore alium induit mortem ac genium, hinc non eodem modo cura vult tractari.

56. Denique inter causas, quare medicus multum damni sua medicina corporibus invehat & hæc non insimilamento referenda est, quod pauci norint, naturam corporis nostri esse optimam morborum medicatrixem, ut ab HIPPOCRATE in Epidem. præclare dictum est, quæ & sanitatem in nobis tuerit & morbos pellit & per convenientia loca debito ordine ac tempore, perniciale quod est de corpore separat. Quare ob id HIPPOCRATES Lib. I. de arte: multos quidem sine medicis, verum non sine medicina curatos esse ingenuè confitetur. Hanc vero methodum, hunc ordinem, has leges, hos motus, quibus natura sua sponte morbis medetur, paucissimi medicorum sciunt, observant, tuentur ac imitantur, alias non tam præcipitanter agerent, nec copia medicamentorum ægros obruerent & infirmarent, neque medicamentis vel arti effectum, qui solius naturæ opus est, tribuerent & sibi vendicarent.

57. Tum in eo admundum delinqueret & nocere, qui medicinam faciunt, multoties observatum fuit, quod in mendendo non tanta, quanta opus est, selectia & cura ad ægrotantium vires, robur vel eorum imbecillitatem, aut sensibilitatem respiciant, in quo tamen innoxiae & salutaris præxeos plane præcipuum momentum consistit, quod maxime HIPPOCRATES in suis curacionibus urget, cum passim in scriptis suis velit, non tantum in medicina, sed etiam in victu administrando ad vires attendendum esse, adeo ut quod robusti superare & ferre possunt, debiliiori na-

tura præditos vehementer lœdat, sicut id patet in lib. de viatu acutorum item de prisca medicina. Et Lib. de locis in homine in primis §. 55. solerter & expreste id monet, ut fortibus fortiora, debilibus debilia medicamenta exhibeantur. Multum quoque delinquere solent, quod, quando animadvertisunt, medicamentum homini nihil grave patienti vel etiam in morbo chronicō non nocere, idem velint dare, si vehementer viribus dejectus est, vel ex gravi morbo laborat. Et ut exemplo rem confirmemus, inter alimenta julcula nutritiva, vinum, inter medicamenta sal volatile oleosum, liquor, spirituosa non facile illi, qui leviter vel etiam ex morbo chronicō laborat, noxam adferunt, quæ tamen gravissima erant, si homini debili & in acuto ac periculoſo morbo constituto & ubi natura est in vehementi motu, hæc ipsa exhibeantur. Et placuit mihi hanc in rem bene quadrans insignis locus qui extat apud HIPPOCRATEM Lib. de vet. medic. §. 17. Non manifesti fiunt mali & plurimi medici, quum curant homines, nihil grave patientes, in quos, si quis etiam maxime delinquit nihil grave faciat. Sunt autem multi tales morbi, & multo saepius, quam graves, hominibus accidentur. In talibus sane delinquentes non fiunt manifesti idiotis hominibus. Ubi vero obtigerit magnus & fortis & periculosis morbus, tunc ipsorum delecta & ars omnibus in conspicuo sunt.

58. Ultimo loco & temperamentum medici, quo quisque gaudet, ad perverſas morborum curationes multum contribuit, ut scite non minus ac vere BAGLIVIUS Lib. I. Cap. III. prodidit, dum ait: ſæpe Medicus natura timidus & melancholicus, vel temperamentuſ præditus, ut ajunt, frigido & humido ob naturalem ſui animi habitum, abhorret a remediiſ spirituofis, volatilebus, impetuſ facientibus, aliisque potentioribus; omniumque morborum curationem adgreditur per medicamenta humectantia, infrigidantia, pacem humoribus conciliantia & reliqua minus a-

ctiva. Contra, qui temperamento ſuerit calidus, biliosus, natura impatiens, ferox &c. poſthabitis omnibus refreuantibus ac leviорibus remediiſ, nihil libentius præscribet quam volatilia, ſpirituosa, alcalia, aromatica, ferrum, ignem, vescantia, purgantia vehementiora & similia maximi impetus & actitatis.

59. Ut itaque non noceat, sed proſit medicus opus est iudicio, quod ſecondum edictum HIPPOCRATIS Lib. I. aph. 1. non adeo facile, sed difficile eſt; & optime idem gravissimus Autor Lib. de viatu acutor. §. 2. Mibi placet, ut in universa arte mentem adhibeamus. Etenim, si ulla in arte accurate & longa deliberatione, conſilio & circumſtantiarum conſideratione opus eſt, profecto eſt in arte medica: niſi enim quis in ſpecie hominis, qui laborat, naturam, aetatem, conſuetudinem, regionem, temporis ſtatuum, vietum ac morbi indolem, morem ac ſtatuum accurate conſideret, quæ ad morborum curationem neceſſaria eſſe, tum HIPPOCRATES Lib. II. de rat. vii. tum GALENUS in Comment. dixerunt, proſrus a ſcopo reſtoque medendi moeſtum aberrabit, cum non omnes naturæ, ut belle dixit GALENUS in Comment. & Libr. de componend. medicamen. eadem medicamenta poſtulent & quod uni ſalutare eſt, alteri noxiū ſit futurum.

60. Ex quibus omnibus clariffime conſtarē arbitror, non ſine ratione egilſ nos, quando medici imprudentiam multorum & gravium morborum cauſam diſsimus. Nec illud quidem diſſimulandum puto, plures hic bono animo errare medicos, neque ipſos animadverte-re, quod, vel quantum ſua medicatio-ne dānum attulerint. Cum enim in morbis illud non aſsequantur, quod faſutariter ipsa natura molitur, nec ad remedioram, quæ exhibuerunt, indofem & operandi rationes ſatis attendunt, nec tempora dignoscere laborant, ſed ea promiscue exhibent, quæ ab alijs iusto loco & tempore exhibita profue-

runt: facile hinc sit, ut securi ipsi-
met tum maxime noceant, quum mi-
nimum verentur, & morbi contumaciam
aut alterius & novi propullulatio-
nem accusent, quum tamen ipsi has tra-
gedias adornarint. Adeoque concludi-
mus cum serio voto, ut omnes, qui sa-
lutem hominum procurare aliquando
volunt, in id præcipue allaborent, ut
sufficientem corporis humani & præsidio-
rum, quibus illud juvare & conservare
student, cognitionem sibi acquirant ve-
re fundamentalibus in hunc finem studiis
anatomiae & solidioris physice fideliter
tractatis, ut ne cœci sint, sed cum opri-
ma conscientia optimos semper successus
in praxi medica consequantur.

*DISSE*NTAT*O VIII.*

DE REMEDIORUM BENIGNO-
RUM ABUSU ET NOXA.

§. I.

ATtentione maxime digna sunt sum-
mi Medicorum HIPPOCRATIS
verba Lib. de arte §. 7. Quæ profuerunt ob-
rectum usum profuerunt; quæ vero nocue-
runt, ob id, quod non recte usurpatæ
sunt, nocuerunt. Nam non minus ea,
quæ damno sunt, quam ea, quæ opem
ferunt, testantur, quod ars sit. Ubi enim
rectum & non rectum utrumque suum ha-
bet finem, quomodo quis hœc artem esse
negat. Hisce vir sapientissimus univer-
tate artis & exercitationis fundamentum
compendiose & dilucide complexus est.
Nam quicunque in auxilium prona re-
media probe calleb & prudenter iis uti-
scit, eorumque nosam atque exitium,
quod improvida adplicatio adfert, in-
telligit, is certe in artis exercitio ma-
gna cum felicitate versabitur. Neque enim
in natura, sicut perversa cum vulgi,
tum indoctorum Medicorum ferratio-
nem, dantur adversus morbos certi
effectus remedia, quin potius, ea tam
ad salutem, quam ad damnum inferen-
dum parata esse, censendum sit. Etenim

omnia remediorum genera ejus virtutis
ac indolis sunt, ut cum prudentia ac so-
lida ratione data saluti & præsidio sint,
incaute vero, turbulenter & temerarie
exhibita præsentissimum damnum adfe-
rant. Præcipuum itaque artis salutaris
momentum est, usum & abusum reme-
diorum probe addiscere: quamobrem,
quo quis majori experientia hac in re
versatus est, eo melior certe Medicus est
habendus.

2. Quemadmodum vero non unius
ejusdemque indolis sunt remedia, sed
ingens ratione virtutis & potentiae in ip-
sis discrimen annotatur: ita etiam eo-
rum incauta adplicatio plus vel minus
danni aut periculi haberet. Non igitur
sine ratione remediorum genera in blan-
da & benigna, vel in fortiora & valen-
tiora, sive securiora & minus secura so-
lent dispesci. Evidem, nec ullum in se
& sua natura absolute tutum vel intu-
tum, id est, quod semper & omni tem-
pore proft vel noceat dicendum est,
nam posterius e foro medico esset proscri-
bendum, sed tutum illud Medicis voca-
tur, quod temperatum & naturæ con-
veniens est, neque tantum corporis vim
alterat, infecurum vero illud dicimus,
quod validiori naturæque minus amico
principio instrutum vehementer com-
movenet, fortes evacuationes vel provo-
cando vel valide motus naturæ sistendo,
in quorum classem omnia validiora pur-
gantia, vomitoria, salivantia, narco-
tia inferentia & fortiter adstringentia
sunt referenda, eo quod magna hisce vis
insit in corporis nostri tam solidas, quam
fluidas partes agendi, unde vulgo gene-
rosa & heroica audiunt, quibus, si quid
eximii ars præstare debet, non facile pos-
sumus carere.

3. Ex quo unusquisque, nisi penitus
judicii expers sit, clarissime intelligit,
validiorum usum majorem attentionem
& prudentiam, quæ praxeos & rerum
medicarum optima est moderatrix, de-
siderare, quam circa tutiora & beni-
gniora opus sit, utpote quod illorum ab-
usus vehementius noceat. Quum vero
de medicamentis infecuris, eorumque

ex male administratis noxa alio tempore dictum fuerit, idcirco jam opere non indignum fore existimaverim, si de documentis, quæ a remediis mitioribus atque benignioribus male adhibitis profluant, sermonem faciamus, idque laboris in præsens suscepimus.

4. Acturi itaque de benignis remediis & de noxa, quæ ab eorum improvida applicatione proficiuntur, non sine fru-
tu arbitramur, ante, quam ulterius progrediamur, exponere, nos per remedia non tantum intelligere stricte medicamenta & pharmacia petita, sed omnia ea, quæ ad salutem & auxilium idonea & morbis oppugnandis apta existunt, sive ad alimentorum, sive pharmacorum, vel etiam elementorum classem, vel alias res externas sunt referenda, complesti. Per r̄e benignum vero indigitamus illud, quod moderate agit, blandum est, neque facile, majori etiam quantitate exhibitum, corpus sanum & validum afficit, quibus ea, quæ minori dosi magnas turbas excitant & vehementiora ac validiora jure dicuntur, opponimus. Nostri igitur jam instituti erit, breviter & dilucide ostendere, benigna sic dicta remedia, alias non facile nociva, circa rationem tamen adhibita ad ingens damnum inferendum esse paratissima. Id quod observationibus atque experimentis non minus quam solidis ratiocinijs confirmare jam contendimus.

5. Non vero displiceret, hujus tractationis exordium capere ab iis, quibus etiam pro alimentis uti solemus, ut sunt aqua, vinum, dulcia, lac, jusecula, infusa herbarum calida & id genus plura. Quid aqua dulci pura ad sanitatem est innocentius? nam communissimus & vellut universalis multarum nationum potus est, quo ad ciborum dissolutionem sanguinisque circulum & excretiones tuendas non facile datur præstantior: neque ipsam frigidissime, etiam copia ingestam in se noxiā esse, acidularum potatores clarum edunt exemplum, qui summo mane in jejunum stomachum ex intervallo non adeo longo aliquot harum

aquarum mensuras fine omni sanitatis offensa gelidissime hauriunt: si modo non ventriculus ipsorum infirmior fuerit: nihil secus aquæ frigidæ tanta est vis, ut non modo irreparabilem corpori noxiam inferre, sed & hominem brevi & medio tollere possit. Quid enim magis experimentis compertum est, quam, cum corpori moto intensiori calefacto frigidæ aquæ ingens quantitas immittitur, statim in extremam perniciem hominem antea sanum conjici? collabuntur exinde protinus vires, languor omnes artus occupat, ciborum cupiditas extinguitur, vomitus, distentio & anxietas circa præcordia oritur maxima, ut huc & illuc agitant corpus, vigilia adest assida, interiora uruntur, exteriora frigent. Quæ cuncta feralia patemata non aliorum, quam ad ruinam & interitum corporis, nisi principio statim convenienti medieina succurramus, sunt comparata. Plures novimus hoc modo præmatura discessisse morte, alios immedicablem contraxisse labem, ut tota ætate cum morbis fuerit collectandum. Nihil certe frequentius in praxi medica occurrit, quam si Medicus contumacium morborum originem scrutetur, laborantes edicant: ich habe es von einem salten Erwund befsamen.

6. Neque vero extat eadem apud omnes symptomatum ratio, idemque visitur periculum. Nam, qui venas latiores habent & macilentioris habitudinis sunt, non tam graviter a frigido potu affliguntur, quam qui spongiosam carnem, laxas ac copiolas fibras a natura obtinent, siquidem in his sanguinis & humorum cursus longe facilior quam in illis intercipitur, unde ad sphacelosam viscerum corruptelam parator etiam est via. In hujus rei illustrationem placuit notabilem, sed tristissimum casum ad publici saltim utilitatem communicare. Princeps excelsa indole non minus, quam corporis habitu elegantissimus, sanguine & succis redundans, paulo obesior, non ultra viginti quinque annos natus, perfecte antea sanus, ex vehementi corporis motu ferventior redditus ingentem

cere-

cerevisia ebibit haustum & frigido & aperto coelo corpus objicit, ex quo mox de languore, horrore, calore inteniori, vigilia conquerebatur: quæ symptomata postea adhuc atrociora excipiebant, virium nempe prostratio tanta fuit, ut non sine lipothymia metu corpus erigere potuerit: pulsus languidus, inæqualis & celer fuit, tonatus ad vomendum per frequens, perpetuaque ipsum premebat anxietas, quæ ex intervallis increvens tanta fuit, ut huc & illuc non modo agitaret membra, sed in uno loco diu detineri non potuisset. Oris halitus extra ordinem foetens notabatur. Die demum septimo cum summo suorum luctu præmatura morte infeliciter vitæ finem clausit Princeps ob rarissimæ indolis do tes longevitate dignissimus. Sequenti die facultas Medicis concessa est corpus aperiendi, ubi sequentia notatu admidum digna observabantur: ventriculus propemodum totus inflammatus videbatur, inque eo, quod rarius usu venit, aliquot cochlearia foetidi & corrupti sanguinis continebantur, lien ultra modum erat extensus, flaccidus, male colorato sanguine impletus & corruptioni tam propinquus, ut ad levem digitorum tactum ejus substantia dissolveretur, dein totus sinister pulmonis lobus niger, corruptus, foetidissimus erat, a quo summe putridus, intolerabilis foetoris similisque coloris humor in thoracis cavyum descendit, qui, quod cairandum, tam erodentis erat indolis, ut spongiam, qua detergebatur, atramento simili penetranti colore tingeret, ut nullo artificio nigra inde macula elui potuisset. De reliquo vasa sanguinea maxima ex parte inanita, cor minor magnitudinis erat.

7. Ecquis vero repentinam & feralem hanc viscerum catastrophen tam brevi temporis intervallo inductam non mirabitur? hanc enim corruptivam lienis & pulmonum labem firmo atque alaci principi de nullo unquam incommodo conquerenti ante morbi accessionem jam adfuisse nequaquam vero simile est. Igitur, frigidam cerevisię potionem celer-

rime ex ventriculo ad sanguinem translatam hanc corruptelam præcipue jam dictis visceribus attulisse, plane censem dum est. Quodsi enim sanguis sine motu in partibus extremis sublîstens non multo adeo tempore corrumpitur, iisque cadaverosam naturam inducit, quidni etiam crux in visceribus sanguinis, neque adeo ob relaxatas fibras robustis, ut sunt lien & pulmo, hærens & motu exutus aliquot dierum spatio in putrilaginem abire, ipsaque viscera eadem labe adfigere poterit? Nihil certe impedit, quo minus statuamus, in eundem modum viscerum perinde ac membrorum externorum sphacelationem procedere. Quid autem ipso frigido potu copiose & celeriter admisso citius sanguinem in coagulum mittere & progressivo motu ipsum privare possit, equidem nescio. Intelligimus exinde, quam brevi & quam facile funesta corruptio visceribus inferri, ipsaque mors robusto & vegeto homini parari possit. Huic vero internæ putredini summam virium ad animi usque deliquium prostrationem debilemque atque exilem arteriarum pulsum nec non ex ore foetorem adscribimus. Maximas vero cum inquietudine anxietates, quibus indies magis magisque premebatur, & insequentes convulsivas artuum tractiones præcordiorumque æstum & tam subitam mortem inflammati ventriculi foetum fuisse jure censem dum est.

8. Geterum, quam exitiosa ventriculo sit frigida potio, innumeris aliis notis exemplis confirmatum habemus. Is enim paullo post a frigido poru, præsertim vehementi animi excandescencia prægressa, vel validiore purgante aut vomitorio dato, laceritus inflammatione, quæ singultum, anxietatem, inquietudinem & summam infirmitatem comitem habet, corripitur; idem fit in illis, qui diuturno mœrore aut spirituorum abuso, inclinante præsertim atate, robur corporis & ventriculi minuerunt, ubi, si excandescunt & frigidam potionem hauriunt, lethalem facile inflammationem internam sibi con trahunt,

trahunt, quod plurimis exemplis, si ini-
stituti ratio permitteret, possemus cor-
roborare.

9. Recensitis sic magnis variisque ge-
neris noxis, quæ frigida interne sumta
inferat aqua; videndum nunc quoque
proxime erit, quid mali ex eadem per-
verso modo externe adhibita propull-
let. Permulti vero numero sunt morbi,
qui hancnoxamabundecomprobant,
ex quibus paucos tantum in conspectum
daturi primo omnium producimus erysi-
pelatem. Quid in hoc affectu possit aqua
frigida, testatur HAGENDORN *Hist. Med. phys. Cent. I. Hist. 38.* ubi femina in-
flammatione faciei laborans, pessimo
ausu linteamina aqua frigida imbuta
parti affectæ applicaverat, inde quidem
dolor sopitus, ast malum interiora pe-
tens, delirium tam horrendum causa-
vit, ut mortem inferret. Idem Auctor
grangrænam ex applicatione aquæ frigi-
dæ faciei observavit. Et ego ex hacce
eadem methodo periculosam faucium
inflammationem ortam fuisse recordor,
quæ adeo increvit, ut deglutitionis
actum impediret. Nec præterire licet
alium in applicanda aqua frigida erro-
rem communissimum, quo multi in in-
flammatione gingivarum & inde proeve-
niente dolore sic dicto dentium, teme-
ratio consilio & infausto plane successu
parti affectæ applicant sive nivem sive
aquam frigidam: nam inde oris absces-
sus satis ingratos, molestos & dolentes
sæpe sæpius ortos observavimus.

10. Posthæc considerandæ veniunt
hæmorrhagiae, quæ plus, quam optan-
dum est, perversis consiliis obnoxiae sunt
& quotidie fere inconsulto adstringen-
tibus, repellentibus, refrigerantibus,
inter quæ aqua frigida merito referenda,
tractantur. Exemplo sit hæmorrhagia
narium, salutaris lapte sanguinis excre-
tio, quæ ut variis aliis modis, ita præ-
cipue quoque aqua frigida ab imperitis
medicistris reprimitur. Sistitur utplu-
rimum quidem inde fluxus, sanguis au-
tem hoc translatus exitu prohibitus, ad
alia loca transit & ibi sæpius tragedias
suas ludit. Si ad interiora cerebri ruit,

cephalalgias, phrenitidem & apoplexias,
si ad aures, sulurros aut surditatem, quod
in pueri 12. annorum vidi; si ad oculos,
dolorificas inflammations, sive cœci-
tates, si ad fauces inflammations an-
ginodes, vel dolores dentium, si ad pe-
ctus, summas anxietates præcordiales,
quin in magis succulentis catarrhum suf-
focativum causat, quod in puella irreg-
ulariter menstruata aliquando anno-
tavi.

11. Nec inconsuetus vulgo mos est
hanc excretionem sanguinis per ter-
rem sistere, ad quem excitandum inter-
varia subsidia, ut est applicatio feti
candantis in nucha, adhibent quoque
aquam frigidam, quam improviso ca-
piti superfundunt, aut nivem, vel gla-
ciam adplicant. Methodus vero hæc
æquales sæpius habet eventus, quos su-
periori loco enumeravimus, imo inter-
dum periculosiores, diurniores, per-
facile etiam lethales. Cæcitatem ex ha-
morrhagia per terrorem obstructa obser-
varunt *Annal. Uratist. ann. 1726. April.*
C. IV. p. 503. Valent hi errores etiam in
aliis hæmorrhagiis, de quibus singulis
exempla proponere nimis prolixum fo-
ret.

12. Nunc me accingam ad affectus,
qui cum dolore fiant, ex quibus dolores
arthriticos & podagricos præ ceteris no-
minare arridet. Incredibile est, quantis
hi damnis obnoxii fiant ab imperitis-
simis juvantibus. Primarium quod cen-
sendum venit, est, quod præcipua fere
intentio vulgi sit, quo dolores sopian-
tur, materia, morbi somitem præben-
te, in corpore relicta & tantum a parti-
bus ignobilioribus ad magis nobiliores
protrusa, a qua curatione maximum in-
fertur sanitati corporis damnum. Pro-
veniunt inde periculosissima interdum
mala. Si materia morbi protruditur ad
caput, facit epilepsiam, uti habet RI-
VER. *Cent. III. obs. 85.* vel apoplexiæ,
vid. WEPFERUS *de apoplexia p. 2. 3.*
Si fluit ad pectus, oriuntur inde auxiæ
pressions, respiratio difficilis, tusses
ferociæ, siccæ, & nonnunquam catar-
rhus suffocativus; si ruit ad ventriculum,
fiant

sunt inde singultus, cardialgiae, inflammations, si ad intestina, creat doores colicos immanes, si ad renes, producit calculum, quid quod plures alios facit sinistros eventus, uti infarctus viscerum, inflammations, & non raro hecticas febres. Subsidia vero, quibus vulgus ad sistendos demulcendosque dolores uti solet, innumera fere sunt. Nos transimus varia vario modo ex alumine, aecto, farina fabarum, succo citrorum in hunc finem composita linteamenta parti affectae applicata, mentionem tantum injicientes noxæ ex aqua frigida oriundæ. Præcipue vero solennis pluribus est pedum immisso in aquam frigidam, vel in nivem, vel in aquam, in qua plumbum ustum solutum est. Sed quanto cum detimento ægrotantium id ipsum fiat, dici vix potest. Nam a methodo priori immanes dolores colicos, a posteriori vero tumores pedum aquosos, quibus ulceræ mali moris supervenerunt, sepiissime in artis exercitio adnotavi.

13. Verum enim vero, non tantum frigidus aquæ usus sed & calidus, alias corpori nostro longe amicior, detrimentum quoddam sanitati adfert. Neque alienum a scopo nostro erit, nonnullis observationibus id ipsum illustrare. Notavimus videlicet plus vice simplici in hypochondriacis, quibus in prima regione multus & perpetuus acidi provenitus est, ortas fuisse in facie ardentes rofaceas pustulas, in aliis os & fauces ulcerulis ferventissimis, erodentibus, quæ Græci ἄφες appellant, obfessas fuisse, alios pruritu in toto corpore fuisse vexatos. Quorum vitiorum vix alia subfuit causa, quam liberalis & fere aspera infusi herbae Thee petio. Quæ cum parciori manu concessa fuerit, indies molestiae ceperunt decrementum, siquidem primarum viarum acidum, quod corrigi potius & alvo exturbari debet, cum calidissima aqua volatile sit, inque sanguinis massam translatum valente natura ad circuitum corporis, ubi hærens partes erudit, dejicitur.

14. Notavimus præterea in variola cum morbo, item in purpura, que no-

stræ regionis incolis est endemia, idem infusum, paulo largius exhibitum male habuisse laborantes, quod non modo purpura inde contumacior & ardentior facta fuerit, sed & pustulæ in variolis suppurari renuerint, anxietate præcordiali cum febre aucta & diutius persistente: Hos enim morbos a sale subtili erodente ad habitum corporis diffuso subnasci, quod roscido temperato lymphæ succo, qui calido hoc potu nimis dissolvitur, temperandum erat, nemo facile medicorum in dubium revocabit.

15. Atque minus feliciter infusæ hujus potum ingenti copia datum in tertiana & biliosa febre cessisse annotavimus. Cam enim harum febrium causa ex consensu plurimorum medicorum sit bilis corrupta in primo intestino hærens, quæ convenienti medicina prius cum corrigi tum expurgari debet, non potest aliter fieri, quin illa nimio calore aquæ ad interiora sanguinis transvecta non modo fervorem & vigiliam, sed & anxietates adaugeat. Neque minus molestia imo periculi oboritur, si quando post vehementem animi excandescenciam, quæ biliosum humorem cum impetu ad duodenum precipitat, calidissimus potus usurpat, inde tremores & dolores artuum, cephalalgia quandoque non sine magna corporis infirmitate sequuntur. Præstat potius biliosam colluviem absorbente pulvere prius temperare & postea per alvum cœi congruam ejus emunctorium foras exterminare.

16. Potum Coffee nemo facile in se noxiū pronuntiabit, utpote cum non modo Turcarum, sed & Germanorum nostris temporibus solemnis mos sit, & summo mane & mox a cibo sumto eum in maxima copia adsumendi, nihilominus non sine noxa sæpen numero id fieri, experientia multiplici habemus confirmatum. Ejus enim nimius & fere quotidianus usus, infirmioribus maxime feminis valde nocet, quæ nervorum & virium insignes inde debilitatem reportant, dum morbo vel puerperio accedente tam notabilis languor oritur, ut vires symptomatis evincendis vix accene:

ne vix quidem suffecerint. Novimus complures quoque viros a frequentiori ejus usu tremorem manuum contraxisse, alios vigilia & sensum imbecillitate pressos fuisse, siquidem fabæ hæ Arabicæ perinde ac aliæ fabarum species oleo non adeo nervis blando & amico, sed gravi & adverso sunt imbutæ, quod jam debiles & languidos nervos plus debilitat.

17. Succolada ex Hispania ad nos de-lata deliciosum constituit potum, qui ob-præstantissimæ virtutis & temperatoris naturæ ingredientia corpori plus amicus, quam infensus est, attamen, quo plus ab hypochondriacis assumitur, eo majori ipsi est malo, sicut inde ruetus, ap-petentia dejicitur, dolor & anxietas circa præcordia oritur, procul dubio ob-ventriculi inde factam inflationem. Etenim acidum fortius, quo prima via hypochondriacorum nunquam non sunt obfessæ cum substantia hujus remedii terreo-oleosa congregiens massam parit lentam, viscosam minusque mobilem, quæ plicis ventriculi & duodeni firmius adhærens amplam ad dicta mala susci-tanda causam & occasionem submini-strat. Eo casu moderatum emeticum præsentaneam opem tulisse vidimus, utpote quod miram paulo nigricante in humorum colluviem ab aliquo tempore jam contractam insigni cum virium tolerantia & laborantis allevatione reje-ctavit. Evenit id facilius, ubi ingenti ventriculus laborat atonia atque alvus difficiilius descendit.

18. Jura carnium & quæ ex illis cum ovis, vino & saccharo mulierculæ para-re solent roborantia juscula ad restaura-tionem sanguinis, morbo & diurna abstinentia absunt, multum contribuunt, nihil tamen nocentius est, ac si intempestive, in primis in febrium sta-tu vel etiam sub earum declinatione dentur, ægerrime enim inde ægri reval-escunt, interdum etiam recidiæ sunt, vel lenta insequitur febris diutius adfil-gens. Longe vero plus periculi talismo-di carnium jura in febribus putridis & malignis largius data habere percrebra-

experiencia testatur, qua de re in primis Idea febris petechizantis D. DONC-KERS meretur evolvi, qui pluribus observationibus confirmat, pessime in-de habuisse etiam eos, qui in declina-tione morbi versabantur, secuta inde vel recidiva vel morte.

19. Hujus sinistri effectus rationem invenire haudquaquam difficile erit. Ec quis enim est, qui ignoret, nihil prom-tius, quam quod animantibus inest hu-midum, putrescere, quare ob id mali-gnarum vis, quæ potissimum in putre-dine tam partium solidarum, quam flu-idarum sita est, multum augetur. Acce-dit, quod tam forte alimentum in con-valescentibus naturæ & ventriculus ad-huc infirmior non satis subigere possit; unde cruditates, novorum morborum somites, generantur. Et hæc quoque procul dubio est causa, cur jura carnium saturata puerperis primis diebus non be-ne proficiant, eo quod impuritatum, quibus seatet prima regio, majorem fa-ciant proventum.

20. Neque jura carnium convenire iis, qui graviter in capite vulnerati sunt, auctor est ARCAEUS egregius Auctor, quo non facile quis curatus de recta cu-randorum vulnerum ratione scripsit, qui Lib. I. p. 53. in hæc verba erumpit: *jure carnium interdicendum omnibus, qui gravia capitis vulnera patiuntur, utpote quod nocere vehementer soleat.* Effectus vero tam noxiæ ratio nobis hæc vide-tur, quod jura ejusmodi valde alimen-tofa nimis nutritant & abundantiam san-guinis faciunt, quæ ob graviorem statim humorum metuendam in talibus capitis læsionibus plus nocet, quam prodest, eaque propter peritos Medicos hisce in casibus vietum tenuerunt, nec non sanguinismissionem ac alvum leniter ducentia prudenter suadere arbitramur.

21. Vinum generosum & verus ad fo-vendas & augendas vires magno esse præsidio, quo non datur excellentius, neminem iuficias facile ire arbitror. Neque illud tam alienum nature nostræ esse velex eo constat, quod citra sanita-tis singulare dispendium quidam aliquot ejus

ejus mensuras quotidie eibant; nihilocius vel parca etiam manu in ardenti- bus febris & que internas inflammations junctas habent datum, gravibus noxis corpora adfligit: poris enim occlusis, ubi interiora fervent, non modo major ardor, sed & periculum vehe- mentioris inflammationis fit. Et hæc est ratio, quare in omni acutarum gene- re a peritoribus plane interdicatur. No- vimus in variolis ac morbillis & pectoris inflammationibus a vini improviso hau- stu phrenitides ortas. Recordamur quo- que talismodi tristis hoc loco casus, ubi, cum ante aliquot annos spectatissimus vir ex peripneumonia fere convaluit & vinum Seet adsumsit, recidivam lethæ- tem inde sibi contraxit. In omnibus que- que capitum morbis, epilepsia, convul- sionibus, affectibus soporofis, vel exter- nis ejus laesionibus, vulneribus, usus vini nocentissimus est. Etenim omnia spirituosa, cum sanguinis & humorum imperium urgeant ad caput, laesiones ibi factas deteriores reddunt.

22. Dulcia, sive que multum mellis ac sacchari habent remedia impune & si- ne noxa a compluribus maxima in copia devorantur, eorum tamen in morbis usum ab omni damno non esse plane im- munem, complura nos edocent experi- mента. Nil in praxi solemnius est, quam quod in pectoris morbis, tussi & acribus ad asperam arteriam delabentibus hu- moribus dulcia eclegmata acrimoniae de- linienda causa praescribantur, sed quam infelici successu id saepius fiat, haud in- cognitum est: ventriculi enim inde di- gestio invertitur & liquor fermentalis enervatur, unde ingens cruditatum fit proventus, que ad massam sanguinis de- latæ viscera infarciunt, obstruunt, & hac ratione ad cachexiam vel hydropem viam parant expeditissimam. Elegans hanc in rem extat apud MONTANUM locus Consult. 77. qui sic scribit: *Ego ma- xime abhorreo ab electuariis, ubi imbe- cillitas ventriculi suspecta est. Vidi ho- mines saepe dum illis volumus catarrhum curare, ex frequenti & nimioso electua- riorum incidere in hydropem, dum enim*

illa frequenter sumunt die nocteque: im- peditur inde concoctio & augetur catarrhus, observavimus malum ex pulmoni- bus hac ratione ad abdominis partes præ- ceipitatum, ubi quidem respiratio liberior redditia fuerit: at ingens tumor pedes & abdomen occupavit. Neque hac de re aliter sentit prudentissimus ille trium Imperatorum Archiater CRATO, qui Lib. V. Consil. 7. hæc promit. Videntur, inquit, propter nimis frequentem usum eclegmatum, eos, qui pectoralibus mor- bis laborant, interdum in hydropem inci- dere, nam dulcia rapta ad hepar, ob- structiones pariunt.

23. Etenim, dulcia sive alimen- rum, sive medicamentorum locum sub- eant, ut in sanis corporibus non adeo sint formidanda, cum summa tamen cautione, ubi lentior sanguinis per visce- ra præsertim abdominis cursus, tardius que humorum iter & transitus est, iis est utendum: promte enim ac perfacile ob lentorem, quo gaudent, viscera hæc infarciunt & ad obstrunctiones graves longorum morborum genitrices expeditam viam parant, vel eas jam præsentes ob- firmant. Qua de causa etiam jam olim excelsi ingenii Medicos CELSUS Lib. IV. Cap. 23. in lienis morbis vel ubi viscera scirrho laborant, dulcia non tuta esse pronuntiavit. Maxime omnium vero hypochondriacis sic dictis eorum usus inten- sus est. Vidimus frequentius a fru- ctuum faceharo conditorum modica parte adsumpta in feminis sic dictis hypo- chondriacis ingentes cardialgias, præcordiorum an- gustias & entris borborygos subortos non sine magna virium & appetitus de- pressione, ubi enim in prima regione fortior succorum ab exsuperante acido assumtorum est fermentatio, qualis in hypochondriacis visitur, ibi omnia, que facilem fermentationis motum sub- eunt, ut sunt dulcia, in acidissimum li- quaumen convertuntur, quod vehementius lacessendo nervosas ventriculi sensu præditas tunicas jam recensita mala con- citat.

24. Præterea, dulcium usus in febri- bus, quibus sedes & domicilium primis

in viis vel visceribus est, insigniter omnino nocet, unde non injuria hunc in modum conqueritur Henricus ab HEER, Lib. I. Obs. 5. multos agrorum divitum interire in febribus propter abusum syroporum & dulcium saccharatorum utpote quod nimium febris exasperent. Hujus rei ratio in procinetu est, nam in omni febris genere natura corporis occupata est, illud, quod superfluum, quod ipsi inimicum, quod stagnat, obstruit aut putrescit, auctiori motu resolvere, amovere & foras eliminare. Jam vero per talismodi dulcia viscidioris & immobiliaris indolis natura in resolutionis & excretionis defiderato negotio non modo multum impeditur, quin potius etiam novus quasi somes & materia febrium hac ratione subministratur. Neque adeo diversa, sed eadem fere est ratio, quare omnia quae valde nutriunt, ut sunt carnes quadrupedum & ex iis parata valde alimentosa jucunda nulla in febre proficia sint & recte a sagaciорibus praticorum interdicuntur.

25. Ceterum non exiguum damnum est, quod faccharata & dulcia largius exhibita in contumaci tussi, cuius causa prima in regione residet, infeliciter adferunt. Ut pote cum viscidam, acrem, quae nervosas partes stimulat, pituitam adaugeant, plus detimento, quam emolumento sunt. Præter enim id, quod cupiditatem ciborum & digestionis vim imminuant ac gravitatis sensum in præcordiis generent, simul amplam flatuum materiam ac causam suppeditant. Potius tussis ex stomacho orta prætermisis dulcibus temperantia & clementer evacuantia carminativa, blanda aromatica, balsamica & roborantia desiderat. Denique in genere notari velim, ubi humorum stagnationes vel in primis viis vel in visceribus sunt, minus comode & proficie dulcia offerri.

26. Lac naturæ humanæ non adversum, sed perquam amicum esse, tenerimi infantes, qui hoc nutrituntur, suo exemplo comprobant, nihilominus tamen cum ipsi infanti, tum adultiori etiam homini sè penumero fit venenum.

Lactantium gravissimas, imo funestas, quibus collectantur, ægritudines potissimum a nutricis lacte in infantis ventriculo coagulato, corrupto & in corrosivam acredinem mutato proficiunt, nemone facile in dubium revocabit. Etenim, quo natura infantis tenerior & ventriculus est imbecillior, eo plus molestia lac crassum, butyrosum, in coagulum primum ipsi facessere jure censendum est, utpote si diu prima in regione stagnet nec promte per canalem alimentarium transeat, ex mora acescit, corruptitur, & bile admixta viridescit & valde corrosivam indolem, tunicas ventriculi erodentem induit, unde torminum, anxietatum, convulsionum, asthmatis, inflationis ventris, epilepsia origo. Multum itaque peccant, qui imbecillos & teneros adhuc infantes subinde ipsis mammis præbendo lacte alias optimo nimium adimplent. Non dissimili ratione lactis usus in adultioribus, si ventriculus debilis est, inque eo largus acidii proventus gignitur, miras turbas, anxietates, flatulentias, borborygmos, nauseas, tormina excitat atque adeo, quo natura blandius & amicus hoc medicamentum, imo alimentum sit, eo majori cum cautione atque prudentia administrari debeat. Laborabat nuper admodum egregius vir stomachali febre cum vomitione acidorum succorum & ipse cum adsuetus esset potum Coffee cum lacte præparatum usurpare, insigne die quodam ejus quantitatem habuit, a cuius vero usu protinus pessime se habuit, maxima præcordiorum angustia & anxietate cum extremorum frigore inde consecuta: demum tam per superiora, quam per inferiora materia in star coagulati casei fecerit magna cum allevatione. Novimus etiam dysenterico non sine magna offensa lac datum fuisse; ab ejus enim usu mox cardialgia, singultus & magaa circa præcordia anxietas cum vomendi desiderio sequebatur, tandem lac coquebatur, & aqua calida affundebatur, qua ratione non nocuit, sed valde potius profuit. Est quoque laetis usus multum insensus by- pochon-

poichondriacis, quorum ventriculus ex-
superante acido onustus male alimenta
digerit, unde lac cumprimum descen-
dit, protinus coagulatur & inflationi
ventriculi ac intestinorum, aqua pluri-
morum pathematum ipsis familiarium
ratio pendet, mirifice lenocinatur.

27. Lactis curam, in qua nihil solidi
vel fluidi praeter hoc ipsum adsumitur,
veluti sumnum ad dolores podagricos
tollendos & deliniendos nostro tempore
celebrari remedium notissimum est.
Novimus quoque tali afflictionum ge-
nere pressos per biennium, quamdiu
nempe id remedii genus usurparunt, ab
omni dolore fuisse liberatos. Quamprimum
vero viatum mutarunt, remoto
lactis usu, mox in alios morbos gravi-
ores, cachexiam, stranguriam & vesicæ
calculum inciderunt & brevi diem obje-
runt supremum. Nam, qui viscera non
habent sana, integra & aperta penitus
ab hoc remedio abstineant auctor suasor-
que sum; nihil enim ad eorum obstruc-
tiones & fovendas & firmandas, nihil
quoque ad calculi generationem aptius &
convenientius ipso lactis usu observatur.
Verum enim vero, quo magis noxiun
& infensum lac est cachecticis, calculo-
sis & scorbuticis, eo utilius & salubrioris
ejus serum, praesertim si cum succis her-
barum antiscorbuticarum & aperienti-
um coquitur, dictis in morbis notatur.
Evidem, sicut lac infarcit, obstruit,
excretiones retardat: ita ejus serum po-
tius alvum laxat, viscerum & meatus
obstructiones referat, acrimoniam hu-
morum, nec non interiorum partium
servorem attemperat. Utpote crassa illa,
caseosa & butyrosa materia, facile coagu-
labilis & minores canaliculos obstruens
naturæ corporis nostri inimicissima est,
quare quo tenuius lac est, eo salubrior
recte existimatur.

28. Et hanc ob causam veteres lac asi-
natum tantopere estimarunt, quia te-
nuissimum est, nec multum crassa ca-
seosa materia habet & ob nitrosam,
qua pollet, detergendi virtus, egregie
humectat, neque minus clementer la-
xat. Ad purgandum enim lacte asinino

veteres usos fuisse ex HIPPOCRATIS
monumentis lib. de viatu p. 44. eviden-
tissimum est. Et, quia pulmonum scir-
rhosa tubercula, quæ exulcerata instar
cancri maximam pulmonis partem in
phthisicis consumunt, virtute sua ab-
steratoria præ aliis remedii eximie solet
referare, hinc illud magno cum fructu,
teste PLIN. Hist. Nat. Lib. XXIV. cap. 9.
& CELSO Lib. IV. cap. 24. in phthisicis
usurpatum legimus. Optimus vero mo-
dus est, si qui morbi lactis curam deside-
rant, illud mitcendi cum aquis mineralibus,
in primis iis, quæ sale alcalino si-
xo, ut Selteranæ acidulæ, thermæ
Emblenses & Carolinæ imbutæ sunt: in
harum vero defectu infuso Veronicæ
oleum tartari per deliquum commodis-
ime additur, qua mixtura efficitur, ut
lac primis in viis nec facile coaguletur,
nec diutius ibi subsistat, sed meatus cor-
poris subeundo obstruktiones partium
felicius referet.

29. Quæ de sinistro lactis usu jam
commemoravimus, ea quoque jure me-
ritoque ad emulsiones, quæ nil nisi lac
artificiale sunt, & quarum frequentior
in medicina usus, possunt adPLICARI; &
quamvis ex tenuioribus seminum vel
nucleorum oleosis vel mucilaginosis par-
tibus constent, nec tantum crassæ sub-
stantiæ quantum animantium lac obti-
neant, nihilominus earum incautum
usum in cachecticis, hypochondriacis,
& ubi insignis ventriculi debilitas vel
atonia est, plus nocumenti quam emolu-
menti attulisse experientia fide com-
probatum habemus.

30. Pinguia & oleosa, quæ ex fructi-
bus artificiali expressione elicuntur,
præterquam quod locum in alimentis
teneant, in medicamine, praesertim ad
partes spastico constrictas relaxandas &
vias lubricandas mirabilem utilitatem
præstant. Etenim, in atrocioribus ab-
dominis tormentis in colica sic dicta con-
vulsiva, qualis frequens est in metallurgiis,
qui improvide saturninos fumos
hauserunt, neque minus in truculentis
ex calculo doloribus oleo amygdalino
dulci paulo largius ram interne, quam

externe adhibito nihil quidem praesentius exhibetur, eo quod ab ejus usu mox dolorum saevitia quadantenus sese remittat. At vero, quam proficuus pinguium usus dictis in morbis est, tam nocivus est apud hypochondriacos, quorum ventriculi actio admodum languida est. Nam acidum, quo abundant, corrosivum cum pinguis congriendo non modo propter effluvia acria calida ingentem ardorem in cesophago & fauibus excitat, sed & in coagulum paulo firmius, multis modis nocivum, degenerat.

31. In hujus vero assertionis evidentiorem confirmationem sequens historia multum facit. Juvenis quidam, vix trigeminum annum transgressus, strueturæ gracilioris & naturæ sensibilioris, a multo jam tempore hypochondriaca symptomata passus est. Is ex mutato potu & aperto paulo frigido cælo in gravem ilei dolorem, quem vulgo colicam appellant, incidit, utpote circa umbilici regionem intolerabili cruciatu premebatur, alvus aderat tensa, dura, valde adstricta, nulli clysteri obediens, & potius dolores & anxietates augebat, interne vero maxima copia oleum amygdalarum dulcium, quod alias in hujusmodi doloribus miras suppetias fert, sed sine omni allevamento hausit. Tandem ex confilio meo mannam paulo liberiori dosi ad uncias nempe quatuor in tremore aenæ solutam, modica nitri & salis tartari adjecta portione, ex intervallis adsumpsit, a cuius usu mirabilem durorum globulorum avellanae minoris crassitiem & quantum copiam per inferiora excrevit, quorum mox ingens adhuc quantitas secura fuit. Globuli tamen duri erant, instar sevi coagulati, quos cum paululum siccati essent, facto experimento, candelæ admovi, tum ardebant & lucidissimam dabant flamman; aquæ communi injecti innabant. Vacuata hac copiosa sebacea materia melius habere æger cœpit, integrum amygdalini olei usum continuabat, & pingua carnium juscula alimentosa adsumebat, inde protinus atroces abdo-

minis dolores resurgebant, & cum ventrem inferiore mangeret, ecce ipsa manu duros illos globulos in intestinis resurgentes, præfertim cum macilentius erat corpora, deprehendebat, unde superius decoctum mannatum rursus propinari jussi, quo denuo excreta ingenti horum globulorum copia ulterius abstinentendo ab omnibus pinguisbus æger omni dolore vacuus incolumisque jam vivit.

32. Horum vero globulorum genesis ex nulla alia causa, quam quod oleum tam alimentum, quam medicamentum cum acido fortiori primarum viarum congregiens coagulum tale produxerit, non fecus ac cum commixtione spiritus acidi & olei fieri contingit, esse derivandum duxi. Notavi quoque simili ratione in hypochondriacis vomitus pure sebaceos, eo quod materia flammæ admota, lucidissime exarseret. Neque pro re insueta habendum est, quod in infantibus quandoque ex lacte nimis pingui, concursu acidi, tales globuli nomine vitæ periculo progernerentur. In hujus rei confirmationem juvat egregiam historiam a B. Laurentio HOFFMANNO de vero usu & abusu medicamentorum chymitorum pag. 38. consigillatam adducere. Matrona quædam obesioris constitutionis, quatuor enixa partu est filiolas, quæ omnes vix annum egressæ interventu epilepsia vitam cum mortem commutarat. Neque adeo Medicus, nec mater hujus interitus causam adæquatam pernoscerre potuit. Cumque tandem quintum partum edidisset, ilque primum ætatis annum fere complevisset, non dissimilia motibus convulsivis se præbuerunt indicia. Medicus in consilium vocatus advertebat grana butyracea instar cerasorum vel piforum copiose fuisse excreta, qualia mater quoque in filiolis quatuor antecedentibus observaverat, unde foliis clysteribus abstergentibus & liquore hordaeaco usus est HOFFMANNUS & sic sanitati ægrum restituit & epilepsia truculenta avertit. Ratio procul omni dubio haec est, quod infantes tenerrimi circa ablactationis tempus pulibus pascantur, quæ

gum ex lacte, butyro & simila parata sunt, ubi ista lactis pinguedo non cedit in alimentum, sed ab acido in coagulum concrevens in intestinorum cellulis ex diuturna mora corruptitur, aescit & convulsionum ac dolorum occasionem præbet amplissimam.

33. Non minor est, quæ corpori subinde inducitur labes ab usu pinguium & oleorum externo. Cujus rei luculentio potest esse testimonio curatio illa symptomatum, quæ variolis supervenient. In primis vero quotidie delinquitur in præservandis cicatricibus. Sic enim ex mediis istis unguinosis & butyraceis in puerो quodam octo annorum post retrocessionem exanthematum epilepsiam; in alio post illinitas in facie pustulas cum butyro insulso catarrhum suffocativum ortum memini. Cui adjungo observationem, quam Annal. Uratislau. Ann. 1721. Cl. IV. p. 320. habent, ubi parentes puerо variolis confluentibus laboranti totam superficiem cutis, pustulis nondum maturatis, oleo olivarum illiverunt, unde ipse catarrho suffocativo mortuus. Par ratione, eadem hæc remedia male cessisse constat in erysipelate: ita nos quandam per inunctionem faciei inflammatae, catarrhum suffocativum productum novimus. Neque silentio præter eunda est insignis illa noxa, quæ pleuriticis urplurimum infertur topicis oleosis & unguinosis. Inde enim malum eorum mirum augetur, aut in majora sæpius mala transmutatur.

34. Pauca hisce addenda sunt de perniciosa pinguium applicatione in morbis serosis & primario quidem in affectibus, qui exanthemata seroso-lymphatica juncta habent, ut est scabies. Dici vix potest, quam incongruis hujus sanatio suscipiatur medicationibus, quarum fere singulae, omissis internis, solam excretionem pustularem per externa removendam respiciunt. At præter innumera alia, quæ censuram mererentur, remedia, ut sunt mercurialia, adstringentia, refrigerantia. hoc loco unguenta maxime improbamus & oleosa, ut poterit quæ ingentem in modum nocent.

Proveniunt enim inde pessimæ morbi transmutationes, quales sunt angustiae præcordiorum, asthmata, cardialgia, catarrhus suffocatus, tusses, febres intermittentes, tormina colica, inflammationes, deliria, febres hecticas, cachexia, tumores pedum oedematosi, quin hydrops universalis, anasarca, quemadmodum post inunctionem butyri sulphurati tumorem totius corporis & in femina asthma humidum observari mihi evenit.

35. Aliæ adhuc dantur excretiones exanthematicæ, speciatim capitis, quæ sub nomine achorum & tinea capitis venniunt. Quanto in his æque oleosa sint documento, sequentia docent exempla: Ipse in puerо ex tinea capitis per butyrum majale, cui creta admiscebatur retrupsa, notavi in sequentem gravorem oculorum inflammationem. Ab oleo olivarum capiti inuncto originem traxit in puella achorosa surditas per VII. menses durans. Digpa dein est quæ legatur de achorum repulsorum noxa observatio apud HAGENDORN. Cent. I. hist. 8. l. c. quæ ab inunctione olei amygdalarum dulcum provenit.

36. Quid pediluviis potest tutius atque innocentius excogitari? siquidem cum cursum sanguinis expeditiorem reddendo perspirationem in universo corpore adjuvant, tum humorum & sanguinis impetum a capite & pectore revocando & ad inferiora incitando in omnibus sferis, qui pectus & caput obsident, morbis, præsentissimi effectus præsidia obseruantur: sed tamen plures sunt casus, ubi eorum minus dexter usus ingenti documento est. In corporibus videlicet præhumidis & spongiosis, declinante præsertim atate, perquam facile pedum tumores arcessunt, eo quod fibrarum tonum nimis relaxando efficiunt, ut sanguinis cursus per inferiores partes, per quas semper difficultior est, segnior atque impeditior fiat, unde tam promitterit seri a sanguine in habitum carnis porosum secessio. In morbis quoque catarrhalibus, ubi natura superfluum serum per faucium & asperæ arteriæ glan-

dulas critico veluti motu exonerare nititur, non semper tutus pediluviorum usus est, quod aliorum invitando & quasi retrahendo materiam, salutare hoc secretionis negotium perturbent, unde languor & lassitudo corporis facile consequuntur. Neque eo tempore, quo menses fluere incipiunt, pediluvii uti expedit, ut quæ plus eos sistunt, quam promovent, dum sanguinis motum ad uterum quasi revocant inque porosa pedum substantia blando humido calore majus pro divertendo ipso spatium efficiunt. Sic quoque in affectibus quibusdam spastmodicis observare licuit, quod ab usu pediluviorum horripilatio & frigus universum corpus pervadat. In pedum foetore nunquam non mala sunt: ita exinde hypochondriorum tensiones, cordis palpitationes, gravissimos artuum rheumatismos & ingentes capitis dolores subnatos fuisse vario exemplo edocimus. Nam quemadmodum capituluvia in tinea capitum vel aliis exanthematicis materiam peccantem ingenti saepius cum vita periculo, præsertim in infantibus, repellunt: ita etiam pediluvia ad sudorem fetidum repulsandum magnæ sunt efficacie. Videtur enim aqueum humidum ejus esse naturæ, ut cutis tonum secundum naturam & glandularum subcutanearum vim, quibus excretio sudoris fit, minuat atque defruat. Ad probandam talis noxae veritatem facit hoc sequens notatu digna historia: Patiebatur studiosus quidam continua pedum excretiones cum foetore ingratisimo, quæ magno ipsi erant incommodo. Impatiens igitur morbi consilium petit a contubernali, qui pediluvia, multæ, ut jactabat, experientia, ex aqua simplici, in qua alumenum dissolutum erat, commendat. Probato consilio curam eum pediluvii per duas septimanas instituit, unde pedetentim sudores supprimuntur & emanent. Succidunt vero vertigines capitum, foetor oris intolerabilis & saepius in die tremor artuum gravis, quæ multis patientem negotiis ineptum faciunt. Qui maligenii effectus adhuc usque durant, cum nulla

haec tenus arte sudor pedum prolixi de-nuo potuerit.

37. A pediluvii ad balnea devenimus, quorum usus in medicina, ubi dura & constricta sunt mollienda & laxanda, obstructio removenda, atque viæ ad excretionem præparandæ, incomparabilis est: unde in atrocioribus doloribus colicis & calculosis, in spastmis, contracturis partium, corporis & membrorum languore divinam ferre solent opem. Quodsi vero sine prudentia & sine debita cautione usurpantur, saepè accidit, ut irreparabile noxa inde consequatur. Primo corporibus cacheeticis & repletis nonquam fere proficia sunt. WELSCHIUS in *hypom. nematibus p. 39.* notavit hydropicum, qui balnei usu fulis humoribus in epilepsiam incidit. Postea plethorici & cacocheimici, vel quibus naturales sanguinis excretiones suppressæ sunt, quandoque capitum & nervorum lassiones, affectus etiam saporosos sibi contrahunt. Laborabat non ita pridem vir sanguine redundans ex calculi doloribus, medicus præscriptit balneum, quo cum nimis calide uteretur, protinus citator cum aucta respiratione redditus fuit ipsius pulsus, fervore totius corporis ac capitum dolore vehementi insidente, ut febre correptus ab omnibus haberetur: quem in finem etiam missus sanguis fuit, & pulveres ex nitro & precipitantibus non sine fructu oblati. In Gonorrhœa inque fluore albo & catarrhosis affectibus nunquam non balne nocuisse observatum est, utpote cum glandulosas partes jam nimis relaxatae & a tono suo dejectas plus resolvant atque emollient, ut majori humorum effluxui atque congestioni pateant. Quo vero jam diximus de balneis, ea multo magis circa thermas earumque usum externum tenenda sunt, utpote quarum incautus usus ingentem corpori noxam adfricat. Instar omnium exemplo sint Carolinæ, quæ incautius & nimis calide a plethorici usurpatæ acutas febres cum deliriis accendunt, tum maxime cordis palpitationes, asthmata, cephalalgias & graves sopores, membrorum languores saepè non sine periculo concitant.

38. Ab usu extenorū atque eorum, quæ etiam alimenti vice funguntur, magis ad medicamenta nos convertimus, & quidem primo ad absorbentia seu siccata præcipitantia, quibus terrea, quæ acidum atque humidum imbibunt ac invertunt, intelligimus. Horum usus amplissimus & maxime saluberrimus deprehenditur, eo quod motui sanguinis progressivo nihil magis quam coagulans & obstruens sit infensum. Nihilominus & horum exhibitio non parum prudenter desiderat, sub ventriculi enim atonia, si is viscidorum colluvie scatet, & salī magis, quam acidi ibi hærent humores, eorum usus plus nocuisse, quam profuisse observatus est: appetitus exinde magis dejicitur, gravativus & comprehensivus sensus præcordiorum exinde insertur, præsertim in sensibilioribus. Nam ardor quidem ad tempus mitigatur, sed mox vehementius resurgit, doloribus & tormentis inferioris ventris sæpe insequentibus. Igitur tunc iis utendi via æ ratio est, si salibus neutris admisceantur vel leniora laxantia, rhabararia, manna, aut modestæ aloëtæ iis subiungantur, ut acidum primarium viarum ab iis castigatum vel per urinarias vel per alvinas vias simul educatur.

39. Sunt quoque exempla; ubi in lenti & hecticis febribus absorbentes & præcipitantes pulvres largiori dosi atque intempestive dati fuerint, qui poterat in ventriculo per sectionem aperto magno pondere fuerint inventi. Horum quoque immoderatior usus intermitterem perfacile in lentam continuam cum anxietate corporis, languore & copioso sudore febrem permittat. Maxime omnium vero in quartana horum usus esse debet circumspectior, quod acidum primarium viarum cum hisce terreis concrescens paulo adstrictoris fiat indolis, potest ad massam sanguinis & viscera dela- tum, obstructionem hepatis, que quartanam potissimum lovet, augendo, ad hydropem, non raro male curatæ hujus febris symptomæ, viam sternit paratissimam. Multo minus vero hæc

præcipitantia terrea ad febrem sopen- dam invenient locum, ubi corpora sunt infirma & colluvie humorum vitiosorum primæ viæ scatent. Ita novi, ea puerperæ, quæ mox a partu febri intermitte corripiebatur, largiori & crebriori dosi oblata, sævissima hysterica spasmodica, convulsiva pathemata concitasse, ut mors in propinquuo visa fuerit: quæ acerba vero symptomata clementiori laxante & clystere applicato protinus a vehementia sua remiserunt. Caveant quoque sibi a nimio præcipitan- tium usu omnes, qui sunt obesi, otiosi, cachectici & qui alvo adstrictiori labo- rant, eo quod ventriculum, qui alias in lejusmodi subjectis valde debilitatus est, magis infirmit. Ceterum, ad cesophagi ardorem temperandum nil praesentius est absorbentibus pulveribus, quia acidum, configens cum acri bili, veluti hujus ardoris causam, edomant.

40. Nitrum si ullum sane hoc magnum & certum in medicina effectum præstat, qualem de paucioribus remediis nobis vix possumus polliceri, ut po- te ingentem interiorum ardorem ipsamque fitim extinguit, & gustu non modo sed & virtute evidenter refrigerat. Quare ejus usu in omni calore febrili deprimendo nihil potentius est. Præterea status valide discutit, atque in doloribus & spasmis sedandis non mediocrem fert opem. At vero, quam nobilis & valens est medicina, tam nocentis quoque est facultatis, si non rite ipso utamur. Et enim, ubi natura infirma ac debilis est, & eget robore ac interno motu ad expellendum illud, quod infensum corpori est, ibi magna cum prudentia, ut nitrola adhibeantur, necessarium est. Id potissimum sit in febribus malignis, petechialibus, peste, siue variolæ & morbilli mali moris corpora obesa, spongia- fa vel cachectica invadant, his enim robur sanguinem regendum & expelli- dum ab eo superfluum deficit; quibus casibus cautissime utique cum nitrosis mercandum est, quia, cum vicem fibra- rum motricium nimis deprimit, no- cent. In genere enim notandum hoc est:

abi metus est stagnationis, correptionis humorum vel sphacelationis partium, ibi convenit plus progressum humorum promovere, quam eundem siſtere. Ceterum, ad arcendas inflammations ipso nitro nihil est prestantius, id quod experientia indies confirmat. At, ubi inflamatio magna, præferunt corpora præhumida & cachectica occupat & ubi illa in sphacelum inclinat, nitrosa omnisque generis refrigerantia amovere oportet, hanc nimis ob causam, quia sanguinis statim corruptivam non tollunt, sed potius promovent. Notavimus quoque, ex nitro parata medicamenta in variolis, morbillis, purpura, vitæ exitium attulisse, ab eorum enim usu aucta mox diuresis fuit, ut claram & aqueam urinam in insolita quantitate emiserint: unde suppuratione variolarum periculo se fuit impedita.

41. Neutra salia, qualia sunt area-num duplicitum, tartarus vitriolatus, tartarus tartarisatus, sal polychrestum, sal Epsoniense eximiias in medendo præstant vires, dum aperta servant omnis generis emunctoria, obstructions reſerant, tenacem viscidam humorum massam colliquant, quare in chronicis passionibus submovendis operam laudatissimam collocant. Attamen haec ipsa præpostere adhibita saepenumero insigni esse nocumento, plura sunt, quæ id nos docuerunt. Ita, qui cardialgia gravi premuntur, hypochondriaci & hystericae feminæ, & quorum cuticula acribus suecis quasi erosa est, caute haec ipsa usurpent, necesse est: ingentes enim exinde sequuntur præcordiorum anxieties, magni ad vomitum conatus cum extremitatum frigore. Simile quid haud raro visitur in febribus tertianis continuis, ubi talismodi salini pulveres repetita & majori dosi exhibiti in magnam perni ciem & gros adduxerunt, adeo ut inflammationis metus ventriculi adfuerit. Neque eorum usus in variolis, morbillis, purpura, rheumatismis, arthritide, catarrhis, tussi, optatos effectus producit, siquidem hi morbi a sale proficiuntur, quod magis magisque exasper-

rando, symptomatum vehementiam non mediocriter adauget.

42. Acidorum, quibus inter alimenta & medicamenta utimur, non adeo formidabilis videtur effectus, nam inter cibos succi citri & acetii frequentius est usus: attamen, qua potest fieri solertia, ab hisce sibi caveant necesse est omnes, in quorum ventriculo adsumunt facile inacescunt, sive in corrosivum liquamen abeunt, ut sunt hypochondriaci, calculosi & podagrifici, quorum non nulli, ubi acidum quoddam vel modicum Rhenani vini adsumserint, protinus inde molestias in universo corpore percipiunt. Novimus quoque ab acidis doloris sopiendi causa externe applicatis in deterius plane conversam miserandam podagricorum conditionem. Nam supervenerunt non raro vomitus, cum enormi anxietate præcordiorum & ventriculi inflammatione, orta dysuria cum mixtu cruento, subnatae sunt febres, deliria & denique mors. Sinister identidem acidorum usus est in cohibendis alvi fluxionibus. Sic memoria succurrat casus, ubi faber quidam ferrarius ab ingurgitato ad diarrheam sistendam acetopedes sibi contraxit edematosos. Notabile est, quod plures qui fontanelas gestant, ab acidorum usu non ita longe post pruritum & dolorem ibi sentiant. Spiritus salis bene præparatus est egregium stomachicum, appetitum erigens, est quoque optimum diureticum & calculosis non incongrua medicina. At vero, illud peculiare habet, quod pectori sit inimicus, hinc tussim facile provocat, quare in omnibus morbis, qui pulmones & asperam arteriam obsident, cautissime debet usurpari. Reliqui minerales spiritus acidi inter jalapia exhibiti ad ardorem febrem compescendum, celeberrimi semper usus fuerunt, cum quibus ramen provide etiam & caute procedendum esse non sine ratione auctor suasorque sum.

43. Spirituosa, ut inflammabiles vegetabilium spiritus & ex ipsis cum faccharo paratae aquæ vitæ ad acuendum sanguinis motum & calorem in humidis

midis subjectis neque minus ubi multa cruda, difficilioris coctionis adsumpta fuerunt, quo digestio eorum promoveatur, in frequentissimo, nunquam non sunt & fuerunt usū. Non levis tamen ab his sit sanitatis jactura, si iis vel nimium vel non convenienti tempore utamur. Quemadmodum enim, ubi pituita & ingens humiditas primas vias obsidet, non sunt spernendi effectus: ita vero sub adsumptione eorum, quæ multum chyli suppeditant, horum usus plus nocet, quam prodest, quia nihil tam celeriter chylo coagulum inducit, quam spirituosum. Vidiimus a talismodi aquis vita stomachicis, ventriculi roborandi causa, circa lecti ingressum, frequentius adsumptis, digestionē nō potius turbatam, quam adiutam fuisse, cum flatulentiae & ructus, vomitusque inde facti fuerint cibriores, forsitan, quod chylosum alimentorum extractum coagulaverint. Pessimus etiam error est & detestandus mos, quod post adsumpta duriora & compastiora, velut carnes infumatas sale conditas, pisces marinos, spiritum vini vel spirituosas aquas ingenti haustu ingurgitent, eo nempe fine, ut facilior inde fiat digestio; sed plures hac ratione, valide lādi multiplici experientia convictus sum. Ortæ enim exinde fuerunt magna viscera obstructions, ex quibus postea cachexia, phthisis, hydrops, aliisque lethales & funestis morbi propullularunt. Prætermittimus jam ejusmodi spirituosa & vaporosa, capiti totique nervorum generi valde infensa, atque adeo in morbis cerebri vel nervorum, parcissima, manu ea concedenda esse statuimus.

44. Quid nuce moschata inter aromata potest esse innocentius, cuius quotidianus fere inter cibos usus est? quod ramen ejus abusus valde noceat ex sequenti observatione, quam doctissimus SCHMIDIUS in miscell. curios. A. II. Dec. II. Obs. 120. communicat, clarissimum est. Quidam nobilis triginta sex annorum, vegetus aliquin ac sanus, nisi quod ventris tormentibus per aliquot dies afflictus fuisset, ad quos sopiaendos

quatuor nucistas inter cerevisiæ pocula comedit: quibus adsumptis mox calore præternaturali, capitib dolore, vertigine, mentis alienatione, ac stupore corripitur & visu penitus aeloquela privatur, comate vigili simul laborans; exhibitis cephalicis volatilibus die quarto paulisper ad se redit, relicta tamen memorie abolitione & postremo paralysi membrorum, octiduo sermonis usum recuperavit, referens, primis quatuor diebus se nil nisi densum glaucoma vidisse scintillis continuis innumeris oculos infestantibus: ab hisce malis omnibus ac singulis post delapsum trium mensium spatium demum liberatus est. Ex hac historia facile intelligi posse arbitror, cum omnibus sedativis etiam naturæ amico principio instructis caute, præfertim in corporibus repletis & aetonia laborantibus, agendum esse. Nec approbanda est illa vulgaris methodus, qua nucem moschatam cum vitello ovarum incoquere & ad fistendam diarrheam adsumere solent. Non raro enim pariter ac post alia cohibentia periculosa sequuntur symptomata, ut dolores colici acutissimi, translationes materiae ad alia loca, caput & pectus, unde catarri suffocati, tussis, vertigines & inbamera adhuc alia.

45. Discussis hisce pervenimus ad alias efficacia remedia, quæ vaporoso sulphureo elemento exorbitantes in nervis & membranaceis fibrillis motus sustendo, doloribus & spasmis egregie medentur. Ex quibus Castoreum principem iure meritoque locum obtinet. Quam magnifica fama sit medicina nomodo medicis, sed & vulgo ipsique mulierculis non est incognitum, utpote cum in omni convulsivo & spasmotico affectu ad hoc tanquam ad sacram anchoram confugiant. Novimus tamen Castorina, promiscue & sine discrimine exhibita damno non fuisse exiguo. Ita scimus in hystericea fuisse usurpata, ubi quidem cardialgia & præcordiorum spasmi primo intuitu videbantur imminuti, ast diutius persistebant. Quamprimum vero prima regio a via

ta humorum saburra per balsamica temperata laxantia fuit liberata , protinus dolorum vis exspiravit . Scimus etiam castoreum , puerperis paulo liberalius & frequentius adhibitum , insignem temporem capitis reliquissime & somnum gravem & turbulentum effecisse . Et quamvis omnia , quæ sulphure blando consistant , ubi ingens dolorum ferocia urget & spasmi intensiores adsunt , laudabilem edant effectum , certum tamen est , quod , ubi malignitas præsens , i.e. ubi viscera sphacelo corripi & putrefescere incipiunt , vel inflammationes partes ut ventriculum occupant , aut ubi caput torpet & grave est , lenissima etiam non sine noxa fuisse : nam ubi motus excitandi sunt , ibi vix ullum anodynum vel sedativum locum invenit .

46. Denique inter ea , quæ satis clementer & benigne inferiorem ventrem expediunt , alvinas lordes educendo , rhabarbarina & mannata primi potissimum ordinis sunt . Nam ubi alias tuto purgare non licet , sicuti in puerperis & gravidis vel catarrhosis & pectoris affectionibus , ibi tamen jam commemorata laxativa suum officium egregie faciunt : interea tamen dantur casus , ubi iis abstinere consultissimum est . Id vero accedit non tantum , ubi ad corporis circuitum e sanguinis massa peregrinum expellitur , ut in morbillis , variolis & petechiis ; sed & in hecticis morbis , ubi magna intestinorum atonia est : tunc enim lenissimum purgans sapientiæ officit , nam quia natura sponte ad alvi luxum inclinat , ereberrimæ sedes sunt , quas summa virium prostratio insequi solet , unde Medicus perperam suæ famæ & existimationi consulit , si quando talia præscribit . Sic novimus hectico desperato diagrydii sulphurati unum saltim granum cum antimonio diaphoretico & cremore tartari datum ita ipsum per aliquot dies exagitasse , ut vel centum sedes spatio duorum dierum non sine virium maxima diminutione habuerit .

47. Ex hisce jam dictis & adductis clarissime intelligi posse arbitrio , nul-

lum in rerum natura extare remedii genus , quod & prodeesse & nocere non possit : si enim ea quæ naturæ amica & congrua sunt a noxa minus fiat immunitia , perverso usu , multo magis validiora , quæ multum corporis motus alterant id præstabunt , quare majori prudenteria ut adhibeantur necessum est .

D I S S E R T A T I O IX.

DE VESICANTIUM ET FON TICULORUM CIRCUMSPE CITO IN MEDICINA U S U .

§. I.

Duplex est , quod explicandum in præsenti suscipimus , dissertationis argumentum ; unum quod vesicantium , alterum quod fonticulorum usum medicum monstrat . Ideo maxime ambo hæc remedia conjungenda existimamus , quia convenienter in eo , quod externam requirant applicationem . De utroque tamen seorsim agemus , incipientes a vesicatiis .

2. Totum hominem morbum esse , vetus quidem & vera est paroemia , nec illa in corpore humano pars , quæ non multifariis vitiis ac morbis pateat : sed tam immensa quoque summi Numinis benignitas , ut tota natura sit medica , nec quicquam fere in tota rerum universitate , ipso veneno , aut vilissima fere quacunque re non excepta , quod medicinali non gaudeat virtute . Testes jam producimus cantharides , abjectum insecti genus & muscas vere venenatas , singularis tamen & mirabilis plane in gravissimis etiam morbis , vesicatorio scopo perite usurpatas , utilitatis . De harum usu acris inter celebris nominis Medicos viguit contentio , alii ipsas ob virulentam nervosas partes in vehementes præter naturam motus abri-

abripiemt indolem, penitus e foro medico proscriptibus; aliis contra ipsorum usum in multis & valentibus morbis, reliquis omnibus incassum adhibitis, spectatissimum & in magno pretio seu secretum habendum, contendentiibus. Neminem certe in medica historia vel leviter verlatum latet, quam acriter de hoc arguento elapsi saeculo in Italia HERCULES SAXONIA & ALEXANDER MASSARIAS, illo utilitatem, hoc noxam defendant, publicis scriptis decerant. Et qui practica Medicorum scripta lustrat, perspicit ulro, ex recentioribus BAGLIVUM minus favere vesicantibus, quæ a SEVERINO, SEPTALIO, HOLLERIO, mirifice commendantur. Longe magis adhuc in determinando speciaiori cantharidum usu in diversum abeunt medentes, & quæ a quibusdam in continuis, malignis & exanthematicis febribus, ad materiæ virulentæ protectionem ad corporis coticem, quam maxime laudantur vesicatoria carpis manuum apposita, ab aliis penitus rejiciuntur & pro gravissimorum symptomatum, immo ipsius mortis causa, venditantur. Ne dicam, recentiores multos, post inventum sanguinis circulum, vesicatoriorum æque ac fonticulorum usum sterilem plane censere atque inutilem. Quod vero maxime mirandum, neminem ex omnibus his invenies, qui non rationes in demonstracionem afferat & ipsam experientiam deum confidenter in partes voeet, ut certe in difficultate judicare, cui tandem affensus præbendus. Ut igitur veritas eratur & quid cantharidibus tribuendum patescat, exuto omni auctoritatis aut alio quoconque præjudicio, methodo rationali utendum, & ex plurimis observationibus ac morborum historiis in vesicantium effectus, vires & facultates inquirendum, ac postea indagando principia & modum, quibus ejusmodi remedia agunt in corpus, certis atque indubitate rationibus, eorum usus salubris, vel insalubris evolvendus. & adstruendus.

3. Agemus igitur de vesicatorijs, cu-

lus virtutis quidem plura innotuerunt præsidia, ut euphorbium, flammula Iovis, ranunculus, succus esulae variique generis infecta, potissimum tamen cantharides, Germanis die Spaniscen Fliegen, sunt solenne illud instrumentum, quocum vesicatorius perficitur effectus. Quare missis aliis, has in præsentiarum maxime disquisitioni subjecimus, inquirendo primum in earundem indolem, modum & principium agendi. Iam autem de cantharidibus astere-re non dubitamus, eam illarum esse indolem, ut inter formalia referri mereantur venena. Venenum enim illud merito nobis audit, quod exili mole corpus subiens, nervosas maxime partes subito & vehementer, tam interne, quam externe adoritur, ac tenui penetranti suo principio, brevi tempore magnas mutationes easdemque perniciose inducit.

4. Talem vero cantharidibus inesse venenatam facultatem, plura sunt quæ confirmant. Nimirum, isquem in corpore præstant effectus, testatum primo facit, ipsas virulentum quoddam causticæ indolis recondere elementum. Et enim DIOSCORIDES jam notavit, eisdem interius sumtas renes & vesicas exulcerare, mictionem cruentari, pruritum in pudendis venerisque ciere stimulum. GALENUS lib. IV. de med. simpl. facult. cap. 18. monet: ne quis eisdem degustare audeat, propter erosionem interimentem. AVICENNA lib. II. tr. II. de virt. medic. singul. c. 205. ipsis aceris, acutam, putrefactivam & adurentem facultatem conceptis tribuit verbis. Quibus addenda merito singularis BARTHOLINI Cent. III. histor. anat. 16. observatio, & devorato ex errore vesicatorio, quo fauces corrosta & cruciatus circa vesicam exquisitifuerunt inducti. In primis BAGLIVUS opp. pag. 647. seqq. virulentam cantharidum naturam pluribus luculenter adstruxit experimentis, memorans abinos canes, injectis in apertam venam jugulari per syringam duabus tanture cantharidum cum aqua cardui benedicti facti unciis, primum aqua & viscosa vomuill-
se

se, postea humi cecidisse, vehementis-
sime sitiisse, alimenta respuisse ac de-
mum convulsoſ perisse. Hinc etiam est,
quod deleterius ipsarum effectus, non-
nisi iisdem fortissimorum venenorum
antidotis, lacte nempe & pinguibus, ob-
tundi possit atque præscindī, ut quidem
ex priscaſ jam PLINIUS, DIOSCORI-
DES ipſeque CELSUS testantur.

5. ADHÆC tenuē admodū, subtile & maxime penetrantis indolis est id:
quod in cantharidibus deliteſcit elemen-
tum, ut vel extimæ corporis parti ad-
motæ, promte intima penetralia sub-
eant ibidemque gravia multa inducant
pathemata. Ubiq̄us hoc & quasi toti-
dem argumentis omnia ab auctoribus de
vesicantium noxa, paſſim annotata ex-
empla evincunt. Inde enim miſum
cruentum cum vesicæ exulceratione pro-
ducunt TIMÆUS lib. VII. cap. 20. ZA-
CUTUS LUSITANUS, Medic. prin-
cip. hif. lib. II. hif. 117. PASCALIUS
meth. cur. morb. cap. 44. BRASSAVO-
LA comment. ad apb. 17. Lib. I. perhi-
bent. Deinceps HILDANUS cent. VI.
Obs. 98. 99. vesicatoriorum ex cantharidi-
bus febres, dolores & urinæ ardoreſ con-
citatæ testantur. THONNERUS lib. I.
Obs. 20. convulsiones epilepticas in febri-
bus inde derivat. BAGLIVUS cap. II.
de incommodis ab uſu vesicantium, in iis
qui graviter capite vulnerati, inde vo-
mitum cum abolitione ſenſuum & ve-
hementissimis convulſionibus, alios lethar-
ibus frigidis sudoribus perfuſos, ſequen-
ti nocte convulſione mortuos, anno-
vit. Idem etiam l. c. meminit, quen-
dam torminibus, iſpaſmodicis, cum febre
moleſte laborantem, post appoſitum ve-
ſicatoriorum multum ſanguinis, rubicundi
per ſecuum excrevillæ & paulo post pe-
riſſe. Neque minus RIVERIUS Cent.
VIII. obs. 88. cantharides externe appli-
cas gangrenam induxisse auctor est,
quod etiam ROLFINCKIO in extrema
ſenectute obtigisse iſpumque e medio fu-
ſulisse conſtat,

6. QUOD autem ſubtili hac & cauſi-
ca cantharidum acrimonia exquirit ſen-
ſioris partes nervoſo-membranaceę af-

fiantur & ex parte corrodantur, vel in
vehementes ſpaſmodicos motus abripi-
antur, præter jam enumerata ſympo-
maτa, ut ingentem ad urinam ſtimu-
lum, vesicæ excoriationem, miſum
cruentum, vomitum, intensam ſitum,
pulſuum celeritatem; is de quo jam agi-
mus vesicatorius ipsarum effeſtus, quem
in pulvere, cum ſaliva aut fermento pa-
nis in paſtam redactæ & applicata cum
dolore exsequuntur, testatur. Subje-
ctum enim hujus operationis non eſt ex-
timum illud, tenuē, ſenſus expers &
ex multis ſquamulis emergentibus in-
ter interſtitia porulis conſtatuum corporis
integumentum, ſed ſubstrata huic pro-
xime ſuprema & corticalis quaſi cutis,
ex tenuiſſimis papillulis nerveis & fibris
tendinoſis, nec non innumeris vaſculis,
quaſi fines ſunt arteriolearum, & partim
humorem nutritium, partim ſalinum
excremementium, qui vel ſub vaporis
forma in perspiratione inſenſibili modo
exhalat, vel ſudoris forma, conſpectuſ
ſtillat, veſunt, conflatæ ſubſtantia. Ad hanc dum tenuiſſimæ ſalino-acres
cauſticæ cantharidum moleculæ pen-
trant, ob vias nerveas fibrillas veſlicant,
tubulos humore plenos stringunt par-
tum, ut advectionem liquorem largius ef-
fundant, partim tenuiſſima corundem
ocula corrodunt & exulcerant, ut non
ſecus ac poſt ambuſionem diuſiſis ac diſ-
ſolutis iſdem, humor copioſe exſtillet.
Qui quum ob copiam & crassitatem exiles
cuticulæ porulos permeare nequeat, ab-
ſcedente hac, ſubtrus colligitur & colle-
etus ſandam in vesicam elevat.

7. Proprius quippe eſt hic agendi mo-
dus omnibus venenis, quaſi penetrantis-
ſimæ indolis & tenuiſſimis particulis ef-
fectum exsequuntur, ut nervousa, in
quibus adhuc ſenſus & motus viget, par-
tes aggrediantur, & per ſpaſtas ſtrictu-
ras humorum congeſtiones, inſta-
mmations, ac demum plane ſphacelationes
efficiant. Et hinc utique ratio petenda
quod, vesicatoria ex cantharidibus nec
tam crasso modo, ut actuale vel poten-
tiale cauterium deſtruant & exedant cu-
taneam cum musculari ſubſtantiam, nec
in ca-

in cadavere, nec membris sensu destitutis, vesicantem exserant effectum, haud secus ac de arsenico albo, vitro antimonii & croco metallorum constat, quod vulneri, vel ulceri vivi corporis inspersa, infistam septicam vim efficaciter edant, in mortuo fetus. Quare etiam attentiores practici non modo minus fausti eventus, sed & plane certum mortis signum esse perhibent, quando vesicatoria apposita, in morbis praesertim acutis, vesicas non excitant, sed effectu profus destituuntur, ut quidem inter alios auctor est FREIND *comment. de seb. pag. 142.*

8. Quum itaque cantharides in nervosas corporis partes agant, & salubris ipsarum effectus non tam ab illa lymphæ, quam eliciunt per vesicas copia, quam potius a stimulo, quem nerveis fibrillis ad motum auctiorem & excutiendam incubentem, quæ in vitio est, materiam inferunt, dependeat; in proclivi est judicare, easdem in illis affectibus, qui ex languore & imbecillitate motus profiscuntur, ubi stimulo & incitamento opus est, in corporibus temperamenti & naturæ segnioris, phlegmaticæ & melancholicæ constitutionis, habitus spongiosi & obesi, nec non sequiori lexu, item in regionibus septentrioni vicinis, frigidis & humidis, eximii & saluberrimi esse usus. Quum porro nervosæ omnes corporis partes conspectius conspirent & mutuo annuant, ita ut ex una in alteram oblati medicamenti effectus promte propagetur; identidem luculentter patet, vesicantium ex cantharidibus virtutem, ex nervea quam proxime afficiunt cute latius diffundi & amplissimum illorum in variis remotarum partium vitiis esse usum. Egregie hanc item scribit & vesicatorium virtutes in compendio exhibet FREIND *l. c. pag. 143.* Verisimile est, inquiens, cantharides etiam cum cuti admotæ sunt, altius pervadere. Alter enim quomodo continget, ut in pleuritide, in peripneumonia, in distillatione, in gravedine nervorumque distensionibus, egregie valeant cantharides cuti appositæ? ut doleres

toxarum præcipue, pervetustos tollunt obstructionsque liberent? ut iis demum appositis, humores sese ad perspirandum magis accommodent, ut sudores faciliter fluant, ut pustularum omne genus a cute promitus foras emicet?

9. Sed, quo spectatissima vesicantium ex cantharidibus in variis morbis virtus testatio paulo patescat, ere omnino erit, ut, quid per experientiam de ea constet & in observatis Medicorum passim annotatum, edisseramus. Nimis, ut a capite ordiamur, inter eos qui magnifice admodum de cantharidibus sentiunt, præter SEPTALIUM HERCULEM SAXONIA & FREINDIUM est maxime SEVERINUS, qui in *pyrotechn. chirurg. lib. II. cap. 8.* vesicatoriorum usum ad plurimos affectus conducibilem tradit, eo quod revellant, divertant, attrahant & evacuent simul, non solum ex propinquioribus, sed & remotioribus locis. Porissimum tamen in dolore capitis essentiali & contumacilla cephalalgia frequentissime applicanda suader, ita quidem, ut capillitio de raso, vel parti solum dolenti, vel toti capiti, in forma cucuphæ imponantur. Idem cenfer HOLLERIUS, qui inter Gallos maxime & primus fere vesicariis usus est, in *inst. chirurg. lib. III. cap. 5.* ubi de pyroticis agit, afferens: quod ope vesicarum, quas cantharides excitant, coxavii, podagrici, hemi cranici, cephalalgici sæpen numero relevantur, viscera repurgentur atque corpus a sordibus & excrementis liberetur & sexcenta vitia vetusta contumaciaque percurentur. Neque minus incomparabilem opem vesicantia in contumacissimo capitis dolore præstisse überius confirmat SEPTALIUS in *animado. C. caution. lib. VI. caut. 18. & 55.* nec non RIVERIUS *Cent. I. obs. 37.* TULPIUS cephalalgiam periodicam per vesicatoria occipiti admota se curasse *lib. I. obs. 37.* testatur. Et MUYS in *prax. chirurg. rational. Dec. II. obs. 2.* dolorem capitis, apposito parti affectæ cantharidum pulvere cum saliva in pastam redacto, sequenti die evanuisse memorat. Quin ē pse

pse HIPPOCRATES vesicantium ad capitis cruciatum usum innuisse videtur dum lib. I. conc. sect. I. p. 23. eruptionem capitis dolorem solvere prodidit.

10. Pariter in aliis capitis affectibus vesicatoriorum usus ut laudatissimus a quamplurimis celebratur. In mania quidem ROLFINCKIUS in ord. & meth. cogn. cap. aff. diff. V. pag. 23. eadem summe proficia esse afferit, si scapulis, si brachiis admoveantur. In epilepsia idiopathica, derasis capillis, per universum caput vesicantia applicare jusserunt SEPTALIUS lib. VI. cap. 29. RIVERIUS Prax. lib. I. cap. 8. PISO de morb. ex colluv. seros. cap. XIX. hanc cum præceptione, ut vescicæ diu serventur apertæ, quo continuo per easdem fluat humor. Sympathicam epilepsiam TRALLIANUS herba lepidii vesicante, loco illi a quo aura frigida ascendebat apposita, abegit. Et quæ plura de vesicatoriorum in epilepsia salabri virtute consignarunt PLATERUS prax. lib. I. cap. 2. HENR. ab HEER obs. 20. WEDELIUS amoenit. mat. med. lib. I. sect. II. cap. 6. In epileptis infantum convulsionibus Th. WIL. LISIUS de morb. con. vulf. cap. 4. in nucha & pone utramque aurem vesicatoria apponere suavit, quo per eadem, cum reliquo latice seroso plures heterogeneæ & morbificæ particulae simul effluant. In cuius confirmationem idem auctor l. c. cap. 3. exemplum afferit puellæ, quæ, quum epileptico insultu correpta in candentes carbones cecidisset, facies quidem & sincipit tam misere concremata sunt, ut cranio cute & carne denudatis eschara lata & profunda inusta sit, sed ægrotia interim quamdiu ulceræ inusta manant, paroxysmis caruit, simulac autem sanata sunt, cadueus reddit. Quo etiam referenda HIPPOCRATIS observatio, qui lib. de morb. sacr. perhibet, ulceræ capitis manantia si fiant pueris, eos a comitiali morbo liberare.

11. Accedunt soporosi affectus, ipsaque apoplexia, ad quos dispellendos quam maxime proficia celebrantur vesicatoria, sed augenda dosis. Comendantur autem in soporosis passionibus a

RIVERIO lib. I. cap. 4. SEPTALIO lib. VI. caut. 35. vertici & sincipiti apposita. Et licet PISO de morb. rect. cogn. curand. lib. I. cap. 2. eadem in lethargo, cui febris complicata, damnet: SEPTALIUS tamen lib. V. caut. 44. in lethargo etiam symptomatico, in febre, pestilentiali quoque nullum præstantius illud se invenisse præsidium testatur, SYLVATICUS vero tutiora ex ranunculo, quam cantharidibus parata judicat, propter urina suppressionem.

12. Ad oculorum porro vitia & mitiganda & abigenda spectata quoque vesicantium virtus. Ipsam cœcitatem TUL. PIUS lib. I. cap. 10. vesicatoriis amplis femoribus appositis se persanasse fidem facit; & in lippitudine mirifice eadem profuisse testis est FORESTUS lib. I. obs. 11. In ophthalmia quoque egregi sunt usus, sed observavi, quod in noctis non adeo conducant, sed potius dolor inde augeatur, quum contra pedibus admota, sape simulac humor stillare incipit, dolorem levent. Neque minus iugularia serena, suffusione & cataracta, vel incipiente, vel acu jam deposita, vesicas diu apertas gestare suadet RIVERIUS in prax. lib. II. cap. 10. Atrocem illum dentium dolorem vesicatoriorum usu prompte componi memorant Misnat. curios. Dec. II. An. V. pag. 313. PARÆUS lib. VI. cap. 25. SCHNLZIUS in consil. med. 72. §. 195. In tinnitu aurum & surditate recenti ad derivationem vesicam in primis colli vertebris palmæ amplitudine excitare jubet RHODIUS lib. I. cap. 32. Ad abolendas icidas, rubras & ardentes faciei pustulas PARÆUS opp. chirurg. lib. XX. cap. 28. vesicantia laudat, & ad ulcerosas rehcandas, idem remedium apprime conducibile judicat PLATERUS Prax. lib. III. pag. 619.

13. PRÆTER capitis morbos in alias quoque partium vitiis eximie opitulantur vesicatoria. Nimirum, ex aectoris affectibus truculentum illud asthma spasmodico-convulsivum, præteritum si ex retrogedente, vel remanente podagra prognatum, egregie levative siccis

hēis in furis excitatis, multiplici compertum habeo experientia, & idem confirmant *Misc. nat. curios. Cent. I. & II. obs. 164.* Vix vero ulla passio est, in quam conspicuam opem præstent vesicantia, quam dolores rheumatici & arthritici, potissimumque contumax ille & chronicus ischiadicus dolor, nullam pariter aliam ob causam, quam quod serum acre nervolis & tendinosis partibus firmius impactum in motum cieant & ad evacuationem follicent, ut maxime auctor est **LAURENTIUS** in annotat. ad *Guidon. de morb. art. LENTILIUS* certe in *Misc. med. pract. I. 285.* conceperiscribit verbis: *in ischiatide, reliquis non juvantibus, vesicatorium applico, sed magnum, vesicam apertam teneo per integras octo vel decem dies.* **RIVERIUS** autem roborans & vesicans emplastrum miscet *prax. med. lib. XVI. cap. 2.* & fortioribus utendum esse præcipit **P. A. RÆUS** *lib. XVII. capit. 22.* id quod etiam inculcat **M. N. C. Dec. I. An. IX. & X. pag. 95.** Huc quoque referenda, quæ **SCHEFFURUS** in *descript. Lappon. cap. 27. pag. 351.* prodidit, memorans: Lapponiæ incolas, quando dolorem articulorum persentiantur, fungum betulæ instar placentulae inhærentem, ignitum loco affecto imponeare, quo uelus pravos succos attrahat & dolores componat. Et licet ad podagrum abigendam passim decantatissimum præsidium sit moxa Indorum, **BORRICHUS** tamen *Vol. V. Act. Hafn. pag. 183.* eandem vix plus præstare afferit, quam usu recepta vesicatoria.

14. Neque minus ea vesicantium præstantissima est facultas, ut humorem acrem malignum intus retentum, vel repulsum, ad extimum corporis corticem alliciant & damna inde oriunda attenant. Certe quam gravia pathemata ab internis partibus incumbente arthritica materia immineant, notissimum est; ad quæ omnia præscindenda magnum utique vesicatoria sunt præsidium, eamque ob causam magnopere dilaudantur a **PISONE** *observat. sect. V. RIVERIO Prax. lib. II. & in M. N. C. Dec. I. An.*

II. obs. 214. An. VIII. ob. 34. Idem salubris effectus exspectandus, quando materia acris caustica in variolis & morbillis, febre quoque petechiali, purpura, quin ipsa etiam pestilentiali, vel ob languorem retenta, vel ob spasmodum retroacta, nobilibus incumbit visceribus & atrocia ciet symptomata. Potissimum, multiplici eductus sum experientia, infantibus succulentis, variolis aut morbillis, mox prodeuntibus, mox relabentibus, exoptatas tulisse suppetias vesicatoria, brachiis vel manibus admota, ipsa vesica, imposito emplastro dia-palmæ, per aliquot dies aperta servata. Laudantur hinc merito in variolis a **SYDENHAMO** *opp. p. m. 274.* nec non **MORTONO**, si non prodeunt, vel mox recedunt. **BARTHOLINUS** quoque *Act. Hafn. Vol. III. obs. 36.* repercutiis variolis, quatuor brachiis & femoribus applicuit vesicatoria, eoque facto ipsæ redierunt, suppurarunt & sanitas sequuta.

15. In febre petechiali hoc præsidium egregiae pariter virtutis, ut eandem **I. Dan. HORSTIUS** *epist. medicinal. 10.* vel juramento confirmet. Ex usu quoque est in febre calentri, nec non pestilentiali, præsertim si quicquam comatos complicatur. Ipsam pestem vesicatoris & arceri & sanari auctor est **LOTICHIIUS** *obs. lib. I. cap. 7.* cui assurgit **HEURNIUS** *de febr. pestil. cap. 19.* cum **WILLISIO** *de febr. cap. 13.* nec non **SEPTALIUS** *l. o. caut. 42.* qui eadem extremitatis partibus, suris, femoribus & coxis applicare jussit, ut virulentum humorum ad inferiores partes traherent. **MERCURIALIS** *de pest. cap. 26.* in peste, quæ anno MDLXXVI. & sequenti Venetiis sœvit, inter præstantissima remedia fuisse vesicantia restatur. In primis eorum appositio ad excretionem cutaneam & eliciendo bubones & carbunculos, quibus prodeuntibus symptomatum saevitia conquiscere sollet, commendatissima, cuius rei testes producimus. **RIVERIUM** *Prax. lib. XVII. sect. III. cap. v. SYDENHAMUM* *p. m. 281.* **HODGES** *de pest. London.*

dicens. & DIEMERBROCCIUM de
peste. Pariter in bubone pestilentiali ea-
dem proficia judicat HEURNIUS de
pest. cap. 9. nec non ab AQUAPEN-
DENTE.

16. Atque hi sunt præcipui illi morbi
in quibus, ratione suffragante, experien-
tia teste & peritissimorum quoque Medi-
corum consensu præstabilis vesicatorio-
rum ad juvandum facultas. Interim,
quum hæc remedia ob summam agilita-
tem & promptam in partes, exquisito
sensu prædictas nervosas actionem, tam
proclivia sint ad nocendum, quam ju-
vandum: e re utique erit, ut quasdam
ad fructuosam illorum in variis casibus
applicationem necessarias cautelas anne-
ctamus. Nimirum, ante usum curata
omnium circumstantiarum habenda est
ratio, ac non modo in morbi genium,
ejusdemque causas, sed & ipsius corporis
ægrotantis naturam & constitutio-
nem solcite inquirendum, morbi quoque
tempus considerandum & locus accom-
modus eligendus. Quod si enim corpus
acutioris est sensus, æger a levissima
causa animo movetur, magnasque ex
facili in corpore experitur mutationes,
si porro aetas juvenilis, regio præcalida,
tempestas fervida, habitus corporis stri-
etior & macilentus, & corpus succis &
sanguine farratum, morbus etiam in pa-
roxysmo & impetu constitutus, vel lo-
cus cui apponitur admodum nervosus,
longe major motuum exacerbatio cum
prætentaneo damno, inde exspectanda,
& ob id abstinere a vesicantibus, tum
consultius. Hinc apprime utique ad ve-
ritatem scribit AETIUS: *in senioribus ubi carnea moles, utile remedium ves- canticia, in calidis autem & siccis corpori bus & affectionibus, his ego non utor.*

17. DEINCEPS, ubicunque totum
genus nervosum vehementibus jam agi-
tatur spasmis, ut sit in febribus, acutis
præsertim & inflammatoriis, & causa
exorbitantium horum motuum non tam
crassa & materialis, quam potius tenuis
atque subtilis, ubi vigilæ assiduæ & de-
liria adsumunt, vel imminent, summa in-
quietudo corporis, jactatio & præcor-

diorum anxietates urgent, multo ma-
gis, si accedunt tendinum subsultus &
convulsiones, vesicantia penitus absint.
Nam nihil certius, quam, ut admotis
his, quæ nervosas partes ad spasticas
stricturas magis extimulant, nec ta-
men causam tollunt, motuum impetus
& anomalia cum irreparabili damno
longe magis increscat & plane lethales
consequantur convulsiones. Gravissime
in rem testis est BAGLIVUS Prax. pag.
102. perhibens: *delirantibus cum febre
acuta, lingua arida & indiciis magna
viscerum inflammationis, si applicentur
vesicantia, omnia in pejus ruunt & ma-
gna ex parte moriuntur convulsi.* Idem
perite monet ALPINUS de medic. me-
thod. lib. V. pag. 173. nunquam, inqui-
ens, *probare potius, in acutis febribus ve-
sicantium usum, quod calorem febilem
augeant, vigilias doloremque concitent:
& deliria inducent, coctionem impedi-
ant, non minus & motui humorum critico
obsint, quum incertus sit locus ad
quem, vel per quem crisis est futura.*

18. An in febribus malignis vesicato-
ria conducant? vexatum inter Medicos
est dubium. Et nonnulli quidem maxi-
meque RAMMAZZINI in constitu-
tione epidemica anni MD CXCII.
XCIII. & XCIV. eadem minus proficia
annotarunt, alii contra ipsa plurimum
opis tulisse confirmant. Sed lis facile di-
rimenda. Nimirum, quando pulsus e-
xiles & debiles micant, vires languent,
ad soporem inclinatio, & corpora se-
gnioris naturæ, ex usu sunt, ubi alia o-
mnia, secus. Quare recte utique de ves-
icatoriorum his in febribus utilitate Acta
Uratislav. Ann. MDCC. pag. 64, sen-
tiunt, si, verba habent, corpora succi-
plena & plethorica, nihil fere effecerunt
vesicatoria, sed febres exacerbate, deli-
ria & inflammations auctæ, majorque
orgasmus sanguini inductus; ubi vero bu-
mores crassi, viscidi & ad soporem incli-
natio, eximiam attulerunt utilitatem,
sed opus est, ut in principio statim appli-
centur. RIVERIUS prax. med. lib.
XVII. cap. 1. hanc adjicit cautionem:
ut, si malignitas totum jam corpus ec-
cupat.

cupavit, variis in locis simulque admoveantur, eandemque GALENTI lib. V. meth. med. cap. 12. auctoritate confirmat.

19. Licet porro in variis generis doloribus, ut odontalgicis, arthriticis, eximie proslint vesicantia: nihilominus tam, quando corpus plethoricum & febris acuta conjuncta, ab iis abstinentium. Idem tenendum de capitibz doloribus, si ceu symptomata febrilibus motionibus superveniunt; quando vero, ab humore viscido acri, pericranio & membranis cerebri inhærelcente obviuntur, cum fructu, eoque magis in phlegmaticis corporibus, applicantur. Si contumax capitibz dolor, aut alias affectus, amplius apponendum toti calvariae rafe velicatorum, quod quidem vesicam non excitat, copiosum tamen viscidum serolum humor ex poris cum levamine prolicit, uti quidem disertis verbis auctor est WEPFERUS in epist. ad LENTILIUM, inserta Miscell. medico. pract. In ischiadicis quoque dolore, ut latum applicetur & velica per aliquot dies aperta tervet, ex usu est, quo tam diuturniori stimulo, quam liberatori affuentis humoris subtractione, ipsum decum malum abigatur.

20. In apoplexia sanguinea, quæ spasmodis infimi ventris, pullu intenso & respiratione auctiori stipatur, vesicantia exulent: in lenta autem & sero, sensibus potissimum ab externo frigore familiaris, egregiam spondent operationem. Par ratione cum distinctione de vesicatoriorum usu in hydropo feren dum est judicium. SEPTALIUS quidem eadem in hydropicorum cruribus applicari posse penitus negat, & in animalv. med. lib. VII. caut. 56. fidem facit, se quadraginta annorum spatio, quo Medicinam fecerit, nullos unquam, quibus a Medicis vesicantia admota, curatos vidisse, sed semper fere gangrenas subfecutas curatu fere impossibilis. Verum in anasarca, hydropo subito, ut ex mensium vel hæmorrhoidum suppressione, prognato, si viscera adhuc sunt salva, vires non adeo prostratae,

urina non parca & tenuis & febris quoque deest, locum habere possunt, quan doquidem ipsa natura sponte sape vesicas excitat & per easdem a copia serum euphoria lese liberat, tenendum tantum, quod vesicæ diutius per plantaginis vel brassicæ folia aut alia, non cantharides, aperte sint servandæ & humor copiosior eliciendus.

21. Multum etiam refert, ut congruo loco applicentur vesicantia. Quando enim stimulo intensiori & auctiori motu opus est, locis, qui exquisitioris sensus & eminentius nervosi sunt, apponantur, nocte nempe, collo, pone aures, carpis manuum & genubus: contra ea si febris adest, pulsus valide & celeriter vibrat, morbi impetus est, vel etiam per periodos paroxysmi spasmodes, convulsivi, epileptici accedunt, in inferioribus minusque acuti sensus musculosis partibus, furis, coxis, & femoribus, eadem ad movere magis expediri. Nunquam etiam imponenda parti, cui dolor, inflammatio & spasmus infidet, vel partibus exulceratis, quia stimulo suo dolores & pathemata exalperant, tantum abest ut levent, & semper consultius, ut non loco affecto & proximo, sed remotori ad derivationem adhibentur.

22. Prætentissima quidem & maxima cantharidum ex vesicantibus facultas, sed tota quoque sua substantia, ut symptomata inde oriunda evincunt, duidis & solidis corporis nostri partibus sunt adversæ. Hinc utique quæstio non infructuosa: annon prolixent ejusmodi remedia, quibus cum deleteria ipsarum indoles possit corrigi, cicurari & perniciuos effectus prælendi? Jam quidem tria sunt potissimum, quæ per experientiam hunc in fiem proficia innotescunt. Primum est lac, cuius egregia cantharidum virulentiam coercens virtus præcis jam innotuit. Tertium citamus ARETÆUM, qui primus quasi cantharidibus externe ulus est, quam HIPPOCRATES interni tantum usus mentionem faciat. Is enim in curat. diut. morb. l. 14. perite monet, ut triduante

ante usum lacti adsuetat æger, ne vesicam lèdant cantharides. Alterum ex iis quæ cantharides castigant, camphora; quæ si ipsi in pulverem tritis admisceatur, medicina emergit, quæ interne innoxie non modo, sed & magno cum fructu dari potest in lue venerea, gonorrhœa in veterata, calculo & bubonibus, ut pluribus adstruit GROENEVELT in *tr. de cantharidum usu interno*. Et tertium denique cantharidum correctorium acetum, quod acrimoniam illam volatilem salinam in ipsis ligat quasi & contemperat, quo minus adeo diffundi & nervosas partes exagitare queat.

23. Verum, quia hæc antidota ita sunt comparata, ut ipsam cantharidum vim plus minus infringant & obtundant, cum distinctione utique usurpanda, ne speratus deficiat effectus & non addenda, ubi fortiori stimulo opus est. De acidis quidem MUYS in *prax. rational. chirurg. Dec. II. obs. 2.* observavit, quod cum cantharidibus scopo vesicante admota, adeo hebetant earum virtutem, ut longe debiliorem edant operationem, quam si cum saliva in pasta rediguntur. Hinc quando fibræ mitius extimulandæ tantum, & a validiori vellicatione periculum metuendum, utiliter cantharides cum fermento panis & aceto destillato subiguntur; id quod maxime ex usu est in affectibus periodicis spasmodicis & convulsivis, item in febribus intermittentibus, quas idem tidem egregie sufflaminare solent vesicantia, quo etiam nomine ut potens antifebrile allium commendatur in *Misc. Nat. Curios. Dec. II. An. IX. obs. 125.* Camphora vero cantharidibus commodissime sociatur in febribus malignis, petechialibus ipsaque peste, ac tum quoque acetum & theriaca addi possunt, quorum virtus in his febribus ad corpus ab interitu vindicandum insignis. Et lac exhibere tum maxime ex usu est, quando periculosa symptomata, ut mictus cruentus, vomitus, convulsiones, a cantharidum usu suscitata; quippe quod non modo causticam ipsarum acrimoniam hebet atque obtundit, sed & ipsas fibras mulcat atque

laxat, quo minus infensis spasmodis stiruris afficiantur. Hinc PLINIUS iam *Hist. Nat. lib. XXXII. cap. 9.* & 10. lac aduersus cantharides commendat, & CELSUS *lib. V. cap. 27.* eadem in rem scribit: si cantharidas aliquis ebibit, panaces cum laete contusa, vel galbanum vino adjecto dari, vel lac per se debet.

24 Postremo monendum etiam est, quod non semper opus sit iis, que vesicas elicunt; sed quod saepius sufficientia topica ex paulo acrioribus parata & lenius stimulantia, in primis si locis, in quibus acutior sensus, ut nucha, capitis manuum & plantis pedum applicentur. Celebrantur hæc passim phænigmorum, rubefacientium, sinapismorum, epispasticorum & attrahentium nomine, & a vesicantibus gradu tantum differunt, haud secus ac laxantia a purgantibus, diaphoretica a sudoriferis, errhina & sternutatoriis, longe tamew securiorem his præstant effectum. Quare si vitium levius & desiderata operatio mitoribus his impetrari potest; haec adhibere utique magis re est. Optima autem ex iis, quæ hunc in finem commendantur, sunt semen sinapi, piper album, allium, sal volatile cornu cervi, sal ammoniacum, caryophylli, terebinthina & foligo, item theriaca, quæ in epithematis vel emplastri formam reddita, in contumaci quartana, carpis manuum, in podagra & arthritide, ipsi plantis pedum, in motibus malignis & epilepticis, itidem plantis pedum, vel etiam nucha, summo cum fructu admodum possunt.

25. Alius adhuc exquisitæ sensations locus, cui cum omnibus nervosis partibus consensus intercedit, est sub axillis, ob grandiores ibi discurrentes nervorum ramos, glandulas nerveas & cutem superinductam admodum tenuem. Huic gravioris noxæ imponi possunt vesicantia, quam optime vero stimulantia, inter quæ ceututissimum merito commerandum semen sinapi, quod linteo te-

ni inclusum, balsamo vita*r* irroratum & sub axillis gestatum, ex frequenti observatione mea in affectibus capitis, qui ex atonia membranarum & vasorum humorum stagnatione proficiuntur, ut quidem sunt affectus epileptici, paralytici, cephalalgiae serosa, tinnitus avium, auditus difficilis, oculorum via*t* & defluxiones, insultus vertiginosi & apoplectici, pr*æ*stabilem confert opem. Ita enim & rubefacientia operationem suam sequuntur, ut oscillatorium nervosarum fibrillarum motum stimulo suo intendendo, impellendis & dimovendis stagnantibus non modo ferviant humoribus, sed & motus vitiosos loco cuidam incumbentes derivent & aliorsum divertant. Hinc etiam, ubi nerveis robur addendum & ipsarum motus resuscitandus, commode nervinis & balsamicis sociantur, iisdemque sic locis nervosis, plantis pedum, carpis manuum & subaxillis appositis, efficior & magis penetrans emergit operatio. De qua tamen non est ut in hac vesicantium consideratione pluribus differamus. Transimus potius ad alterum dissertationis nostræ argumentum explicandum, quod agit de fonticulis.

25. Ita quidem artificiosissima machinae microcosmicae comparata est fabrica, ut in ipsa innumera diversissimæque figuræ & structuræ fabrefacta sint organa, quæ ad tuendam cum sanitate vitam, arcendos etiam & percurundos graves morbos, utilium succorum secretioni & pr*æ*parationi, inutilium vero, superflorum & recrementiorum excretioni, egregie servint. Nihilo tamen seclusa p*æ*pissime contingit, ut natura novos alios moliatur ductus novaque efformet emissaria, per quæ depravati, insolentis & plane peregrina indolis succi, maxime ipsis in morbis, pr*æ*sertim chrotanicis, denuo prognati, summa cum utilitate e corpore proscribuntur. Abunde hoc testatum faciunt obviæ subinde in externis corporis partibus ulcerationes & facti per eas impuri & morbifaci humoris fluxus, quibus succendentibus corpus sanum est & integrum, resicca-

tis autem & cohibitis, illico graves & ancipites patitur morbosas passiones.

27. Scilicet, quem latet, quam egredie in puerorum infantumque salutem illa materiæ serosa & purulentæ per sic di*ctam* tineam, achores & favos evacuatio cedat, ita prorsus, ut ad arcendos & que ac persanandos atroces effectus, cephalalgiam, epilepsiam, lippitudinem, ophthalmiam, catarrhum suffocativum & asthma maximo sit pr*æ*silio; imprudenter autem suppressa, omnia haec invehat iterumque reducat. Per plicam, quam vocant Polonicam, qua per cutis & radicum capillorum nimis laxatos meatus, copioli viscidi & impuris succi eliminantur, intolerabilem cephalalgiam, maniam, melancholiam, epilepsiam aliosque truculentos capitis effectus abaetos, & viciissim abscissa illa, iterum suscitatos esse, innumeris certum & confirmatum est exemplis. Nobis quoque plures cogniti sunt casus, quod ulcera pedum, pr*æ*sertim in scorbiticis & senilibus corporibus, aliquandiu manantia, asthma spasmodicum, motus convulsivos, dolores ischiadicos, arthriticos diu infestantes, feliciter discuerint, & quod eadem mala, consolidatis exulcerationibus, longe graviori quam antea insultu repetierint. Nupe riū admodum notatu hanc in rem digna fuit observatio in sene fere octogenario, qui quum diu jam graviter dolente labrasset dysuria, erysipelare effectus est in pede, quod reliquit ulcus quotidie insiginem seri ichorosi copiam fundens, tam salubri successu, ut ex eo nunquam molestum amplius persenserit midum.

28. Ut mittam id, quod omnibus, qui in artis exercitio versantur, notissimum, apprime scilicet pro sanitate esse, quando ex succorum vitalium connubio ab internis nobilioribus partibus ad externum corporis corticem, materia corrupta, acris, deleteria amandatur, & scabies, purpura, gutta rosacea, phlyctenes, tubercula purulenta, quæ vocant Schrvaren, aliaque eoanthemata sponte efflorescent, adeo, ut hoc pacto rebelles chronicæ passiones, febres in-

termittentes, præsertim quartanæ, affectus arthritici, epileptici & convulsivi, maximeque capitis & nervorum morbi ancipites, eximie & mitigentur, & penitus sanentur. Hanc itaque insignem extraordinariarum ejusmodi evacuacionum salubritatem quum perspicerent Medicorum sagaciores, laudabili utique consilio, providum hoc naturæ institutum & sequi & imitari animum induxerunt, ac per artificium in congruis locis excitarunt ulcera, quo per eorundem emissaria intus delitescentem & ad excretionem per consueta emunctoria minus accommodum humorem sic longe feliciori & faciliori successu foras evocarent. Hinc merito repetenda fonticulorum origo, quorum quidem saluberimus effectus & præstans in medicina usus ex allatis jam abunde patet: ut vero eo luculentius innotescat, quibus maxime in morbis, quibusque cum cautionibus, hoc sanitatis utendum sit præsidio, plenius paulo atque curatius de fonticulorum usu medico demonstratum dabimus.

29. Fonticuli nomine quid in Medicorum scholis insigniatur, omnibus notum: ulcus nimirum euti variis modis artificiose inductum, quo per istud diutius apertum noxious in sanitatis tutelam effluat humor. Hæc quidem fonticuli vox nullibi, quantum quidem novimus in HIPPOCRATIS, CELSI, GALENI aliorumque ex veteribus monumentis reperiunda, modus tamen varii generis morbos per ulcera artificialia & arcendi, & curandi, a primis inde medicinæ incunabulis cognitus fuit. Perfecerunt id maxime prisci cauterio actuali, ignito nempe ferro, quo modo levius, modo gravius adufferunt cutem & ulcus sic concitando humorem elicuerunt. Ipse jam antiquissimus artis nostræ parens HIPPOCRATES lib. de intern. affect. §. 19. si dolor ex coxa acetabulo corripit & infra descendit indeque rursus ad caput fertur, id fortiter premit, ut æger caput sibi diffringi putet & oculi pituita repleantur, itemque totum corpus, adhibita incalsum purgatione & lactis cura, suadet, ut in acetabulum coxa crustæ u-

rantur tres, sub nates duæ, supra genua & supra malleolum una, quippe quæ nec morbum sursum, nec deorsum procedere permittant. CELSUS quoque lib. VII. c. 7. §. de pituita oculor. in diutioribus oculorum vitiis cutis in capite incisiones, nec non venarum adustiones commendat, cum cautela, ut antiquæ cutis fines inter se committi impedianter. Quam frequenti porro in usu ejusmodi cauteria fuerint Methodicorum antiquissimis THEMISONI, ARCHI. GENI aliisque, passim confirmat COELIUS AURELIANUS, id quod etiam de Arabibus dicendum, ut potissimum ex RHASIS lib. de affect. junct. iii. 16. patet. Et hinc omnino factum est, ut plurimis ex veteribus fonticuli audiant cauteria, quemadmodum constat ex SOLENANDRO sect. II. conf. 13. item lo. de VIGO lib. VIII. c. 15. alii vero, ut AETIUS, RPHASES, AVICENNA eosdem communis ulcerum nomine insig- gniant.

30. Probe itaque veteres utilitatem hujus per ulcera artificialia medendi rationis perspicerunt, & post ipsos creber usus & multiplex idem uberioris confirmavit experientia. Fuerunt tamen, ex HELMONTII maxime & CARTESII schola prodeentes, qui invento sanguinis circulo, particularium ejusmodi per serace & fonticulos evacuationum nullum amplius usum esse, assere haud erubuerunt. At vero, una, quod dicitur experientia, plus profecto valet, quam centum acutissimæ rationes, ideoque id primo omnium agemus, ut ex probatissimis priscis, atque ac recentioribus auctoribus observationes & exempla de præstabilis fonticulorum virtute colligimus & quasi totidem argumenta in medium adducamus. Et in genere quidem quam spectata fonticulorum ad arcendos variii generis morbos sit facultas, testatur Sicularum in primis mos, qui teste A. QUAPENDENTE oper. chirurg. Part. I. c. 95. etiam si sani sint, sibi tamen fieri fonticulum volunt, ut sani conserventur. Quin barbari Lybiae populi, memorante HERODOTO lib. IV. pusillis suis quarto

zatis anno venas cervicis, ad avertendos morborum ipsis solennium insultus usserunt; quibus addi merentur ea, que Casp. BARTHOLINUS exercit. III. ad h. l. differit. Idem quoque moris fuit apud Italos, qui teste RODERICO a CASTRO de morb. mulier. J. II. c. 2. frequenter quam ulla alia gens fonticulis utuntur, ita, ut SCIPIO MERCURIALIS im Deb-Ummen-Buch, c. 26. fidem faciat, eosdem statim post baptismum infantum cervices ferro candente adurere, felicitum successu, & AQUAPENDENS chirurg. op. e. VI. p. 44. perhibeat, Florentiae potissimum vel plane nullos, vel paucos tantum pusillos, hanc capitum exultionem evadere.

31. Quod vero ad ipsam morborum eurationem attinet, multiplex & varius in hac fonticulorum est usus & veritate utique nituntur in genere, quæ quidem AQUAPENDENS operat. chirurg. P. I. c. 1. p. 12. signallat de fontanellis in capite prodidit: eosdem nempe in primis conferre ad capitum morbos frigidos & humidos, ut puta, scotomiam, vertiginem, capitum dolores ac defluxum ad oculos, nares, aures, columellam, fauces, dolorem dentium, gingivarum, gutturus & ad defluxum ad stomachum, nec non ad eos revellendos conferre, qui ad thoracem descendunt & membra spiritualia offendunt, phthisin, asthma, empyema & omnem spirandi difficultatem, denique etiam artuum potissimum dolores juvare. Jam si specialius paulo morborum censum inimus, eminent hos intermaxime, qui caput obsident, in quibus fonticulos maximum & mirandum praestare auxilium SCULPTUS armament. chirurg. tab. 43. affirmare non dubitat. Et de doloribus quidem, qui caput sepe graviter infestant, luculenta passim prostant testimonia, quod fonticulis & setaceis ad eosdem levandos nihil sit praestantius. Sic GRAMMIS in M. N. C. Dec. I. A. III. obs. 81. meminit: fonticulum, in capite profundius inustum, virginem, quæ per multos annos cum atrocissimis doloribus capitum, noctu maxime, misere conflictata, ab iisdem peni-

tus liberasse. SOLINGEN operat. chirurg. P. I. c. 1. p. 3. in cephalalgia inventata mirifice commendat fonticulum in capite excitandum. Neque minus WEPFERUS obs. 41. suadet, ut ad cephalalgiam fonticulus in brachio conficiatur, quia sensim a loco affecto derivet, simul evacuet & ab apoplexia præservet. Et idem auxilium ad hemicraniam obs. 51. & 60. tollendato ut ile judicat. De setaceorum autem saluberrimo effectu multa potissimum prodidit HILDANUS, qui Cent. IV. obs. 6. exemplum habet de aede rebelli cephalalgia, ut nec internis, nec externis, nec ipsis narcoticis potuerit mitigari, setaceo autem facto sensim conquevit. Et obs. 7. cafum exponit diuturni doloris, qui setaceo statim levatus, & mutato setaceo in fonticulum, penitus abactus. Quibus accedit memorabilis RUYSCHEI observatio XL. de cephalæ rebelli, quæ setaceo admoto cefavat, hoc consolidato, recruduit, de novo excitato, rursus evanuit, iterum coeunte, tertia adhuc vice repetit.

32. In oculorum quoque affectibus spectatam esse fonticulorum & setaceorum virtutem, plurimis exemplis Medicorum observata confirmant. De fonticulis fidem faciunt Acta Hafn. Vol. III. obs. XII. pag. 23. seqq. quod puer omnimoda oculorum imbecillitate laborans, ut lucem ægre ferre posset, uno in brachio, altero in pede excitato, convaluerit. Alium, cui muscae & culices ante oculos versari visat, fontanella in brachio visus claritatem, evanescentibus muscis, recuperasse. Et Chiliarcham visus imbecillitate & acri defluxione oculorum cum rubidine afflictum, usurpati frustra omnibus ophthalmicis, a fontanella tam singularem perceperisse fructum, ut ea, quæ antea vix perspicillorum ope videbat, postea acute sine his cernere potuerit. Neque minus WEPFERUS obs. 180. se guttam serenam subito invadentem, vesicatoriis, setaceo, hisque demum coeuntibus fonticulo in brachio sanguistro pereurasse, tradit. In primis tam presentanea in visus vitiis pollutae facultate setacea. WEPFERUS hinc non

solum in imminente gutta ferena *obs. 60.*
80. *182.* setaceum commendat, sed etiam testatur, se quater eundem morbum hoc auxilio sanatum vidisse. Pariter **HILDANUS** *Cent. I. obs. 41.* duplex confignavit exemplum ophthalmiae post variolas setaceo discussæ; ubi simul notabilem afferit observationem de puella, quæ pre defluxione & inflammatione oculorum visum plane amiserat; setacei autem beneficio, videndi facultatem in eo oculo, ubi tunicae nondum exesæ & corruptæ erant, recepit. Idem remedium *epist. 67.* in suffosione incipiente suadet, & *epist. 59.* perhibet: se cuidam, qui visum pene perdiderat, eadem ratione, ita opem tulisse, ut elapsis jam decem annis, sexagenario major, optimè sine perspicillis videat. Quin ipsam fistulam lacrimalem trajepto in cervice setone, bis se consolidasse idem gravis auctor *Cent. IV. obs. 19.* memorat. Ut mittamus quæ **SYLVATICUS** in *confiliis* de amplissimo hujus remedii in affectionibus oculorum usu passim annotavit.

33. Atrox ille epilepticus morbus, qui pariter in cerebri membranis sedem obtinet & exinde universum corpus gravissime quatit & concutit, hac noxiæ materiæ per ulcera artificialia subtractio-ne, tam egregie, quam vix ullo alio auxilio & mitigatur & expugnatur. Jam dudum **HIPPOCRATES** *lib. de morbo sacro*, ulcera capitis pueros a morbo caduco præservare prodidit, & **TULPIUS** veritatem hujus effati in binis comperit pusillis, *lib. I. obs. 8.* narrans: ulcera in capite ab epilepsia eisdem liberasse, illisque occlusis repetuisse iterum priorem morbum, ut necessum fuerit hiatus referare. **ARETÆUS** quoque *lib. II. de diut. cur. cap. 4.* hunc in finem commendat unctionem, cui assurgit **RONDELETIUS** *meth. curand. morb. cap. 36.* ubi cauterium actuale in parte posteriori capitis suadet, & addit, est præstantissimum remedium. **MONTANUS** *conf. 50.* refert: senem LII. annorum solis cauteriis in brachio ab epilepsia esse liberatum. Et **CRATO** *epist. 118. ap. Scholz.* cauteria optima adversus epilepsiam esse

prophylactica, conceptis scribit verbis. Idem vero prætans effectus a fonticulis & setaceis exspectandus. Digna memo-ratu hanc in rem est observatio, quam confignavit **MECKREN** de juvene, qui horrendis convulsionibus epileptici misere affectus, frustra sumit omnia antiepileptica, ac demum inusto cum cauterio actuali suturæ coronali fonticulo, ab insultu tam trucis mali immunis factus. Epilepsiam quotidie accedentem per setaceum abactam vidit **HILDANUS** *Cent. I. obs. 41.* Hinc magnifica pa-sim in Medicorum commentariis de hoc præsidio encomia, e quibus nominalis sufficit **FONTANONUM** *lib. I. de morb. intern. curat. c. 15.* **MARCELLUM** **DONATUM** *bijst. mirab. lib. II. cap. 4.* **SEVERINUM** *pyrot. chirurg. lib. II. P. I. c. 6.* **RIVERIUM** *Cent. II. obs. 93.* **SYL-VATICUM** *Cent. I. conf. 42.* 43. 45. 48. **WEPFERUM** *obs. 108. 117. 131. 125. 135.*

34. Accedunt aliæ quæ caput intestant morbosæ passiones, quibus idem hoc praefidium egregie accommodurn per experientiam compertum. Nimirum, fonticulos in melancholia, mania, catarrhis, paralysi, cephalalgia aliisque prodesse si dem faciunt **RONDELETIUS** *meth. curand. morb. HORSTIUS* *lib. II. obs. 19.* **GROSSIUS** *de morb. cap. VIGO* *lib. 8. c. 15.* **MERCURIALIS** *lib. I. c. 27.* **CRA-TO** *conf. 80.* **COELIUS AURELIANUS** *lib. 3. c. 1.* Potissimum in apoplexia utiles deprædicat **HYMANN** *de apopl. c. 46.* necnon **FAVENTINUS** *in med. emp.* De catarrhis capitis hoc pacto refic-candis luculenta sunt **SOLENANDRI** verba *conf. 11. sect. 1.* vix credi potest, in-quietis, quara eximium in desillationibus sit remedium fonticulus, ratio hoc ipsum docet, & frequens experientia facit comprob. Multus quoque est in commen-dando hoc auxilio **WEPFERUS**, quippe qui istud in obser. suadet in obtusione capitis, hemiplexia, vertigine, aurium tor-nitu, auditus difficultate, natum factore, memorie abolitione ejusque defectu, ozena, genæ ulcere. Idem passim facit **SYL-VATICUS**, ut *conf. 38.* *Cent. I. in vec-tigine, 29. in gravitate capitis, conf. 46.* 28

74. in melancholia , conf. 100. in catarthis , Cent. IV. conf. 23. in herpete mentii , conf. 83. in aurium tinnitus ; in locutione leſa conf. 28. vitiis gingivarum conf. 27. tuberculo in naso conf. 26. ulceræ cancroso narium conf. 25. narium angustia conf. 24. sibilo & gravi auditu conf. 21. gravi auditu conf. 17. Quo etiam referenda observatio de salubri effectu fontieuli in polypo narium, inserta M. N. C. Dec. I. An. IX. & X. pag. 28.

35. A capite descendimus ad pectus , inquisituri , quid de hujus chirurgice medendi rationis usu in ipsius affectibus , per experientiam constet . De hoc luculenta sunt SCULTETI tab. 43. armam. chirurg. verba : fonticulos in thoracis , cordis & pulmonum affectibus magnum & mirandum præstare auxilium . WILLISIUS allegatus in *Praxi Barbetti* . pag. m. 121. ad pectoris , inquit , morbos fontanellæ inter homoplatis , item in brachio , aut crure , ad humores versus pulmonem affluentes , evacuandos , aut anticipandos , etiam propter eosdem illuc depositos avocandos , conduceunt . Imprimis ad phthisin laudantur fonticuli a Christ. BENED. theatr. tabid. pag. 29. Et HILDANUS ep. 49. fonticulorum , ait , beneficio , phthisicos & semiphthisicos , qui sanguinem simul & pus expuebant , sanatos suisse , his meis oculis vidi . Idem de setaceis affirmat Cent. I. obs. 41. Quin Cent. III. obs. 28. exemplum afferit matronæ , qua non solum materiam purulentam , sed etiam sanguinem expuit & in hecticam cum totius corporis extenuatione & virium prostratione incidit , setaceo tamen cum omnium admiratione sanitati perfecte redditâ ; nec non epist. 66. antititem a catarrhis pulmonum tabem inducentibus setaceo liberatum esse , prodidit . AQUAPENDENS etiam l. c. p. 15. graphice scribit : ego libere & ex animo testor , me in praxi vidisse empumaticum , quotidie pituita catinum extussientem , per fonticulum sanitati suis se redditum . De difficultate autem spirandi CAPIVACCIUS . conf. 97. ap. Scholz. tradit : quotidiana exploratam esse experientia , anhelitus difficultate

vexatos , fonticulo in brachio incredibilem percipere utilitatem . Hinc saepe admodum in consiliis suis adversus pectoris morbos hoc remedium eximie suadet SYLVATICUS , conf. 56. adversus palpitationem cordis & spirandi difficultatem , conf. 51. tussim & asthma , conf. 46. ad tussim , raucedinem & difficultatem spirandi , conf. 39. 40. 42. 43. ad phthisin , nec non conf. 36. contra tussim & sputum cruentum cum febre .

36. Ad morbos , qui in abdomen se-dein obtinent plurimos , fonticulos utiles esse prohibet SYLVATICUS , & eosdem Cent. II. conf. 74. & 75. commendat ad dolores ventris , conf. 92. in diarrhœa & dysenteria . Cent. III. conf. 3. 4. 8. in dolore colico , conf. 26. in cachexia , conf. 65. 67. 68. 69. in dolore renum , vitiis vesicæ & mictus , conf. 92. 96. in nephritide & colica , cent. IV. conf. 1. 2. in pollutione nocturna , conf. 7. 9. 14. in affectibus hystericis , conf. 19. 20. 28. 29. in fluore albo conf. 40. in sterilitate . Maxime omnium vero dignum est quod totum transcribatur SCULTETI l. c. tab. 43. testimonium de egregia fonticulorum in affectibus uteri utilitate , ita habens : fonticulus in femore in hystericis affectionibus efficacissimus , revolvendo & derivando , curavi comulieres , quæ ob suppressionem mensium uteri furores aliaque symptomata sunt passe ; cui addenda merito observatio in M. N. C. Dec. I. An. IX. & X. pag. 46. de eximio ad fluxum menstruum ex fonticulis præsidio . Neque minus egregie de fonticulorum in morbis infimi ventris usu scribit WILLISIUS l. c. fontanellæ , inquiens , in dorso , ad nephritim & colicam omnem morbi fomitem anticipando eamque , dum ad nidos suos tendit , intencipiendo , egregie conserunt .

37. Superfunt vitia , quæ artus exter-numque corporis ambitum obſident . Ex his primum commemorandi varii generis dolores . In coxendicis quidem afflictionem dolenti pridem ultiōnes commendavit HIPPOCRATES sect. VI. aph. 60. & vix in ulla paliōne tam magnifice de fonticulorum & setaceorum

usu, quam in hac, sentiunt scriptores medici. In hac ipsa enim magnopere prodeesse fonticulos testatur SCHULZIUS M. N. C. Dec. I. Ann. III. obs. 156. MERCATUS lib. I. de rect. pres. artic. med. 115. c. 16. FORESTUS lib. XXIX. obs. 22. Instar omnium vero esse poterit SCULTETI l. c. testimonium, asserentis: se ipsum sibi contra hoc doloris genus summo & felicissimo cum successu fonticulum parasse inter principia musculi gastrocnemii. Quare, pergit, si in futurum in tali cruciatu ischiadicis diuturno, tam interna, quam externa remedia sine successu usurpata fuerint, meo consilio & bona spe salutis, ad hanc Chirurgiam tanquam sacram anchoram conjugant. Idem sentit WILLISIUS l. c. scribens: per fontanellam in inguine lumbaginam immanem, quibusvis aliis remedii obstinatam, inque alio affectionem ischiadicam in veteratam, feliciter olim sanavi. Neque minus HILDANUS Cent. IV. obs. 75. dolorem ischiadicum, cum pruritu totius corporis, fonticulorum solummodo usu discussum esse, auctor est. Et idem remedii genus in eodem morbo dilaudat SYLVATICUS Conf. 88. & 90. Setaceo quoque per suras trajecto ischiadicam passionem discussisse RIVERIUS Cent. II. obs. 100. pluribus fidem facit.

38. Podagræ apprime conducere fonticulos SCHOLZIUS epist. X. SCHORERUS tr. german. von Fontanellen, nee non CAPIVACCIUS sect. I. lib. V. pluribus confirmant: & adversus dolores artuum & arthritidem eosdem ex usu esse non sine ratione SYLVATICUS Cent. III. 99. 100. & 83. censet. Quin in M. N. C. Dec. II. An. VII. obs. 189. narratur exemplum rustici, qui diu arthritide afflicitus, ulcere, quod vocant cinen Schmar, in tibia demum affectus est, quod ad consolidationem perducere noluit, sed fonticulum ex eo paravit, tam salubri effectu, ut ab omnino dolorum recursu immunis posthac manserit. Pruritum manuum fonticulo in brachio sustulit GLANDORPIUS, & pruritum scroti fonticulo in femore WE-

DELIUS, allegante FASCIO in diff. fert. de fonticulis. Denique etiam ad ulcerum antiquorum & mali moris consolidationem magnum quoque in fonticulis repositum praesidium, ut eriam SCULTETUS l. c. plures, qui ulceris in tibiis habueront dyspepsia, iisdem curasse tradat; & AQUAPENDENS l. c. p. 382. senem, tibiam mirum tumidam cum ulcere gestantem, fonticulo supra genu in coxa sanatum esse, perh. beat. Quibus omnino penitus respondent quæ SYLVATICUS de fonticulis in ulcere ani, tumore scroti, doloribus & ulceribus ex inquinamento venereo, inarendis, identidem in consilij suis precipit, & quæ in M. N. C. Dec. I. Ann. III. pag. 396. relata leguntur.

39. Tam spectata igitur in variis chronicis passionibus fonticulorum & letaceorum est, ipsa experientia teste, virtus. Ex acutis autem potissimum in peste eorundem usus in commentariis medicis ut salubris depraedatur. Testatur id proprio exemplo SCIPIO MERCURIALIS, nec non HILDANUS Cent. VI. obs. 92. memorans: se peste Bernensis cum uxore quidem peste corruptum, sed non adeo periculo labore, & causam rejicit in fonticulos, quos in cruribus gelatarint, eo quod fonticuli & letacea sint praestantissimum præservativum tempore pestis, ut in bina peste observarit, ita ut ex viginti sex, vix tres objerint, licet perpetuo circa ægrotantes versati sint. CLAUDINUS quoque emp. f. 197. neminem Venetiis peste corruptum fuisse refert, qui fonticulum in pede gestarit. Hinc WILLISIUS de scrib. cap. 13. fonticulos, ait, a cauteris excitatos, adeo omnium pæne suffragitis præservationis gratia contra pestem uirantur, ut eorum usus vulgo frequenissimus existat. Eadem est lententia FINCKENAU in diff. de fonticulorum usu tempore pestis, qui eodem præservatore & curatore commendat. Præservatore maxime, quod semper aliquid de materia corrupta evehatur & sic, quo minus omnimode a peste corripiatur corpus, præcaveatur, idque se crebrius observal-

servasse scribit in iis, qui infecti tumores nacti, fonticulo excitato evaserunt. Curatorie autem adhibendos esse tum, quando a contagio pestifero aliquid ad glandulas delatum, & periculum, ne relabatur ad interiora, ideoque ipsi inuere suadet fonticulum. Et quæ plura eandem in rem memoriarum prodita sunt a KIRCHERO de peste, FONSECA conf.49. DIEMERBROECK de pest.lib. IV. hist. 110. FORESTO lib.6. obs.15. QUERCETANO lib. II. cap. 2, nec non DOLÆO encycloped. pag. 426.

40. Adduximus haec tenus ex probatis simis tam prisci, quam recentioris aevi auctoriibus loculentas observationes, quæ insignem usum & setaceorum & fonticulorum in multis & valentibus morbis, iisque maxime chronicis, mitigandis, æque ac sanandis, abunde confirmant. Jam sequitur, ut hanc experientiam, ne fallax, sed fida & certa sit, solidis & firmis rationibus suffulciamus, & modum, quo salubris hic succedit effectus, dilucide monstremus, addendo demum utiles cautions in applicatione studiose tenendas. Et primo quod attinet ad operandi rationem, hæc quidem multis obseura adeo visa fuit & imperceptibilis, ut ipsum remedium omni propterea usu carere putarint. Autemarunt quippe, quum sanguis & fluida perenni motu per vasculofam corporis compagem circumaganter; omnem illum qui ex fauciatis, sive per vulnera, sive per ulceræ, vasculis effluit humorem, a sanguine, mediante cordis & arteriarum impulsu, ad partes advecto, materiam & ortum nancisci, ita, ut qualis sanguinis & seri sit conditio ac status, etiam sit illius succi, qui ex ruptis & discisis fibris & canaliculis effluit. Jam autem supposito, quod corrupta & impura materia insit sanguini & corporis succis, quæ morbi materiam prebeat, adeo tamen exiguum dicunt esse id, quod quotidie exsterrat, & præterea adhuc noxiū cum utili & nutritio intime sic esse mixtum, ut parum utilitatis ab hac excretione sperari possit. Et quod maximum, longe commodius & efficacius serum morbificum, vel quantitate,

vel intemperie perversa peccans, per alia loca & emunctoria, uti per cutis cribrum, per renū tubulos, vel etiam per alvum; intestinales glandulas & excretorios hepatis poros, quin ipsas etiam salivales glandulas posse fecerni & excerni, quam per ejusmodi præter naturam plane novas & largiori evacuationi minus aptas vias.

41. Alii Philosophia Cartesiana & corpuscularis præceptis imbuti, uti MUYS in prax. ration. modum, quo fonticuli & setacea effectus suos edunt, mechanica prorsus ratione ita concipiendum esse contendunt, quod terum in omnibus omnino ulceribus, adeoque etiam fonticulis, stagnans foetidum primum fiat & corruptatur, corruptum postea efformet poros & canaliculos in carnosâ & vasculosa substantia sibi similes, id est, qui figura sua respondeant figure particularum impuri & corrupti in sanguine humoris, ut adeo in tale ulcus nihil aliud emitatur & admittatur ab humoribus eo circulationis lege allatis, quam quod corruptum & a porulis suscipi potest. Afferunt etiam in confirmationem experimentum, de filtro ex charta empirica confecto, quod intinctum prius in aquam, & infusa postea mixta oleo aqua, tantum æquam, oleo autem immersum, indito eodem mixto liquore, nonnisi oleum transmittat. At vero quam in firmis in genere argumentis nitatur, & quam longe a veritate discedat, illa a pororum figura desumpta secretionum ratio, nemo non novit; de experimenti autem allati veritate merito dubitandum, quum non modo alii istud contrario plane successu, teste CL. WEDELIO, ceperint, sed & nosmet ipsi oleum & aquam simul per chartam empiricam transudasse viderimus, licet prius vel oleo, vel aqua, eandem imbuerimus.

42. Quamvis vero non negandum, sufficere in statu naturali & ad tuendam valetudinem fabrefacta in corpore humano emunctoria impuris & superfluis humoribus educendis, atque etiam excretiones per alvum, per cribrum cutis, tenes, glan-

ulosas intestinorum & narium tunicas, ipsasque salivales glandulas ad curandos morbos multum facere & sanguinem egregie depurare: nihil tamen secius extraordinariae per ulcera partibus inductae evacuationes egregii sunt usus, effectu nempe non tantum evacuatorio universali, verum etiam particulari derivatorio. Etenim, quamvis exiguum sit humoris serosi, quod effluit; tamen quia fluxus & continuus & quotidianus, potest utique quipiam conferre ad imminuendam copiam seri præternaturalem. Derivatorius autem & particularis effectus longe eminentior est. Scilicet, causæ materiales, quæ motus præternaturales & turbulentos morbos in corpore creant, sunt potissimum stases & stagnationes sanguinis, seri, vel etiam aliis humoris in nervosis & exquisite sentientibus locis, quæ vel acrimonia hostili rodente vellent, vel copia sua premunt & compriment, & sic dolores, spasmos, inflammations, timores & alia gravia symptomata carent. Et strictius quidem loquendo, consistunt hæ stases & stagnationes, præfertim seri, in vasculis minutissimis capilaribus, quæ ex finibus arteriolarum ad latera emergunt, & succum vel nutritivum, vel excrementium vehunt, inque si delabitur, vel etiam impetuose urgetur humor intertemperatus nimis & præter naturam crassior, obhærescit ibi, nonnunquam perfrumpit & partem cui insidet, moleste afficit, ut variæ consequantur morbosæ passiones, pro diversitate loci qui patitur discrepantes.

43. Hinc si contigerit, ut pericranium totum a subsistente humore patiatur, atrox oritur capitidis dolor, si dimidia tantum hujus pars, hemicrania, si circumscripta regio, clavus. Ubi stagnans acris liquor in membranis, quæ investiunt cerebrum, sedem figit, epileptici, ubi in membranis spinalis medullæ, convulsivi præsto sunt artuum motus. Quum principiis nervorum opticorum tenax incumbit, gutta fit Serena, spinalis autem medullæ, paralysis & hemiplexia. Quando humor sanguineus in tunicis quæ oculi bulbum cingunt incarceratur, ophthalmiae, &

quando serosus acris ibidem copiosius colligitur, vasa distendit tandemque extillat, lippitudines, seri salti, acris saepius corrosivi, cum dolore & ardore defluxiones a visu imminuto emergunt. Humores serosi, vel lymphatici, membranis muscularum nerveis firmiter inherentes, dolores pressorios spasticos molestissimos, præsertim nocturno tempore, cum notabilis frigoris sensu juncos excludunt, qui rheumatismi nomine veniunt, & plurima loca, solemnitè vero homoplatas & humeros, infestant; & in affectis sic partibus a lympha acriter tanta est constrictio, ut ex iisdem ne gutta sudoris profluat, licet totum reliquum corpus sudore difluat, si vero scarificantur, plus seri, quam sanguinis extrahitur. Idem vitiosum & acre viscidum serum intra membranas & ligamenta nervea & glandulosa articulorum subsistens, pro locorum diversitate eorumque diversitate eorumque diversa denominatione, modo ischidicos, modo podagricos, modo gonagricos, nec non arthriticos parit dolores; in cutis autem tubulis & glandulis firmius detentum, impetigines, herpetes, lichenes, pustulas ulcerosas, in facie guttam rosaceam & varos gignit.

44. Hisce omnibus morbis, quia partim a firmius inherente, partim & extravasato humore fiunt, ulcera arte facta, que fonticuli audiunt, omnino succurrere possunt, eo quod, facto ejusmodi in parte vicina emissario, corrupto & incarceratedo quasi humoris exitus paratur & facile prebetur. Nam in genere in excretionis, que per vesicatoria & fonticulos sit negotio id merito tenendum esse arbitramur: non omnem secretionem & humoris excretionem intra vasa & tubulos fieri mediante motu progressivo circulatorio, sed per porosam etiam partium solidarum substantiam, dum vasorum alveis elapsus humor calore & motu tonico extraordinario fibrarum ab una parte ad alteram dimovetur tandemque emovetur. Testatum hoc faciunt varia, quæ subinde obveniunt phænomena. Quando pedibus hydropicorum cedematosi levis plaga inferatur brevi tempore magna quantitas se-
ri, ex-

ri extravasati , hac data porta exstillat , quod nequit per arteriolarum pulsum ejicere , sed ipsa sua gravitate & motu fibrarum interno adjutum , elabatur atque prodit . Materia purulenta in abscessibus & ulceribus partium externarum collecta , solo terrore aut refrigeratione intensiori , vel medicamento dolorem excitante reprimitur & transferitur saepe ad loca vicina & interna , non sine periculo . Novimus glandularum colli & parotidum insignes in infantibus & adolescentibus tumores medicamentis reprimentibus abastos , ubi humor deleterius e sede pulsus ac in pectus de laplo asthma convulsivum , immo ipsam phthisin & ulcerum pulmonum insanabile fere excitavit . Et nihil quoque familiarius , quam quod materia ulcerosa in scabie humida , per porosam fibrarum & vasorum texturam repellatur cum praesentaneo subsequenti damno . Quidni etiam humor interius obhærescens eodem modo per poros ad loca externa meare , foras propelli & excludi poterit ? Certe copia seri , quæ in hydropicis per forte drasticum alvo excluditur , non adducitur , mediante pulsu , per arterias ad tunicas intestinorum glandulosas , sed veri est simillimum , quod per poros vasorum foras intro spectantes & per porosam partium fibrosarum substantiam ad intestina transeat . Atque adeo clarissime patet : fonticulos non modo evacuationem humoris præbere universalem , id est , quæ ex tota sanguinis & humorum massa procedit , sed præcipue localem , sive partialem & derivatoriam , dum ex imis ad extimas ad se quasi alli- ciant , trahunt vel etiam revellunt .

45. Nunc facilius explicanda venit cauta , cur consolidatio fonticulorum magno saepe conjuncta sit cum periculo , ut non modo morbi priores sublati repeatant & recrudeescant , sed non raro etiam graviores , immo funesti affectus , in aliis & remotis locis suboriantur . Ube- nius hanc noxam testatam faciunt peri- tiores medentum ex antiquis & recentioribus . CRATO longævus ille , felix & prudens Medicus , in consilis & episto-

lis , quas collegit SCHOLZIUS epist. 174 . item conf. 221 . scribit : multis exemplis eruditur , quam graves subito affectus , immo mors ipsa , fonticulos , præsertim in pede clausos , consequantur . Ex Arabibus RHASES lib. de aff. junct. tit. XVI . gravissima saepe vedit symptoma fonticulo coente . LAELIUS a FONTE confil . pag . 56 . asthma , MER- CURIALIS tom . IV . pag . 175 . podagram , HORSTIUS lib . IV . Part . II . obs . 15 . spi- randi difficultatem cum anasarca , coalescente fonticulo , annotarunt . Quum ab antiquis pedum ulceribus ad consolidationem perductis pulmones labe & ulcere affecti , multories a Practicis obser- vati sint ; nullum utique dubium , a fonticulis diu cum fructu gestatis & in tempestive clausis , præsertim in impuri corporibus , quin idem possit contingere . Causa hujus effectus non alia videtur subesse , quam quod ab ulceribus , sive arte , sive sponte factis , ob effluxum qui simul contingit humidi nutritii , de- bilis & imbecillis omnino pars cui insi- dent reddatur , ideoque , deficiente debito ad propulsionem toni robore , ma- jor fiat ibi astixus & stagnatio humoris , qui tam copia , quam qualitate delin- quens , si exitum fortitur , pro sanitate est , ubi vero ipsius excretio , viis & ori- ficiis ductuum clausis & constrictis , im- peditur , remanet ob partium vicinarum infirmitatem , copiosior humoris ferosi astixus & stagnatio , majorque ex lon- giori quiete accedit corruptio , unde non mirum est , in laborante parte , aut pri- stinum vitium resurgere , aut , si humor inquinatus & malitiosus , vel vitalibus succis immixtus manens , vel receptus iterum per poros in vasa , mediante san- guinis circulo ad alia loca defertur , pel- lis passim propullulare ægritudines . Nos certe saepius observavimus , post morbillos vel variolas in pueris oculorum acres defluxiones , quæ non nisi appositio in nucha setaceo cessarunt , sublatæ au- tem postea setaceo , proximus de novo oculos infestarunt .

46. Jam etiam facile ratio patescit , quare a tinea capitis , vel scabie humida

in pueris perperam curata , insultus epileptici , vel asthmata convulsiva subnascantur , quæ postea appositis vel vesicatoriis , vel fonticulis in brachiis , aut pedibus , conquiescunt . Novimus exempla , ubi a materia arthritica & podagra ad internas partes relapsa , vel etiam non sufficienti vigore expulsa , spasmodicæ constrictiones diaphragmatis , ventriculi & intestinorum non levem formidinem inducentes , omnibus aliis frustra datis internis , appositis in brachio vel pedibus fonticulis , sublati fuerunt . Neque certe experientia suffragio destituitur , phthisis posse eodem pacto praecaveri , si nempe ortum trahit ex acri & impuro humore a partibus superioribus capitis , faucibus , vel tumoribus glandularum internis & externis descendente ad pectus , & huic ulcere in costis , vel in scapulis excavato , via ad exitum patratur . Atque adeo luculenter utique innotescit : magni in arte medendi momenti esse medicationem , quæ ad serimpuri , non tantum evacuationem , verum etiam derivationem , immo reversionem directa , uti quidem jam in sanguinis missione aliisque excretionibus pridem est nobilitata .

47. Altioris indaginis quaestio : quare cauteria , fonticuli & setacea , partibus capitis externis applicata , apoplexiam serosam , hemiplexiam , paralysin , guttam serenam , cephalalgiam inveteratam , vertiginem aliosque graves admodum cerebri morbos , qui ab humore seroso firmius insidente imis cerebri partibus , originem trahunt , abigere & partes internas liberare queant ? Jam vero experientia uberioris confirmat , quod in his morbis setacea nucha injeeta , vel cauteria applicata loco ubi fissura coronalis & sagittalis concursus est , egregiam tulerint opem , potissimumque majores nostri mirifice hunc instrumentum commendarunt fonticulum capiti , ubi futuræ committuntur , industum , uti quidem patet ex AQUAPEND . pag . 12. 13. SOLINGEN oper . Chirurg . P . I . c . 1. FIENO de cauteriis cap . 22. SEVERINO lib . II . pyrot . chirurg . p . 2 . Sunt qui-

dem nonnulli ex recentioribus , qui periculose modum applicandi cauteriam actualia , quam potentialia , in hoc tam sensili & nervoso loco , ubi in commissura futuræ coronalis & sagittalis duræ matris & pericranii est connexio , censem , eo quod ob dolorem ibi quam facile possit inflammatio suscitari . Verum frustraneus est metus , propter multiplicem jam ab omni ævo innoxium & felicem usum , & potius admodum credibile , quod dolor major , quem producit chirurgica hæc operatio , multum ad feliciorem operationem conferat , eo quod recensiti capitilis morbi a lympha glutinosa , intra anfractus & membranas cerebri detenta & a torpore spirituum & motuum maxima ex parte oriuntur . Profundit itaque hoc in loco appositi , non tam ad evacuandum humorum noxiū intus latentem , quam potius ad tonum excitandum & motum aliter determinandum , ut quod subsistit e loco suo dimoveatur , non secus ac ipsa vesicatoria , præsertim ea quæ canthrides habent , non tantum excernido , verum etiam sistema nervorum sciendo motusque excitando , conducunt .

48. Singularis adhuc fonticulorum in arte medica usus est , quod conditionem atque temperiem & fluidarum & ex parte etiam solidarum partium extraordinariam prodant ac detegant . Nimirum , firma & quotidiana constat experientia , quod , qui fonticulos gerunt a paulo diuturniori usu insalubrium & valde intemperatorum alimentorum , v. g. acidorum , falsorum , acrum , calidiorum , ut piperis , allii , molestas quædam affectiones , punctiones , dolores , rubores , tumores & alia insolita accidentia ibi percipiunt . Crebrius quoque observatur , quod a graviori animi affectu , præsertim ira , tristitia ac terrore , item ab insigni & præternaturali temporum & tempestatum constitutione , extraordinaria quædam sensatio in locis , ubi fonticuli appositi , ipsiusque fonticuli insolitus aspectus , adsit . Præterea , quando in morbis intensior spastica contractio , vel stomachum & intestina , vel

vel diaphragma petit, ut in hysteris & hypochondriacis, item in colica convulsiva, asthmate convulsivo, tunc statim etiam compatiuntur fonticuli, ut vel exsiccentur vel claudantur, vel dolorifice cum rubore afficiantur. Quinimum præternaturalis siccitas, livor & palor fonticulorum arguere aliquid damni in œconomia animali solet, & nihil familiarius est, quam quod ante mortem fluxus humoris per hæc ulcera plane cœset. Ex quibus quidem omnibus merito eliciendum est, tum ingentem partium fluidarum & solidarum in corpore humano dari conspirationem & una parte affecta alteram statim etiam pati, tum quod non secus, ac ex naturalium excretionum, quæ per vesicam, alvum & cutem sunt, constitutione, ita etiam ex ulcerum & excerniculorum horum insueta & extraordinaria conditio ne, sanitatis & morborum indicia, fluidarum & solidarum partium natura, iudeo atque constitutio a prudenti Medico perspici possit.

49. Neque etiam omittendus aut floccipendendus ille fonticulorum secundarius quasi usus, quem in corpore, cui jam induxi, in sanitatis tutelam præstant, dum præbent emunctoriū, in quod velut incile confluit & rejicitur, si forsitan corpus noxia & morbum minitans subiit materia. Et certe plura sunt quæ hoc confirmant obvia subinde phænomena. Crebrioris quippe observationis est, loca illa, ubi fonticuli existunt, præfertim in pedibus, ex facili tentari erysipelate, sive animi affectus, sive alii errores commissi causam præbuerint. Attentior quoque docet experientia, suscepito intus morborum epidemicorum contagiosorum ipsiusque pestilentiarum miasmatæ, protinus fonticuli excerniculum inde mutationem experiri, & frequentissime inflammatori quippiam cum dolore & rubore in ipsius confiniis comparere. Luculentu utique indicio, autocratiæ naturæ tribuendum esse, ut ad partem hanc debilem & languidam humor, qui in vitio est & morbum minatur, ad promptam secretionem & fe-

licem excretionem transmittatur.

50. Restat demum, ut exposita fonticulorum operandi ratione, de recto eosdem usurpandi & perite tractandi modo utiles pariter ac necessarias practicas regulas subnectamus.

I. Quando morbi capitis a congestione & impetu sanguinis & humorum ad superiora oboviuntur, frustraneus, vel plane noxious est fonticulorum usus, sed præstat tunc potius sanguinis, quam secri excrementi, evacuationi invigilare.

II. Ubi dolores capitis acuti, item motas convulsivi & epileptici, tenera & sensibilia corpora diu detinent, minus tuto in locis sensibilioribus & nervosis, ut in nucha, vel pone aures, vel in futuris admoventur cauteria & fonticuli, sed si forsitan indicatio est, melius brachiis vel pedibus imponuntur.

III. Non tam facile nec statim, ad ejusmodi molesta & diu vexantia remediorum genera descendendum est, si res commodi ratione expediri & causa morbi per præparantia, corrigentia & per naturales excretiones tolli potest, sed tunc demum, quando hæc frustra adhibita, & morbus diutius partem aficit ac detinet, verbo: si laesio magis particularis, quam universalis est.

IV. Neque etiam in morbis externis his solum fidendum, sed præmittenda, imo adjungenda, interna & alia externa, quæ morbo expugnando serviant præsidia, quibus etiam adhuc paulo longius insistendum, in primis quando spes sanitatis per eadem recuperandæ affulget.

V. In senibus, qui solenniter dyscrasia falsa scorbutica laborant; item in ipfis scorbuticis, ad præcavenda, vel minuenda symptomata, non inutiliter parantur ejusmodi per artem ulcera, tuis tamen id fit in brachiis, quia facilius ibi inflammations & ulcera tolli possunt; sed si semel inducta, sedulo providendum, ne forsitan coeant aut consolidentur, eo quod, quo magis corpus est impuris succis refertum, eo majus periculum imminet, quando exitu

exitu præcluduntur & emissarium abo-
letur.

VI. Magnam cautionem consolida-
tio & exsiccatio horum ulcerum de-
siderat , ne inde gravius damnum
emergat . Proinde non facile admit-
tenda in senibus & adultis , sed po-
sius in adolescentia , juvenili ætate ,
& corporibus quæ adhuc crescunt ,
sique prius probe constiterit , omne
vitium & omnem intemperiem mas-
sa sanguinis esse sublatam . Hinc ,
antequam id fiat & postquam fa-
ctum , temperantibus & evacuantibus
commodis utendum , & pars ubi con-
stitutæ fonticulus subinde spiritu vini
camphorato inungendus , vel vino ca-
lido diligenter sovendus .

VII. In cacheoticis & hydropicis
corporibus non sine periculo fonticu-
lus excitatur , quia facilis est in sphä-
celum transitus . Perite enim monet
AQUAPENDENS operat chirurg . P.
I. pag. 222. Maximum , inquiens ,
siminet periculum dum sunt , ne
sphacelus partem calore depauperatam
apprehendas & occupet , qui brevi ho-
minem interimat .

VIII. Quando exulceratio , ut in-
terdum fit in senibus & scorbuticis ,
circa partem , in qua gestatur , na-
scitur , vel etiam dolor & tumor ur-
get , tunc epithema , quod aquam cal-
cis vivæ , aquam florum sanabuci ,
l'eau d'arquebusade , saccharum sa-
turni & camphoram habet , cum fru-
etu applicandum , quo in ejusmodi
casibus nihil præstantius , nihil uti-
lius .

IX. Incidit interdum , fonticulum
nihil amplius humoris fundere , sed
siccescere & consolidationem subire ,
tum utile globulum ex cera viridi
indere , vel si hoc fluxus non repe-
tit , pauxillum emplastri vesicatorii
admicere .

X. Quando caro spongiosa in cavo
fonticuli succrescit , pulvis ex alumini-
ne usto & mercurio præcipitato ru-
bro corpositus & inspersus instar om-
nium est .

XI. Locus cui tutissime & quam
optime inducuntur fonticuli , est in-
ter spatum duorum muscularum , vi-
tando eorum tendines & nervos , ubi
nostro tempore incisione lanceetta ,
rejectis omnibus cauteriis , tam actua-
libus , quam potentialibus , commo-
de & cum minori dolore excitari so-
lent .

51. Hæc itaque sunt , quæ de præ-
stantissimo fonticulorum usu medico
edisserere placuit , ex quibus luculer-
ter satis apparere arbitramur , quo-
dam inter celeberrimi nominis viros ,
ut **HELMONTIUM** , **CRAANIUM** ,
BONTEKOE , **GEHEMAM** , **DA-ELMANNUM** , **ALBINUM** , **LIM-
MERUM** , multum errasse , qui ves-
icatoria & fontanellas e foro medico
rejicere & pro remedii mortiferis
venditare haud veriti sunt . Neque
minus ex hac nostra rationali disqui-
stitione modi , quo operantur ulcera
hæc arte facta , irrationales illi me-
chanismi medici , quo optime nostræ
tempore res medicæ ad rationes revo-
cantur , osores intelligent , sterile &
ignorantiam prodens molimen esse ,
in explicando salutari fluentium , &
detrimento coeuntium fonticulorum
effectu , ad internum rationalem &
moralem corporis nostri economum
confugere & loco causarum obscura
verba dare , uti quidem nuperius lat-
vatus ille **Ursinus Mahrmund** , præju-
dicis occecatus contra præjudicia
in therapia medica infeliciter pugnans
fecit , quasi possessor œconomiae vita-
lis per fonticulos omnibus sele exone-
ret purgamentis , quando autem con-
tra vitalem consuetudinem , invito vi-
tali principio iidem coalescant , ex-
spectandum sit , quid vitaliter even-
turum .

DISSERTATIO X.

DE ERRORIBUS VULGARIBUS
CIRCA USUM TOPICORUM
IN PRAXI.

§. I.

Nullum, elogio ipsius GALENI, generosum remedium est, quod non possit prodeesse & simul etiam noce-re. Valet hoc sapientia gravissimi au-toris edictum non modo de usu interno remediorum efficacissimorum ; verum etiam de applicatione eorum, quaे vo-cantur externa seu *topica*. Non imme-rito universa auxiliorum pharmaceuti-corum classis in duo dispisci potest gene-ra; alterum complectitur ea, quaे intus assumentur, & intimæ admissionis sunt in vitalia corporis nostri, quam ob causam etiam plus efficaciz & virium se-cum recondunt : alterum est eorum, quaе extrinsecus affectis vel laesis parti-bus opem quandam afferunt. Utrisque sua laus, virtus, & gloria in medendi arte manet atque relicta est. Et tametsi interna longe majore prærogativa præ-externis gaudeant, utpote eorum usus magis universalis & longe magis patens est ; nihilominus & externa in certis ca-sibus non destituuntur suo usu & fructu , ita ut perspe*i* iis carere vix queamus . Verum enim vero, quemadmodum eo-rum quaе intus assumentur maximus est abusus ; ita etiam illud ipsum deprehen-dimus in exhibitione topicorum. Et sic-uti rationalis medicina in vero usu in-veniendo remediorum tantummodo occu-pata est, eoque non tam generali , quam singulari & individuali : ita nihil magis ignorantium, imperitiam, & tem-erariam empiriam facit & constituit, quam nocens & præposterus usus reme-diorum tam internorum quam externo-rum. Quapropter torus cardo & omnis nervus totius practicæ Medicinæ in eo versatur, ut usum & abusum remedio-

rum quoad morbos & individua , imo quoad omnes vel minimas circumstan-tias temporis, dofeos, ordinis probe ab invicem separemus ac disjungamus, & ubi prodeesse & ubi nocere queant reme-dia, demonstremus . Noster labor in præsenti erit, ut externorum præcipuum in praxi vulgari abusum & communes circa eorum applicationem errores pro-sequamur atque indigitemus, eo tamen, quo fieri poterit, brevitatis studio, cum alias ipsa tractatio, pro rerum varietate ac multitudine, nimis diffusam & laxam requirat ventilationem .

2. Cum itaque aggredimur *vulgares* in *Topicorum applicatione* errores osten-dendos, pretium erit operæ prius, quam id faciamus, de *Topicorum* nomine, & quid eo significare velimus, quædam in medium proponere . Evidem vocabu-lum *topicum* nimis est generale, dum omnia, quaे certis locis seu partibus exte-rius applicantur, sub se complectitur ; & hac ratione, quaе in vulneribus, ul-ceribus, membrorum quibuscumque læ-sonibus contingunt, sive ea consistant in applicatione instrumentorum vario-rum chirurgicorum, sive in emplastris, unguentis, injectionibus, turundis, ad *topica*, generali vocabuli acceptione, referri queunt. Attamen, mens nostra hac vice ea attingere neutiquam potest, sed paula strictiori acceptione vocabu-li sub nomine *topicorum* ea tantum intel-lecta volumus, quaе in affectibus, qui profiscuntur a causa interna, adeoque a Medicis potius, quam ab ipsis Chirur-gis, commendasi debent . Nolumus au-tem prolixiores esse aut magna uia amba-ge in recensenda ex variis naturæ regnis desumpta topicorum materia , vel enu-merandis variis compositionibus, sed tantummodo ad rem ipsam nos accingi-mus & simplici via incidentes initium fa-ciemus a capitis morbis, progrediendo sic ordine ad reliquorum membrorum affectus morbosos .

3. Primum autem locum teneant ipsa capitiluvia, quaе sive cum aqua simplici & lixivio, sive cum vino, variis herbis emollientibus & cephalicis incocto , com-

composita sint , non sine gravi noxa a medicinæ imperitis sæpen numero usurpantur . Contingit autem hoc ipsum plerumque in omni capitï , cerebri vel nervorum vitio vel imbecillitate , maxime omnium autem nocentissima sunt in catarrhis , achoribus , aurium tinnitus , gravitate auditus , ophthalmiis , &c. Et nota nobis non pauca sunt exempla , ubi ex capitulo viorū præpostero usu in infantili ætate epileptica passio succrevit . Ut paucis mentem meam explicem , ego quidem existimo , a capitulo viis plane nos abstinere , & in eorum locum surrogare potius posse frictions capitis , & earum rerum , quæ siccant & roborant nobilissimam corporis partem , usum esse substituendum . Ratio autem distorum in promtu est : videlicet pro digni prægraves capitï memoratos morbos ex humorum ad caput delato impetu a partibus inferioribus , fanguinisque vel puri vel serosi inibi facto decubitu atque infarctu , res penes rationales pathologos extra controversiam posita est . Quid vero magis disponit caput ad recipiendum humorum impetum , ad detinendas ibi serositates , quam usus eorum , quæ calida vel rapida humiditate fibras relaxant , flaccidasque ac lubricas reddunt , quo minus congesti ibi humores iter suum per venas recipere possint ? Potius in omnibus qui caput vel superiora pertinet morbis , inferiores partes , nempe ipsos pedes , lavare & de vapore humido fibras subcutaneas & carneas relaxare oportet , ut sic ex superiori regione derivatio & diversio fiat ad inferiora ; id quod etiam non sine maximo fructu & emolumento medentum periores nunt .

4. Improbamus adhuc ulterius emplastrorum sic dictorum cephalicorum in non nullis capitï vitiis usum , cumque penitus e foro medico exesse posse censemus . Intelligimus autem hoc emplastrorum genus , ubi raditur totum caput & emplastro quodam obtegitur ; quale quid in usu solent habere in gravi hemicrania , in epilepsia quoque , vel aliis gravissimis pathematibus , quæ subsequi solent ve-

hementes capitis a causa externa contumices vel percussions . Et quamvis non nulli hic inter talia emplastra , quæ ex balsamis , gummatibus composita sunt , & inter illa , quæ ex viscosis glutinosis parantur , distinctionem faciant : nostra tamen est sententia , cuiusque naturæ vel generis sint , ea plus monumenti quam utilitatis afferre , non excepto etiam famigeratissimo illo de betonica emplastro . Ratio autem hujus asserti hæc esse videtur , quod transpiratio in omni lœsa vel affecta parte , quo magis libera est , eo felicius semper succedat curacionis negotium , & contra ipsa testatur experientia , nihil magis officere & rationem impedire , quam quod liberam lœdit transpirationem . Addimus & hoc , quo magis sunt remotæ a fonte caloris partes , vel minori fanguinis quantitate perluntur , in his ipsis certe transpirationem quavis ratione juvare & promovere res magnæ peritiae ac prudentiae est . Quivis autem , qui rationem cum experientia in consilium adhibet medicus facile perspiciet , emplastra , quæ totam cingunt calvariam , mirifice obstatendo oblinendoque poros , aeris & subtilis fluidæ materiæ ex cœcis illis , quibus cranium & cutis capitis gaudet spiraculis , transitum intercipere ac præpedire .

5. Commeadamus itaque eorum loco , ex ipsis experientiae fide , pulveres siccos , vel ipsi capitii inspersos , vel sacculæ inclusos , tales nempe , qui balsamica subtili blanda sulphurea enthymsiata roborando quam demulcendo nervas istas vel frigidas partes solantur , & liberum materiæ fluidæ & acreæ transiit sartum tectumque servant . Vel si ipsa siccæ ex usu secludere indicatio quædam foret , substitui possunt facculi cum spec. cephalicis in vino decocti , aut linimenta , ex iis , quæ penetrantem indolem habent & sale gaudent oleoso volat . & resina balsamica pollut , confatta , inter quæ balsamus Peruv. camphora , spirit. vini rectificatus , sal ammon , vel lumblicorura volat . cum ol. lavendul. majoran. anthos , nucisæ non adulteratis .

ratis roboratus & castorei essentia nobilitatus eminet; qualia linimenta in omni capitis affectu, sive sit convulsionis, & epilepsia particeps, sive cum dolore aut sensus cuiusdam interceptione coniunctus, levamen inferunt commendatissimum. Nostra autem non est intentio omnia removere emplastra, quae certis in easibus ad frontem, ad nucham posita, non sua privari virtute possunt: sed sermocinatio tantum nostra est de iis, quae totam vel dimidiam calvariam tegunt. Insinuandum hoc quoque loco est, insersionem pulverum Cypreorum sic dictorum in caput receptissimam non sine noxa quandoque deprehendi, præfertim quando ex amylo sunt confecti & paulo immoderatus & crebrius crinibus ingeruntur: ita mihi conquestus est Halberstadii amplissimus consiliarius, quod ex frequenti in juventute usu horum pulverum miram debilitatem oculorum sibi contraxerit, quæ in senectute in perfectam cataractam, qua adhuc laborat, translivit; neque ratio hujus rei e longinquu petenda est, utpote talia tenacia poros capitis oblinendo transpiratum tam necessarium sanitati & robori partis vehementer cohibent.

6. Tandem attingere quoque communem in praxi errorem placet, vide-licet applicationem variorum linimentorum & balsariorum in affectibus plerisque capitis, & nominatim in vertigine, capitis dolore gravativo, caro, apoplexia, sensuum torpore, & hemi-crana quoque. Vulgaris praxis est, ut balsamis fragrantibus, quæ moschus, ambra, zibethum, oleum rosarum ingreditur, tempora non modo & nares, sed & ipsum verticem & cervicem inungere soleant, quoniam magnum id præsidium adversus hos affectus reputant. Enim vero, admodum falluntur hi, qui talia tam amica hisce capitis & cerebri morbis credunt. Vaporosa haec sunt auxilia, & elastica expansiva vaporositate in poros vasorum sese insinuando, nimium ipsa distendunt, & sanguinis impetuosum motum quodammodo figunt, & sic sedativa & anodyna virtute, ad-

somnolentiam disponunt. At vero, ne-mo non cautus qui est, percipiet, caute mercandum esse etiam cum hoc auxili genere, quod minime quadrat iis in morbis, ubi jam caput ejusque vasa infarcta sunt, nimisque distenta a sanguinis impetu & copia; quo casu certe dum majorem expansionem procurant, & consequenter humorum stasis periculi plenam adaugent, teste experientia, saepius dolores, vertiginem, aurium tinnitus, somnolentiam, & gravitatem ac torporem mentis & sensuum maiorem accersunt. Et valet de iis remediis non secus ac de suffimentis scitum divi COI editum sect. V. aphor. 28. multis modis etiam ad alia commoda essent, si non capitis gravitatem inducerent. Quocirca præferimus hisce omnibus tunc temporis talia balsamica linimenta, que constant ex solo spiritu vini rectificatisimo, in quo camphora, olea majoran, lavendul. rutæ, sed non terebinthina adulterata, soluta sunt; haec enim potius discutiendo, poros referando, quam replendo caput vaporositate operantur, hinc semper in cephalalgiis & in gravi apoplectico insultu tutiora sunt.

7. Facimus jam accessum ad ea topica, quæ oculorum viii opitulantur. Dici vix potest, quam perversus tam a Chirurgis quam Medicis indies notetur abusus, & quanta noxa inferatur miseria ægrotantibus a præposta horum applicatione: ausim dicere, plures viii privari ex iaperaria applicandi topica, quam ex ipsa morbi vi ac magnitudine. Vulgatissimus autem error est, oculis frigida esse amica, calida autem inimica. Valet hoc ipsum & verissimum est, si oculi fani sunt, ubi eos aqua frigida lavare consultius est quam calida, quoniam haec fibras relaxando oculos ad fluxiones disponit, frigida autem poros tunicarum & parietes vasorum roborando nimium sanguinis & humorum fluxum abaret, & ita oculos serenos, vividos & sanos servat. At vero, haec regula haud procedit in oculorum constitutio-ne, quæ est præter naturam; minime omnium autem in eorum inflammatio-ne,

ne, quæ nomine venit ophthalmicæ, ubi frigidorum usus perniciössimus est. Habet exemplum FOREST. obf. chir. I-II. obf. 19. de quadam muliere ophthalmia laborante, quæ collyrio ex lapide Talk dicto & aqua destillata utebatur, sed non diu post dolore & ardore adeo ingenti afficiebatur, ut etiam subsecutum fuerit ulcus. Vidi mus hac ratione non semel, sed creberrimis vicibus, ab instillatione collyriorum frigidorum in oculos æstu inflammatorio dolentes, turbidos factos fuisse oculos & inflammationem intensius auctam, adeo ut intra paucos dies penitus visus fuerit obscuratus, imo plane in defectu expertæ medicinæ abolitus. Nam, quemadmodum in omni inflammatione non sine fundamento exterius applicata frigida & constringentia, incrassantia, cordati res Medici acriter rejiciunt: ita cur taliæ admittere velimus in oculis inflammatione, cui vasa longe magis tenera capillaria insunt, quam in aliis partibus, equidem non pervideo. Caussa enim & ortus omnis inflammationis est infarctus sanguinis vel humorum in vasis propter obstructionem in vicinis va sculis; jam autem obstructionem nihil magis firmat quam actu frigidum, dum fluiditatem liquidis succis demit, eosque spissos & crassos reddit.

8. Deinceps, non modo ex ipsis col lyriis actu frigida in inflammatoriis vi tiis repudiamus atque rejicimus, sed & omnia, quæ incrassandi, condensandi, vel humores ulterius invitandi ad par tem affectam, facultatem possident, qualia sunt omnes aquæ dictæ ophthalmicæ, uti aqua sperm. ran. rosar. plantag. sachar. saturn. alumen, album ovi, bo lus rubra, omniaque mucilaginosa. Ita citatus FORESTUS lib. XI. obf. 26. de morbis oculi annotat, oleosa & pinguis oculis nocere, referens ulcus a tonsore pessime tractatum cum oleo, quod calide applicatum fuit, adeo ut perrupta non solum tunica cornea sed etiam uvea in callum denique abierit, qui dicitur clavus oculorum. Ego potius majorem efficaciam promittere possum talismodi

in casibus de iis, quæ sine magna acrimonia & sine ardore, discussiva quædam pollent virtute, inter quæ laudem eretur camphora, quæ uti omnis inflammationis, ita & hujus antidotus certa & præsentissima est. Quod si itaque inflammatio levior & superficialis tantum est, aqua flor. sambuci, in qua croci momentum est solutum, adjectis quibusdam guttulis solutionis camphoræ valde saturatæ, tepide applicata, non erit sine magno fructu. Si acris lymphæ salredo conjuncta est, mucilago semi. cydon. vel aqua rosarum cum croco vel camphor. eximiorem virtutem præstabit. Si autem gravior & profundior, neque periculo vacans est inflammatio nis species, oculo plane stupido & ferme sensibilitatis ac visus experte reddito, magnum solutum inveni in sola applicatione tepida spir. vini camphorati, qui balsami Peruviani adjunctione conditus est; sic successive & sensus, in motu, ac tonus & color debitus ipso oculo, maxima cum admiratione reddit; quale exemplum quondam hic locutum habui.

9. Notum porro est, vitriolum, præsertim quod veneris particeps est, inter ophthalmicæ a Practicis seu sum mū arcana prædicari. At vero, cum ferme promiscue inter omnium col lyriorum formulas assumatur, maxima sèpius exinde resultat noxa. Abstinendum autem ab eo est in omni inflammatione, in falsis quoque præcalidis acribus fluxionibus cum rubore, cum pruri tu junctis, quoniam sua acrimonia hac incommoda omnia auget. Datur tamen ipsi locus aptissimus, quando aut humores sunt crassiores & in lemas abeunt, aut quandocunque in tunica albuginea membranulas formare incipiunt, quod post morbillorum vel variolarum morbos, qui nimiam lymphæ introducunt lentescientiam, non rarius contingit; tali itaque in casu mirabilis effectus re medium est vitrioli Cyprei gr. j. in Un cia 1. aquæ chelidonii solutum, quo li quore subtili pluma crebrius de die effeta pars tangenda est: ubi autem mani festa

festa corrodens & urens materia percipitur, temperantia demulcentia mucilaginosa, inter qua mucilago sem. psyll. & sicc. alb. sine opio splendet, & pulvis sarcocollæ, operam non satis collaudandam conferunt.

10. Monenda adhuc quædam sunt circa pinguedinem viperarum vel ascia pectoris, quæ in panno, in ungue oculorum, inque eorum vulneribus maxime opere prædicantur. At vero, intelligendum hoc ipsum est, si eæ fuerint recentes: quondamcumque enim per vetustatem rancorem contrahunt, acrimonia sua non modo in dictis, sed & in aliis vitiis præsens dannum inferunt. Deinceps nullus vel plane perversus collyriorum usus est, quando ex vitio & dyscrasia totius lymphæ & sanguinis, uti sapienter fit in scorbuto & lue venerea, oculi rubent, dolent, stellant, & turbidi apparent; frustraneus hic est omnis topicorum usus, nisi internis prius emendemus succorum vitium ac labem, quod egregie præstant decocta tam lignorum, quam aliarum herbarum sanguinem edulcorantium. Accidit quandoque etiam, ut ob tumorem glandularum colli inveteratum, & ob fluxionem in auribus cohibet, vel post cosmeticæ faciei applicata, aut retro palsum achorem in capite, in oculis materia peccans sedem fixam recipiat; quo in casu solis topicis non est fidendum, nisi internis secundentur, & causa ac fons mali auferatur.

11. Quod attinet ad *otalgica*, aspirimus & ibi non levem eorum abusum. Quid enim inconsultus est, quam olea, sive sint expressa, ut oleum amygd. dulc. sive remixta cum oleis cephalicis, in gravitate auditus auribus immittere? Commendatur hoc remedii genus a plurimis Practicorum, sed raro vidimus bonum successum. Si enim auditus gravitas est, ea sit vel ex nimia tympani relaxatione, vel humiditate membranae organon auditus, labyrinthum nempe & cochleam cingentis; nihil hic faciunt olea, quam ut majore relaxatio-

ne affectum adaugeant: olea autem calida acris vel nimis spirituosa in sensibilissima illa nervea meatum auditorium investiente membrana, nil nisi gravem dolorem & ardorem suscitant. Paucis, rarissima sunt exempla, (quando ad experientiam & praxin eorum, qui cum ratione & debita observatione illam exerceant, confugio,) ubi topica in auditus gravitate vel aurium tinnitus aliquid possunt, ut potius nocumentum magis inferant. Neque etiam video, qua ratione remediorum virtus, sive sit oleosa, unctuosa, sive sit spirituosa, penetrare queat ad latifundium mali, quod intra cerebrum vel intimiores recessus & concamerationes ossis petrosi reconditum est. Vidimus potius ex a pophlegmatitibus, & internis cephalicis majorē efficaciam.

12. Excipimus autem quosdam casus, ubi topica in aurium affectibus non sunt de nihilo, videlicet: quandoque cerumen auris ita induratur ut gypseam ferme naturam induat, quod auditum non leviter impedit, ubi immisum tepide fatum ol. amygd. dulc. induratum cerumen emolilit fluidumq; reddit, ut auris calpiis commode extrahi queat. Subit quoque nos recordatio, ubi ante aliquot annos circumforaneus quidam surditatem se auferre singulari arcano posse gloriabatur; consistebat hoc in injectione per siphonem facta cum aqua scenice, cui paucæ guttulae olei tartari erant instillatae: aliquoties de die injectionem provide continuabat; & in quibusdam subjectis non male succedit experimentum, in illis nempe, ubi intra meatum auditorium cerumen incrusted sonum impeditiebat. Simile quoque contingit nonnunquam ab usu aquarum salubrium, si calide in aurem saepius immitantur, quod, uti diximus, tantum in eo casu procedit, quando vitium auditus evenit a sordibus tympani membranam nimium incrstantibus.

13. Ulterius adhuc monendum quicquam est de perversa tractatione abscessuum, qui non raro in auris interioribus nascuntur. Exposcent hi

T ipsi

ipſi ſingularem medelam, quæ ſi non administratur, ulcera putrida carioſa cum totali auditu amiffione tandem reſulant. Eſt autem pellimus modus illo rum, qui unguenta digeſtiva oleoſa hic in uſum trahere ſolent, qualia partes hæ ſicca frigidæ nerveæ ſenſibiles minus ferre poſſunt. Potius balsamica, uti eſt eſſentia mirrhæ, opobalsami, ſuccini probe ſaturata & tepide gollypio immiſa, omne in conſolidando & præſervando abſolvunt punctum.

14. Præterea, naribus quoque ſua de- bentur & conueniunt topica, quæ legi- timo uſu prodeſſe, præpoſtero autem mire nocere poſſunt. Exemplo nobis ſunt ea, quæ fine hæmorragiam nimiam iſtendi, exterius naribus intrudi ſolent. Quantus numerus quaunque copia for- mularum hinc inde proſlet, dici vix po- eſt; per pauca tamen ſunt, quæ uſu quo- dam ſeſe commandant. Cum enim hæ- morragia a cauſa interna, plerumque ex ſpaſmo vel nimia conſtrictione, aut forti obſtructione a partibus afluxu lon- ge remotis proficiſtatur, & ſanguis cum impetu ad vafa capitis feratur, ubi ni- mium congeſtus orificia vaſorum ni- mium diſtendit, tandemque narium tu- nicas diſtrumpit, quis non videt exinde, non modo fruſtanum, ſed & ſaepius pe- riculoum eſſe uſum tum temporis ex- ternorum, ſtypticorum & repellentium? Et nihil aliud obtinemus, quam quod, ſi orificia vaſorum adſtrigentibus ob- turemus, in aliam partem capitis vel etiam iſum pectus malum deriveamus, manente interno illo impetu. Quod ſi orificia aperta, ex quibus ſtillat ſanguis, in naribus paulo profundiſtata ſunt, ut ſtyptica effacia ſua eo pertingere ne- queant: interim nares obturantur, & exitus inde ſanguini nullus patet, fit, ut e fauicibus in arteriamasperam ruat, & in illam metu quandoque ſuffocatio- nis dilabatur. Accedit & hoc, quod omnia ſtyptica, cum membranis ner- veis glandulofiſis valde ſint inimica, ſi paulo profundiſtata immittantur in nares, non leve iis partibus dannoſum infe- rent.

15. Si itaque dicere licet, quod reſeft, exiguum vel plane nullam habent ea- ſum, niſi ante omnia dirigamus cura- tionis conſilium ad derivationem ſan- guinis a capite per vene ſectionem, fri- ctiones, immissiones pedum & manuum in aquam vel vinum calidum, per dia- phoretica, quæ ſine motu & magno ca- ſore ſanguinem a centro uerſus corporis circumferentiam propellunt; & tune non opus eſt illis repellentibus frigidis, aut ſtypticis, ſed ſola eſſentia cathecu- naribus excepta, omnibus palmam pre- ripit. Vulgus in uſu habet, in nimia hæmorragia nummu[m] argenteum aqua frigida madidum vel fronti vel noſa applicare, linteum quoque frigida ma- didum fronti vel toti collo inſicere: at vero, ſi tale quid factum fuerit in ini- tio, non ſine periculo apoplexia hoc in- ſtituitur. Interea non improbam ual- lismodi epithemata, quæ vi diſcutien- di & simul roborandi instructa ſunt; uti v. g. acetum rosaceum cum nitro, camphora, oleo ligni rhodii, mixtum, quod tepide temporibus, collo appli- catum nou caret ſingulari fructu, ſed cunctis merito præferendum eſt.

16. Accedimus jam ad ea topica, quæ communiter in ulceribus oſſium ſquamoforū putridis & carioſis lie- gallica vel ſcorbutica infectis per quam familiarius uſurpari ſolent. Sunt autem ejusmodi ut plurimum aquæ, v. g. ro- lar, plantag., ſemperviv. cum bolo ru- br. ſacch. saturn. magisterio saturni- mixtæ: & ſi ad oſſa fauicium pen- trando ulcera, vel iſius uolvæ ſubstan- tiā corrodendo & abſolumendo aggre- diuntur, injectiones gargarifmatum communi ex uſu ſunt. Sed hæc omnia nullius momenti ceneſo; plane enim inidonea ſunt iſta frigida corruptioni putredinosa ſiſtenda. Potius hæc cla- des expoſcit longe valentiora, majore penetrantia dotata, ex quibus magno en- comio digna ſunt, oleum caryophylli, quod præſentissimum eſt conservativum oſſium, præſertim ſi cum balsam. Peruv. miſceatur: deinde elixir propriet. ſine acido, eſſ. ſuccini, ſpirit. vin. camphor. me-

mediante siphone in nares provide infectus, hæc pessimi moris ulceræ, foetida & venerea, sanare & sistere potens est; quam procedendi viam non sine summo emolumento optime aliquoties exco-gatavi & saepius expertus sum. Multi veneri ab ignorantiam chirurgorum & pessimam remediorum applicationem diu gerunt talismodi ulceræ sordidissimæ, quæ tandem & totam narum internam structuram, uvulam cum totius palati osse exedunt atque depascunt, non sine maximo vocis vitæque detrimento; nam ipsa gargarismata etiam ex præstantissimis parata, cum ad radicem mali partemque affectam, quæ est supra os palati, pertingere nequeant, frustra applicantur.

17. Superest adiuc dolor odontalgicus gravissimus, cui quanta topico-rum a Medicis & Chirurgis, nec non ab ipso, dicata & consecrata sit sylloge; probatione ulteriori non eget. Sed & hic quoque frustanea ferme sunt omnia, ut potius majus damnum quam emolumentum inferant; & utut quandoque post leniora adstringentia & anodyna, inter quæ mihi præcipua semper fuit essentia carecula cum essentia anodyna mixta, aliquod doloris allevamentum sequatur, exiguum tamen est ad breve tempus, alio tempore plane infidum & nullius amplius effectus. Et cum saepius dolor odontalgicus epidemius sit, & rheumatismi seu deflusionis acris erysipelaceæ soboles, dentem cariosum maxime infestans, & cum catarrhali febriula juncta, ex facili appetet, quam inanis & futilis sit applicatio immediate ad dentes, potius tunc, si exspectandus quidam ab externis usus venit, facculi paregorici ex diffluentibus, carminativis, anodynæ parati in usum sunt trahiendi. Et quamvis ol. caryophylli, origani, essentia quoque acres odontalgicæ dentium carni egregie dicata sint: quæ tamen autem temporis, quando in dente carioso membrana nervæ ab humido aquo nimis distensa vel erosa est & inter angustias ossæ pressa hæret, usum præbare queant, dubium est. Potius tunc

balsamum meum apoplecticum liquidum seu vite naribus exceptum, vel lac tepidum cum flor. sambuci, & croco eoctum & in ore detentum plus pacabit doloris illius sævitiam, quam quæcunque alia sine ulla ratione commenda & adhibita odontalgica externa. Et experientia scribimus, sola diaphoretica, v. g. tineturam bezoardicam, sulphur. antimon. nostræ præparatio-nis, spiritum C. C. succinatum cum spiritu nitri dulci nuptum, in gradio, r. odontalgia cum regimine sudorifero usurpata, non omissis prius iis, quæ alvi laxationem conciliant, opem mirabilem præstissee, adeo ut etiam ex hisce pateat, quam frustanee & quam perperam in ipsis affectibus præscriban-tur vel exhibeantur topica.

18. Tandem non silentio transmit-ti debet, cum potius primum tracta-tionis locum postularet, vulgaris cu-ratio eorum affectuum, qui in faciei & capitis cute observantur, cujus ge-noris sunt achores & tinea capitis, pu-stulæ & ulceræ manantia in facie infantum, gutta rosacea & capitis erysipe-las. Et quod attinet ad ipsos achores vel tineam capitis in infantibus, nil magis solenne est imperito vulgo, quam ut lo-tionibus cum variis lixiviis & decoctis, inunctionibus, tam sulphure & oleo o-livarum quam aliis unctuosis & linimen-tis removere queant hoc malum: nil vero est, quod, accuratiore observatione te-ste, majora incommoda post se trahat, quam hæc sanguandi ratio; sequuntur enim exinde epilepsiae, inflammations oculorum, suppurationes eorum, epiphora, imo gutta serena, quandoque imo vel etiam graves peripneumoniae, asthmatæ, & ejusmodi generis plura. Caute itaque procedendunt est cum omnibus externis ne transpirationem impediamus, neque ea unquam porrigenda, nisi simul internis remediis correctioni & evacuationi humorum peccantium prospiciamus. Exulent autem omnia humida, exulent oleosa, exulent constringentia - sique externis datur locus, balsamum sul-phuris antimoniale cum spiritu vini-

camphorato solutum & cum oleo amygd. dulc. mixtum , emolliendo , dis-
fectuendo , putredini ulteriori resis-
tendo egregium præstabit officium . In pu-
stulis venereis inque gutta rosacea , cau-
te quoque cum cutis poros constringen-
tibus & repellentibus est agendum ,
plus vice simplici observavimus exinde
ortas ophthalmias , sero isto salso acri
præcipitato ad oculorum tunicas . Sed
quantus abusus deprehendatur to-
picorum in erysipelate capit , eloqui
ex digno non possumus . Est certe ery-
sipelas affectus , qui cautissimam ex-
ternorum requirit applicationem , id-
que tanto magis , quo vicinior est ce-
rebro & nervorum origini ; nam non
periculi expertem esse , præsertim in
scorbuticis , hunc affectum in se con-
sideratum , norunt Practici solidiores .

19. Quod si vero scripta evolvimus
eorum , qui observations practicas in
publicum edere annis sunt , ingens cam-
pus istorum , quæ noxiū externorum
abusum docent , nobis patebit . ROL-
FINCIUS method. curandi affect. capit.
p.292. angina meminit ab erysipelate
capitis ex intempestivo usu repellentium
ortæ . Reète scribit AQUAPENDENS
lib. de tumoribus p. 633. Si erysipelas fue-
rit in facie aut in capite , localia medi-
camenta neque ante , neque post pur-
gationem esse administranda ; posset e-
nī frigidis materia repelli ad cere-
brum , unde phrenitis , aut ad fauces ,
unde angina . Nocentissima autem tunc
funt omnia unctuosa , omnia cataplasma-
ta , humida aqua : potius sola sicca ,
fasciali nempe , ex herbis emollientibus
& discutientibus parati , ut transpiratio
maneat libera , apponendi erunt : in-
terdum tamen spir. vin. camphoratus
cum eff. castor. ol. nucif. sale volatil.
lumbricorum , nitro & momento opii
mixtum exteriusque inunctum , beni-
gnam medentibus porrexit manum .
Ad guttam autem rosaceam O' pustulas
qui usurpare solent merc. subl. vel a-
quam merc. præcip. dilutam , mirum
mihi peccare videntur ; hæc ipsa enim
interius recepta , ad graves dolores ca-

pitis , ad hemicranias disponunt , ipsi-
que dentibus vacillationem nimiamque
laxitatem inferunt : potius eff. benz. cum
magist. saturni , camphora , saccharo saturni-
cum aq. sperm. ran. & fl. samb. remixt ,
per quam utilem locabit operam .

20. Memorandum adhuc aliquid est
circa peculiarem gingivarum affectum ,
& talis est , quando caro gingivalis pe-
ne omnis exeditur , ita ut nudæ radices
dentium appareant . Creditur id vulga-
riter fieri ex nimia fibrarum relaxatio-
ne ; unde consuetudo est vulgarissima
obvia eundi huic affectui per externa
constringentia , nempe essentiam ma-
stich. tormentillæ , alumem , essentiam
catechu , &c. quæ nihil proficiunt , sed
potius nocent ; nam affectus hic est atro-
phia , & oritur ex defectu succi gingivas
nutrientis propter obstruktionem val-
orum arteriosorum , quæ minima & co-
piosissima in gingivis existunt : jam au-
tem si constringentibus ea obstructio fir-
matur , non poterit aliter fieri , quia plus
defraudentur suo succo rōscido alibili .
Potius deprehendimus proficia decocta ,
ex vino cum herb. salv. origan. rosmar.
camph. nitro , adjecta portione spir. sal-
amon. parata , quibus collutiones for-
dium & elutiones oris frequentissime cal-
lide instituenda ; sic vasa aperiuntur , in-
vitatur succus & sanguis , fibræ gingiva-
les roborantur , & reddit hisce partibus
suus usus & vigor .

21. Provolvimus jam ad thoracis af-
fectus , in quibus quidem topicis sua
constat laus & dignitas , licet non par-
vus quoque eorum in praxi medica de-
prehendatur abusus . Exemplum nobis
præbent tumores illi pulmonum in-
flammatorii , qui pleuritidis vel peripneu-
moniae nomine efferuntur . Quid autem u-
sitatis est , quam in iis ipsis ad dolorem
compescendum pinguis oleosa ungu. ex-
teriorius prescribere ? Rarius autem ex lis-
secutum vidi bonum effectum : ut potius ,
cum in principio diaphoreticis & discu-
tientibus debitissimis dissipari ma-
lum potuisse , discussionem impedian-
& malum ad suppurationem dispa-
rant , non secus ac fieri solet in aliis
ery-

erysipelaceis affectionibus partium exteriarum, ubi similia unguenta, dum poros obstruant & fibras nimirum relaxant sic quo decubitum humorum ulteriore invitant, ad suppurationem & exulcerationem malum deducunt. Quod si igitur, ut sapientis accidit, pleuritis est spuria, id est, inter membranas muscularum intercostalium serum acre salsum stagnat, ubi rheumatismi quædam species est, longe plus nocebunt memorata topica, dum transpirationem & liberam exscretationem materiæ stagnantis, quæ tamen summe necessaria est, præpediunt. Habet quoque nonnulli in usu, ut sopiendi gravioris doloris causa ol. hyoscyami addant: Pateor, dolorem exinde sopiri, sed non possum non simul monere, quod somnolentia, virium non levis languor, difficilior expectoratio subsequi solent, non sine magno, præsertim in ætate senili languida, periculo. Deinceps, nonnulli Practici dictis in affectibus in usu habent, ut emplastra, etiam ipsum Vigin. cum mercurio, cum balsam. sulphuris & camphora mixtum, applicent: Deprehendimus vero, ab eo, si pleuritis fuerit spuria, quæ non pulmones, sed ipsos intercostales musculos & membranas infestavit, dolorem quidem fuisse dissipatum, sed ad alias partes detrusum; immo quoque aliquot experti vicibus sumus, in pulmonum substantiam materiam fuisse relegatam, ubi pulmonum vomicam sati chronicam & periculosem excitavit.

22. Sententia itaque nostra est, in inflammatoriis hisce thoracis affectibus vel plane abstinere ab omnibus topicis, vel, si quædam admittenda sunt, ipse spir. vin. camphorat, additione castor. croc. ol. nucif. destillati mitigatus & anodynus redditus, externa debita inunctione vel cum linte applicatione omnibus aliis erit preferendus. Dantur tamen casus, ubi unguenta pinguia, anodynæ virtute prædicta, fibras relaxantia, bonum effectum edunt, ratus vero in usum vulgo trahuntur. Talis affectus est tussis sicca convulsiva, ubi non tam materiæ quantitas, sed potius tenuis acris paucæ materiæ qualitas vitiosa, nervos pneumaticos & tho-

racem ad violentos convulsivos & concussivos motus irritat, ubi sedare hos motus & partes thoracis nimirum constrictas relaxare oportet, non neglecta humoris tenuis irritantis incrassatione & inviscitatione. Talis tussis non raro contumacissima est, & vehementer sub certis tempestatibus orta, ætatem maxime puerilem & infantilem adoritur. Vidimus bonum successum, quando totum pectus inundatum fuit unguento ex unguento potabil. rubr. sperm. cet. axung. tax. unguen. popul. ol. anis. camph. in hunc finem composito.

23. Tandem, quoad externa in vera phthisi seu pulmonum exulceratione, subjicienda quædam esse monita arbitramur. Habemus varias observationes, ubi phthisici unguenta & emplastra alia bene, alia vero ægre ferre posserunt. Explorandum itaque prius est cuiusvis individui genius ratione causæ & morbi. Non inutiliter eorum operam fore putamus, si duris quibusdam tuberculis pulmones osselli sunt, quæ successive in suppurationem abire solent. Quapropter emplastra quædam non ex nimirum calidis nec nimirum inviscantibusunctuosis parari debent; illa enim dolorem & inflammationem exasperare solent, hæc transpirationem liberam lœdunt. Omnium autem optimum est emplastrum diasulphuris Rulandi, omissa colophonia, quod ex balsam. sulphuris amygdalino, myrrha, terra vitrioli, cera & terebinthina confertum est, quibus etiam adjici potest bdelium; hoc impetum humorum a pectore roborando divertere, & statim humorum discutere valet. Sed quod notabile est, si emplastra in pulmonum affectibus laudabile quid præstare debent, non sterno imponenda sunt, per hoc enim os cartilaginosum non penetrare eorum virtus potest: sed potius dorso & costis, quoniam ibi major pororum est apertio, major copia sanguinis & valorum, ut sic recipi melius queant partes emplastri subtiliores & salutares.

24. Descendimus jam ad vitia quædam stomachi, in quibus locus ipsis quoque extensis datur, modo fiat debitum eorum usus. Nullus dolor omnium confessione

tam crudeliter exercet & grotantes, quamvis, qui fixus habet in sensibiliissimis ventriculi orificiis, dextro vel sinistro, & appellari solet cardialgia. Consuetudo hic est, varia dolorem placantia interneingerere, externe quoque stomachalem regionem vel linimento spirituoso vel unguento quodam, ex carminativis anodynis composito illinire: at vero cum successu non adeo ex optato. Cum enim dolor in certa tantum parte, eaque exigua, nempe nervosis istis orificiis levat, facile patet, iis locis penetrans & efficax remedium & quantum fieri potest, proxime esse applicandum. Jam vero, si vel emplastrum vel linimentum vel unguentum toti regioni stomachali applicatur, exiguum est, quod penetrat ad orificium; quinimo cum notum ex anatomicis sit, quod superius ventriculi orificium dorso magis & vertebbris propinquum jaceat, cum juxta arteriam asperam situm sit, facile elucet, ea remedia que applicantur regioni sub scrobiculo cordis, minime eo posse penetrare. Potius itaque dorso circa octavam & nonam vertebram lateris sinistri applicandum erit, si pertingere debet ad locum affectum, remedium: quod si autem dextro orificio laboranti succurrere velimus, fiat illud sub scrobiculo cordis juxta latus dextrum. Minime autem hic ea, que nimis cito avolant, uti sunt spiritus; minimeque unctuosa vel emplastica, que nimis tardae sunt operationis, indicantur: sed potius, ex quo ego levamen expertus fui, est linimentum crassissimum in forma emplastri applicatum, & compositum ex theriac. croc. oleo nucif. camph. bals. Peruv. & ol. hyoscyam. Quod si minus juvat, frustanea erunt omnia circa externa tentamina.

25. Ulterius eos, qui praxin frequentem exercent, non latet, in more quasi solenni esse positum, si quis ex debilitate ventriculi, ex vomitu, nausea laborat, quod tunc ordinario regioni sub sternone vel unguenta vel emplastris stomachalia applicentur in forma ovali. At vero, si quis disiecta corpora paulo introspicit accuratius, non ventriculus, sed saltim pauca ejus portio, atque hepar, intestinum

colon & tenuia intestina ibi posita sunt, procumbit potius ventriculus ad latus sinistrum, sub costis, ubi tres & ius partes ad minimum delitescant, verius spinam Spuriis itaque costis lateris sinistri versus dorsum si generosa penetrantia quis applicat remedia, deprehendet effectum longe a suspicione.

26. Dolor qui nascitur ex calculo truculentissimus, in principio vel in medio uretheris stagnante, exigit quoque, nec sine ratione, topico: sed ut legitime ea applicentur, prudentia est. Neutquam autem ignotum, calculum etiam ultra modum grande, quamdiu subsistit innum substantia tubulosa & cana liculola, ne uilam quidem molestiam creare, sed tum demum, quando descensus habet in ureteribus valde angustis & simul exquisite sensibilibus. Videmus itaque exinde, non lumbis, ubi renes siti sunt, sed potius secundum ductum ureterum, qui est a duobus versus inguina, applicari debere remedia. At vero, & hic quoque non levem errorem observamus, dum ut plurimum ipso in paroxysmo, nempe descensu calculi, unguentis admiscere solent pellentia calida, v.g. ol. succin. spiritum terbinth. ol. juniper. quod sane & consilio & effectu pessimum est; intendunt quidem plures hisce pulsionem calculi per angustias viarum ita promovendam, sed mirifice errant, infigitur potius hisce calculus, gravioraque symptomata, ut urinæ suppressio, vomitiones, convulsiones excitantur. Nam, quod in uretere fixus habeat, nec e sede sua dimovetur calculus, non tam culpa est moles calculi, quam potius dolorificus iste spasmus; & quoniam asperitate calculi ut plurimum fiat fibrarum nervearum insultatio, influxus fit spirituum, dolor, ipsumque dolorem comitatur spasmus & constrictio, & quo crudelior dolor, eo semper angustiores ac constrictiores fiunt viæ. Jam autem, si talia spirituosa calida applicantur, irritatus influxum sanguinis & spirituum, intrudimus in partem calculum, dolorem augemus, calculus obturamus, & plura truculentiora producimus symptomata. Non negandum quidem est, si nec dolor,

nec

ne spasmus adest, aut si laxitas quædam, & toni dejectio, in fibris rerum membranaceis & nervis deprehenditur, talia externe adhibita ob id quod tonum robosant, urinæ fluxum promovere sed neutiquam tunc temporis locum habent: potius sola emollientia, paregorica; & anodyna olea, v.g. unguent, populeum, papaver, hyosc. lili. alb. azungia taxi, camphora, quæ ipsiæ penetrantiam conciliat &c. sufficiunt modo fiat cum manu calida frequens circa situm ureterum frictio & inunctio: hæc enim, dum spirituum impetum refrænant & fibras constrictas relaxant, efficiunt ut longe expeditius & facilius patentem viam & descensum calculus obtineat. Qua de causa etiam infessus in balnea summe proficuus & in instanti salutaris est iis, qui gravissime doloris truculentia diverxantur.

27. In nimio sanguinis per uterus profluvio, in seminis involuntario effluxu, qui sexu masculino accidit, receptum in praxi est ut regioni lumbari, ubi magni isti sanguiferorum vasorum rami situati sunt & paulo liberius patent, applicare externa soleant, quæ sanguinis impetum ad partes genitales quodammodo refrænant. Verum enim vero, multum interest; qualia & quo tempore tali in calu in usum arcessantur. Notavimus enim exemplum, ubi in femina 40. annum excedente emplastrum sperm. ran. cum faccharo saturni & ol. hyoscyam. mixtum in nimio fluxu mensium, lumbis fuit applicatum, sed ab ipso temporis momento nunquam redierunt menses, magno cum sanitatis dispendio. Cavendum quoque ab omnibus actu frigidis est, & multo magis a narcoticis: quoniam hæc omnia sanguinem, si nimium incumbit in has partes, cohibendo curam quidem palliativam exhibent, sed longe majora mala inferunt, quæ sunt in hammatio rerum, colicæ convulsiva; aut spastica abdominis pathemata. Unde tutissima via est, præfertim in hemorrhagicis excretionibus, a talismodi topicis plane abstinere, & potius internis majori curatione & circumspectione. uti:

28. Devenimus jam ad nonnullos affectus, qui ex nimia laxitate & resolutione

ligamentorum, nec non defectu eorum: roboris actioni oriuntur; & sunt in infantibus maxime ani, in feminis uteri prolapsus. Communiter ob laxi naturam strictis & adstringentibus tractare solent hæc via. Médict & Chirurgi, unde decocta ex stringentibus concinnata applicare, iisque sovore partes satagunt. At vero, cum ille prolapsus non tam ex ipsius uteri vel intestini recti, quam potius ex ligamentorum laxitate propter humidi succi inibi congestionem & accumulationem fiat, quilibet inde perspicit, frustraneum & hoc curationis molimen esse, quoniam ad ipsa ligamenta si usus foret adstringentibus, penetrare ac pertingere extera. hæc nequeunt. Quapropter in uteri prolapsu, sive sit ipse uterus, sive vagina, nihil conductum talia utero immediate applicata sed potius ipsa regio inguinalis, fovenda erit seu linimentis seu emplastris, balsamicis & penetrantibus, quæ non tam terrea stypticitate, quam spiruosa roboreante virtute imbuta, vigorem, motum, & tonum reddant humidis & relaxatis partibus. Ubitamen probè tenendum, ut in omnibus, ita in his non sola topica absolute punctionum, sed interna maxime requiri rectius & magis universali intentione, in quibusunque corporis internis, imo externis vitiis. Inter ea tamen non rejicimus suffumigia, item fatus ex vino & herbis aromaticis ac sale volatili oleoso præditis, & terreo quodam principio imbutis confessos, quibus & ipsæ hæc partes immediate affici possunt, cum vis suffimentorum paulo intius penetreret, & similis quoque effluviorum, quæ ex balneis nascuntur, natura sit.

29. Restat adhuc quidam affectus valde refractarius, imo dolorificus, qui sub nomine hemorrhoidum cœcarum describitur. Noto notus est, quam graves molestias creare soleat tumor hic venarum hemorrhoidalium, a sanguinis veletiam serui. viscidus nimio astdux & stagnatione ortus. Innumera hic excogiearunt, præsertim topica, Chirurgi & Medici remedia: sed quantum eludant & fallant omnem speciem ac expectationem ægrotantium, notissima quoque res est. Etenim

adstringentia; quæ commendantur, remorantur magis humores, qui tumorem efficiunt: emollientia & anodyna relaxant partes, & ulteriore affluxum invitant, acria erosionem faciunt, & ad ulcera pessimi moris, imo ad fistulas dispone-re solent. Non minima igitur sapientia est Medicis, si pro circumstantiarum ratione horum usum probe distinguat, & quid agere vel non agere debeat, noscat. Pan-cis, si nimius dolor urget, utique anodyna & emollientia non sunt de nihilo; hinc ollini solum sufficienti in quantitate ad motum, egregie dolores mulet. Si autem nimius tumor per molestus est, utique & tunc non tam styptica crassa terrea, quam roborantia, ut fatus, ex vino, mastich. fuce, flor. ros., balaust. thur., millefol., ador-sati, convenient, neque suffimigia hoc loco veniunt excludenda, præsertim ex rebus quæ sale volatili oleoso foeta sunt; quorum indeoles est, ut altius sese insinuant, poros firment, nimiumque humidum dissipent. Unde etiam mures mari-ni, quorum virtus seu peculiaris hodie-no tempore jaetatur, si usu quodam sese commendarunt, non alia ratione agunt, quam alia suffimenta sale oleoso quodam volatili imprægnata. Ex hisce dictis ab-unde constare arbitror, quana perversus possit enasci usus, si quis tum temporis in cæcis & dolentibus hemorrhoidibus, quando dolor gravissimus adeat, velit ad-stringentia, frigida quoque, imo acria adhibere: aut si deficiente dolore ingens tu-mor præsens sit, emollientia vel anody-na, relaxantia in usum trahere.

30. Hec dum agitamus, questio inci-dit, num in nimio sanguinis vel lymphæ profluvio ex utero injectionis habere que-ant locum? præsertim cum experiamur in seminis nimio profluvio non sine summo fructu tales institui. At vero, cum vulgus credat, fluxus non nisi adstringentibus si-sti debere; hinc nihil est periculosius, quam si tales nimias fluxiones cohibere moliamur externis injectionibus, quæ constringendi facultate pollut. Memini seminx hujus loci, quæ injectione deco-cti millefol. cum alum. acuati, dum nimio aenium profluvio laborabat, ulcus cum

tæbe & hectica febre lethale sibi contra-xit. Cautele itaque cum talibus est mercandum, & videt quivis, quod ex-terna hæc magis nocere quam prodelle possint.

31. Ordine jam devolvimur ad ea ex-terna, quæ dolentibus artibus solent ad-hiberi, si vero ex topicis abusus & pver-va applicatio fit, certe in doloribus arthri-ticis & podagrī id accedit; nam quo-niam affectus est in parte extera, pluri-mi existimant partii affectæ immediate remedium esse ad movendum, ut eo citius ad causam morbi perveniat. Sed in co-quoque mirifice falluntur, nam error est, ea in hisce affectibus ita requiri, quasi si-ne illis dolores nequeant demulceri. Nam discimus ex experientia, longe felicius absque ullo topico, si æger obediens be-neficio temporis atque patientia utatur, solis internis cauſæ morbificæ recte op-positis ferociam horum dolorum mitiga-ri posse, vel plane tolli. Ante omnia au-tem cavendum est, ne repellentia, maxi-me in principio morbi, adhibeantur, hac enim dum naturæ motum, qui est versus exteriora, turbant & materiam vitiosam ad interiora repellunt, gravissima mala excitant, vid. DRABIZIUS de scorbut. tit. de arthrit. p. 62. & 63. Experti sumus, in principio doloris podagrici cataplasmæ ex album ov. cum alumin. compositum, in consiliario plethorico una nocte affi-ctum soporosum secutum fuisse, qui vi-gorem ingenii & memoriam per totam vitam sustulit. Memorabilis est observa-tio, quam recenset HAGENDORN. cent. I. hist. 28. ubi mercator ex dolore de-tumore scorbutico laborans, applicato epithemate ex aq. destillatis cum ceruss. & camph. a balneatore, sedatis doloribus loquela amisisit, nec brachium sinistrum loco movere visus est. Non meliori se-psuccessu procedit illa hodiernum tam ita-quens partium externarum cum spiritu vini camphorat. inundatio. Dici vis pa-test, quanta ab hoc remedio sine subje-ctu & circumstantiarum ratione adhibita suscitata fuerint mala: ita non semel feci-terum observare licuit, ab ejus applica-tione in pedibus podagra tactis enormes

cardialgias, motus artuum convulsivos & epilepticos, paralyses aliaque horrenda auditu symptomata fuisse concitata. Experientia etiam constat, non omnia omnes juvare, sed quædam ex topicis dolores uni tollere, alteri augere, quodam linimenta spirituosa, quosdama emplasta anodynæ, nonnullos etiam catalplasma ex mica panis & lacte bene ferre posse, aliis autem hæc neutiquam convenire.

32. Causa horum effectuum peculia-
rium non sufficienter vulgo attenditur & inquiritur, cum & ipsis chirurgis no-
tum sit, omnia individua non a que be-
ne cuncta in externis vulnerationibus perferre posse. Est autem causa non tam
dispositio peculiaris humoris peccantis,
sed potius ipsa tensiva tonica fibrarum,
pororum, & vasorum eutis constitutio;
habent enim omnes partes, & maxime
quaæ emunctorii & colatorii vices gerunt,
suum peculiare robur, tonum, tensio-
nem, nec non dilatationem, quaæ mo-
tus species ad excretiones & secreciones
summe necessaria, potissimum a spiri-
tu animalium influxu & nervearum
membracarum tensione dependet: qualis itaque hæc ipsa sit in omnibus indivi-
duis, & morbis eorumque temporibus,
in exhibitione topicorum provide ani-
madvertendum est ab ipsis medentibus.
Quis enim non videt, si pori nimis fue-
runt constricti a dolore & spasmo, neu-
tiquam tunc spirituosa calida conferre,
sed potius ea, quaæ blande constrictas
partes relaxant? contra, si nimia est
post dolorem relaxatio, quod appareat ex
tumore, dolore mitiori redditio, omnia
unguenta, humida, unctuosa, anody-
na valde nocere, & potius tuat linimen-
ta spirituosis nervinis utendum esse. De-
inde, utut quandoque topica egregie do-
lores mulcent & febrem minorem effi-
cient, nihilominus non semper illud
valet, etiam in eodem individuo. Pau-
cis, quo robustior in expellendo est na-
tura, quo major corporis vigor & mo-
tus internus, eo minus periculi indu-
cunt extensa decenter applicata, que-
namen, si vigor motuum cessat, si actas

senilis vel affectus cachecticus superven-
erit, plane sunt seponenda. Illud enim
unice intendat medicus necesse est, ut
externis ne sifat evaporationem mate-
ria peccantis, sed eam promoteat: ver-
rum, quoniam magna prudentia hac in
re opus est, securius potius est abstinere
ab omnibus externis & totum negotium
curandi internis committere, partesque
affectas in blando tempore servare.

33. Deinde etiam observavimus,
toplitorum generationem, quaæ maxime
fit in arthritide fixa, plerumque deberi
improvide externorum applicationi,
præfertim stupefacientibus & infrigida-
toribus. Meretur hic adduci WEDE-
LIUS qui in Medicament. Facultat. scri-
bit: Frequentia experientia docti sumus,
plus danni ipsis podagricos inde passos,
ino plures ex arthritide vaga hoc modo
fixam sibi accersivisse, plurimos vero to-
phos, quod usurpaverint unctuosa & pin-
guia emplastica. Hinc & ipse GALE-
NUS method. medend. lib. 4. cap. 3. to-
phos in articulati morbo produci recte
memorat ex humore glutinoso & crasso,
quando is non paulatim digestus, sed
violentis remedii rotus simul exsicca-
tor est: & FERNELIUS consil. 12. ge-
minari inde dolores observat. Ceterum,
non omnia topica plane exterminanda
esse in externis articulorum doloribus ar-
bitramur, siquidem, quando dolor
adeat inveteratus cum torpore quadam
& insensibilitate junctus, qualis in se-
niliatate sœpiissime evenit, tunc sedata-
prius interna sanguinis & humorum
ebullitione, ad roborandos nervos &
invitandum spirituosi elasticis fluidi in-
fluxum in imbecilles partes, linimenta
nervina balsamica vi nobilitata ex-
spectationi medici & miseri ægrotantis
eximie satisfacent.

34. Non possumus quoque hoc loco
silentio præterire in arthritide vagi scor-
butica lumbricorum terrestrium vita ad-
huc frumentum dolentibus partibus ap-
plicationem. Dicci vir poterit, quanta
encomia hujus remedii penes practicos
extent, ex quibus maxime eunet
WIERUS. Certum est, quod si fall
volat.

volut. abstersivum nitroso. sulphureum, & discutiendi & sedandi virtute egregia polleant, quam non tantum interne sed & externe in variis dolorum speciebus, imo etiam in ipsa gallica lue, praesulant. Nihilominus tamen cautione quadam & hic opus est, utpote in ipso dolore savissimo, ubi omnia sunt in motu, vires abundant & juvenilis ætas adeat, haec actu humida & frigida non facile nocebunt, sed id de quo dictum est exsequentur, aliter tamen res se habet, si in arthritide fixa inveterata iis quis uti velit, ubi plane contrarius sequetur effectus.

35. Ulterius subjicienda quoque venient quædam de usu externorum in affectu erysipelaceo. Nil notius est, quam quod vulgus chirurgorum & medicorum mox hic configiat ad ipsa externa, unde innumeræ passim prostant formulae: nihilominus innumeri & olim & nostro etiam tempore animadvertuntur indies errores, ad quos circumscribendos & particularibus observationibus stabiliendos vel ipsum tempus & charta deficeret. In universum autem hanc regulam, velim teneamus, distingui semper debere erysipelas, quod sit a causa externa, & quod ab interna; in illa, quæ ex contusionibus variisque lesionibus externis proficiscitur, non tam facile nocebunt externa: quan- docunque autem ex orgasmio humorum & febrili impetu materia heterogenea, acris & corrosiva plerumque indolis, versus partes externas protruditur, ibi cautius procedere licet; facile enim sic repellitur materia, & dum prodest volumus ius, quæ alias quandoque profundit topicis, plus nocemus, retropulsa nempe ad interiora materia, quæ veneni indolem tunc acquirit: quæ de re consuli potest differt, de conversione morbi benigni in malignum. Nihil autem familiarius est, quam ut levius & superficiale erysipelas constringentibus, v.g. album over, cum alumino mixto fixum & profundum faciamus, & ulcus mali moris excitemus; qualia exempla quotidie in praxi medica occurruunt. Unde etiam prudenter faciunt, qui cujus- cunque generis erysipelas saltē internis tractant, & externe sacculos tantum her-

bis paregoricis repletos imponunt, quæ blanda anaæhymsi poros tenent aperitos, constrictos relaxant, parteque fovent.

36. Postea animadvertisimus a chirur- gis, non levem committi errorem in eo, quod farinam fabar, cum rad. glycirth. herbis, emollientibus & discutientibus, cum aqua in cataplasmata redigant, & calide hoc ipsum applicent: at vero, cum calore humidum exsiccat, & firmius ma- teria se se impingat cuti ejusque poris, ut cultro vix auferri possit, sit omnino, ut transpirationis negotium non leviter la- datur, & ita, quod discuti poterat erysi- pelas, in abscessum vel ulcus abeat. En- tendum itaque semper erit, ut libera eva- poratio vel transpiratio constet & per- maneat affectis partibus; id quod nec sub frigore, nec sub manifesto calore, nec sub onere multorum integumentorum, sed sub temperato calore, qui liberam evapo- rationem ac perspirationem sovet, ege- gie præstatur.

37. Simili ratione bubonibus caute de- bent applicari externa, quia plerumque repellentibus in malum morem degenerant; quod longe magis de malignis vallet, ipsique criticis, ubi non sine summo periculo ea, quæ exterius constringunt vel refrigerant, adhibentur. Cognoscun- tur autem critici bubones, quando ad glandulata fuerit missus humor, si cum virium tolerancia, si in die critico sunt, si concoctionis signa, in urinis præcesse- rent; tunc temporis enim omnia, quæ re- tro pellunt, pernicioſissima sunt: sed ut recte monet HIPPOCRATES, in perse- etis judicationibus nihil est innovandum, sed totum negotium, nature committen- dum. Quandoque etiam e sanguinis re- dundantia oritur, bubo, ubi nullo pacto utendum esse repellentibus AVICEN- NA, ORIBASIVS, aliique monent. Quandounque autem bubo in suppura- tionem tendit, emplastrum diachyl. cum gumm. cum opopan. mixtam, admodum proficuum erit.

38. In variolarum morbo num ipsa topica usum quandam habeant, non im- merito queritur. Dicimus in genere,

quoniam hæc evacuatio critica est, magna circumspectione opus esse. Interea, si ante eruptionem urget delirium, non sine fructu externe fronti applicamus spir. rosar. cum camph. mixtum: ipsa autem in eruptione, vel etiam in suppuratione, plane abstinentiam esse ab omnibus linimentis censemus: in declinatione & tempore exsiccationis, quando vis morbi fracta fuit, oleum amygd. dulc. cum camph. & Sperm. cet. mixtum non improbandum est, ut eo ipso cutis desordatio impediatur, & nimia acritonia; quæ profundius serpere solet, mitigetur, vid. *Dissert. de variolis epidemice graffantibus.* Quapropter caute procedendum est cum topicis istis, v.g. spirit. vini myrrato, sacch. saturn. aqu. rosar. mixto.

39. Restat adhuc familiarissimus illus affectus externus, nempe scabies, sive exulceratio pustulosa cutis, magis vel minus humida, quam nemo vix sanari posse credit sine usu topicorum; unde & posthabitatis omnibus internis remediorum auxiliis, protinus ad ea ipsa configuant, variisque linimentis sulphuratis, mercurialibus vel toti cuti vel saltim articulis admotis ejus curationem moluntur, sed sapientia non sine magno sanitatis vel vita periculo; utpote nunquam tuta est via, quæ affectus externos ad sanationem producere tendit topicis, qui proveniunt a causa interna: potius cum natura heterogeneum & morbosum expellit; idem quoque agere & praestare debet Medicus & nunquam contra intentionem naturæ, quod sit plerumque externis, retropelle-re. Quocirca sumus hac in sententia, horum affectuum subcutaneorum curam non modo auspiciandam, sed & absolvendam esse internis, quæ corrigit seu ad excretionem disponunt materiam pecanteam, eamque una expurgant; quo spectant non modo diaphoretica, infusa emollientia laxantia, verum etiam, si in-veterata & maligna scabies fuerit, mercurialia, & antimonialia. Tandem sub-jungi possunt ad meliorem consolidatiō-nem & nitorem cuti restituendum bal-nea, unguenta sulphurata, exsiccantia, la-turnina: a mercurialibus autem externis

linimentis plane & in universum absti-nendum esse existimo, quoniam nunqua-tuto & sine periculo talismodi uti possu-mus, attestante tanta observatio num passim extantium, quæ mercurialium noxam loquuntur, sylloge.

40. Adjiciendum quoque hoc loco ali-quid est de linimentis, de suffumigis mer-curialibus, quibus ad salivationem exci-tandam in Gallica lue vulgo uti solent. Notissimum est, quam gravia sympto-mata ex tali salivatione incurvant se pil-sime miseris & grotantes, & quam fallax institutum sit, rebellem hunc morbum ita curare velle. Ego quidem existimo, imo per multiplicem experientiam ex-pertum habeo, tantummodo internis, nempe mercurialibus rite paratis, anti-monialibus, & lignorum decoctis, interne decenti modo adhibitis (in qua applica-tione totum arcanum consistit) luem ve-neream sine ulla externis mercurialibus, imo sepiissime sine ollo salivationis effec-tu subsequente, & sine magna sympto-matu molestia, expugnari feliciter posse.

41. Ultimo loco, sententiam quoque nostram exponere placet circa applica-tionem topicorum in partibus, quæ paralyse-ta sunt. Fatemur, non esse de nihilo hoc in affectu topica, sed egregie secun-dare usum internorum: nihilominus & decenter composita & decenter applicata esse debent. Qui solis pinguedinibus, axungii, & linimentis unctuosis uti, sive ea applicentur immediate partibus affec-tis, sive spinæ dorsi, nostra quidem opinione hallucinantur, nam hæc poros ob-struunt, fibras, quæ jam a tono suo dejec-tæ sunt, ob elaterem cessantem magis relaxant, & ita ad tumorem disponunt. Ex parte autem adversa sola spirituosa olea atque calida ætherea non id faciunt, quod facere debebant; utpote quæ maxi-mam partem propter tenuitatem partiū in auras avolant, fibrasq; nervas & mu-sculosas nimis rigidas reddunt. Potius ex axungib; animalium composita unguenta, quæ simili ingrediuntur olea destillata, ut oleum rutæ, lavend. majoran. junip. ca-ryoph. anthos, aptiora & magis accom-modata sunt; tonus enim partium nervo-sarum

farum naturalis sit, ut nec nimia adsit relaxatio, humiditas, neque nimia constrictio vel siccitas. Deinceps probe notandum est, in paralyfi, quæ fit ex vitio spinalis medullæ & nervorum origine, neutiquā hæc applicanda esse partibus sensu & motu privatis, sed potius ipsius mali fonti & principio, quod existit in spinali medulla: longe autem alia res est in ea paralyeos specie seu contractura, ubi certæ partis motus, non autem sensus privatus est, qualis metallifoscoribus est familiaris; ubi nihil juvabit medullam spinalem inungere, sed ipsam laborantem partem prælaudatis medicamentis crebrius fovere atque solari proderit.

42. Dum hoc meditamus, recordatio etiam animum subit tumorum ædematorum, qui pedes frequentius occupant. Etiam hic quadam opus est cautione in externorum applicatione; quandoquidē balneis qui eos tractare fulcipiunt, crassissimum errorem committunt. Vidimus, cacheoticos immissione pedum in aquam calidam, una nocte sibi contraxisse insigñem pedum tumorem, qui non tam facile rursus poterat auferri. Ratio in procinctu est: hæc enim humido, quod propter calorem valde se poris insinuat, fibras jam tum a tono dejectas ulterius relaxant flaccidasque reddunt, ut decumbant nimum humores, nec tam prout rursus per venas & vasa lymphatica recipientur. Idem quoque factum experientur ii, qui unguentis vel emplastris talismodi tumores dissipare aggrediuntur, ob rationem que ex dictis facile poterit inveniri. Non nulli consuerunt herbas discutientes, v.g. chelid, maj. fumar. absinth. rut. pedibus ligare: at vero, si ex ipsæ humidæ sunt & trigidæ, plus saepius tumorem augent quam ipsum tollunt. Consultius itaque est, ab omnibus hisce ablinere, & potius ligare debita ligatura tumidos pedes decet, præfertim circa nocturnum tempus, quo augmentum perpetuo tumoris cernitur, ut roborentur fibræ sic & firmentur: deinde

fotus cum aceto fortissimo cum essentiâ succini remixto & lateribus ignitis instillato instituti, non semel egregium effatum ostenderunt.

43. Restant examinanda epithemata, item emplastra, quæ ad pulsus variis in affectibus commendare mos est. Visitur & ibi non infrequens abusus, tametsi eorum vires, quæ in vero usu consistunt, non improbemus. Et peccat in eo maxime vulgus, & muliercularum quæ agrotantibus adsistunt cohors, quæ mox, live affectus sit frigidus sive calidus, communissime ad aquam istam famigeratissimam carbunculi concurrunt, quam ad reparandas vires incredibilis efficacia esse credunt: sed quis non perspicit, minime istud procedere, si quis febre ardente vel acuta labore, aut in æstu febris intermittentis jaceat: ubi potius acida, penetrantia, ut poma citri, acetum rosaceum, locum habent. Carpis quoque manuum applicare solent epithemata & emplastra, ad submovendos febris paroxysmos in intermitentibus; quem in finem miscent alumen, acerum, rutam, sedum majus, & aranearum telas, item emplastrum ex terebinthina, alumine, pulvere aranearum conficiunt; quæ ipsa teste veritate saepius egregium levamen in mitigandis paroxysmis, immo in iis tollendis, si maximam partem materia febrilis est evacuata, exhibent.

44. Ratio autem operandi paulo diffilior est, & secundum nostram sententiam, tale experimentum ad intimorem febris generationem explicanda, viam & occasionem non levem subministrat. Ut paucis, quid statuamus explicemus, eorū & arteriæ, quæ nervis suis ac motu dia- & systaltico gaudent, instrumentum istud sunt, in quo intensus ille & concitatus motus celebratur: quod si itaque talia, quæ nimum spirituum in has partes motum quodammodo sistunt & impediunt, ipsis arteriis immediate applicentur, necesse est, ut febrilis ille calidissimus sanguinis motus ad tempus sistatur.

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

- A**bsorbentium noxa in ventriculi atonia 161. in febribus hecticis ibid. in intermittentibus. ibid. Acidum qua tale in statu naturali aut p. n. in animantibus non reperitur. 150. Acida in quibus morbis convenient 162. in quibus non 162. alimentorum non ingrediuntur mixtionem animalem 127. quatenus fiant morbo 150. contemporantur affusione bilis & humoris pancreatici. ibid. Acidi salis noxa in corpore animantium experimentis probatur 151. 163. Acidulæ minus purgantes, quomodo cathartica reddantur 157. in Germania differunt ratione virtutis catharticae. ibid. Actio naturalis & physica in genere & speciatim in homine quid. 2. Adstringentium noxa in mensium fluxu & fluore albo 242. in haemoptysi. ibid. Æthiopis mineralis utilitas in variis morbis 53. preparatio cum sulphure puro optima. ibid. Alcali, purum in animantibus s. n. non datur 150. ejus manifesta in corpore praesentia est indicium corruptionis 151. noxa in corpore animantium experimentis adstruitur ibid. 163. Alcalinorum utilitas & noxa. 162. Alexipharmacorum virutes inquinuntur 65. usus & effectus quomodo naturam corporis indicet. 88. Alimenta ægrotis largius data nocent. 91. Alimentorum differentia naturam corporis indicat 90. 91. est causa differentiæ corporum inter totas regiones. ibid. Alvinæ excretionis usus ad sanitatem. 175. Alvi dejectio crebrior inutilis 213. cum ductu naturæ est molienda 414. non instituenda, nisi materia prius correcta ibid. nec simul ac semel ibid. 216. ideoque melius fit per mitiora, quam fortiora. 213. 214. Alumen inter salia media proprie referri nequit. 149. Analepticorum diversa operatio 90. quid indicet. ibid. Anasarcæ quænam convenient remedia. 16. Anima non utitur corpore nostro ut instrumento pro arbitrio 7. sensitiva motus in corpore non efficit. 3. Animæ rationalis actiones homini propriæ sunt 5. quænam sint 3. 10. nullis legibus mechanicis adstrictæ sunt 3. diversæ denominatio-nes ibid. concursus ad motus vitæles reprobatur auctoritate 5. rationibus 16. directio motuum in organis cum notitia & prudentia negatur 6. consensus cum corpore non probat, quod anima sit causa motuum. ibid. Animæ sensitivæ actiones dicuntur animalis 3. quales sint ibid. non a contactu corporum sunt 2. potentia in corpus animantium demonstratur. ibid. Anodynorum usus in acutis 19. effectus, exemplo affectus rarioris illudratus 93. indicat naturam corporis. ibid. Antepilepticorum quorundam virtutes inquiruntur. 67. Anni tempora observanda circa cura-tiones chronicorum 44. circa eva-cuationes. ibid. Aphronitri genesis & definitio 154. virtus medicinalis. ibid. Apoplexia V. S. sanata 17. emeticci usu funesta. 236. Aqua

- Aqua communis est medicina 102. frigida nocet corpori calefacto 250. quibus magis vel minus ibid. in hæmorrhagiis externe adhibita. multa mala cauſatur. 252
- Aquæ principium spirituosum cui usui 104. frigidum est medicamentosæ virtutis 105. quando noceat ibid. calidæ abusus & noxa in hypochondriacis 253 in variolis ibid. in febre tertiana biliofa ibid. post iracundiam ibid. communis ingredientia. 102
- Aquarum salubrium elementa 164. species earumque differentia ibid. continuatio salutaris 48. principia agendi ib. 104. vis cathartica unde dependeat 156. præstantia in morbis chronicis 103. cum lacte potus qua methodo & cautione instituatur 146. in pulmonum affectibus salutaris 140. cum aliis medicamentis in phthisi secundandus 141 prodest in tabescentia corporis 142. in inveterata affectione hypochondriaca 143. in intestinorum affectibus. ut diarrhoea & dysenteria 145. in purpura scorbutica ibid. in articulorum doloribus 144. & speciatim in podagra ibid. in epilepsia & motibus convulsivis 143 in melancholia. & mania ibid. vid. Mixtio. 156
- Aquæ salubres non continent ingredientia ex variis terris & mineralibus 156. nec sal acidum manifestum. sed alcalinum 138. quod primus adseruit Auctor ibid. probatur experimentis 139. paucum & volatile habent principium vitriolicum & martiale. 156
- Aquei elementi copia sufficiens ad sanitatem & sanationem requiritur. 103
- Arcanum in medicina est prudens applicatio remediorum 64. ad certos morbos curandos non datur. 33
- Arcani duplicati denominatio unde 158. præparatio compendiosior & effectu melior traditur 159. usu. ibid.
- Arsenici venenosa vis quibus medicamentis arcenda. 16
- Ars sine natura nihil valet r. 17. seq. præ natura plus valet in morbis chronicis 32. in morbis externis. 15
- Auditus deperditus restitutus. 16
- Auris abscessus quomodo tractandus. 289
- Auri operandi ratio 69. præparatorum usus in medicina. ibid.
- B Alnea nocent corporibus cachecticis 160. plethorics ibid. in gonorrhœa & fluore albo ibid. calida in quibus affectibus ex usu sint 106 frigida. quando in usum trahenda ibid. quomodo virtutem suam exerant. 107
- Bilis effervescentia unde. 150
- C Achexiaæ quænam convenienter media. 16
- Cacochymica corpora quare difficultius sanentur. 100
- Calculi renū curatio quomodo recte instituatur. 42
- Cantharides sunt muscæ venenatæ 264. de eorum usa medici dissentunt 263. quænam symptomata concident 264. in membris sensu destitutis non agunt 266. in quibus morbis locum habeant 267. qua ratione operentur. 266
- Capitiluvia quando & quomodo noceant. 285
- Castoreum non semper est antihystericum 68. quando noceat. 264
- Causæ primæ in physicis & medicis non capiuntur 58. morborum varia a Medicis allegantur 232. non sunt absolute sed pro dispositione corporis agunt 82. exemplo pestis & variolarum. ibid.
- China chinæ quando in Europa innotuit 189. a multis auctoriis laudatur 190. ab aliis ut medicamentum infidum rejicitur. 191
- Chinæ chinæ elementa examine chymico explorata. 196. usui quænam medicamenta præmittenda 197. virtus absorbens & acidum obtundens ibid. diaforetica ibid. roborans exemplo Celebr. Medicorum probatur 198. usus nunquam admittendus nisi in corpore disposito 199. cum aliis medicamentis secundetur 92. quando in intermittibus necessarius 200. in principio intermittentium non nocet 201. effectus febrium verana indolem & febricitantium diversam naturam indicat 92. adhibendi methodus. quoad formam. dosin. tempus 202. contemptori respondet 204. abusus & noxa 245. non

- non tollit plane usum 200. ex febrium intermittentium indole & naturæ intentione falso deducitur 192. quod solidis argumentis refutatur. 193
 Cinnabarinorum usus in morbis a sero & sanguine extravasato ortis 53. cautus debet esse in ventriculi & intestino-rum atonia ibid. antepilepticus quatenus sit admittendus. 65
 Circulus sanguinis est causa actionum corporis & animæ 8. dicitur vitalis ib. turbatus morborum, plane sublatus mortis causam constituit ibid. dependet a systole & diastole fibrarum & muscularum 9. necessarius est ad vitam. 8
 Coffe potus abusus & noxa. 25
 Colicæ convulsivæ metallurgorum quando-
modo sint curandæ. 16
 Chymia utilitas. 107
 Collyriorum abusus & noxa. 288
 Consuetudo in exploranda natura ex ef-
fectu remediorum attendenda 84. ma-
gnam potentiam habet in actiones corporis. 71
 Cordis & cerebri consensus demonstra-
tur. 10
 Corporum diversa ad motus 6. dispositio dependet a proportione solidorum & fluidorum. 81
 Critica excretio quænam sit. 25
 Critici dies qui sint ibid. quæ signa pre-
beant ibid. eorum existentiam male quidam rejiciunt. 40
 Criticarum evacuationum tempora ra-
tione remediorum applicationis sunt obser-vanda. 39
 Cutaneorum affectuum sanatio justo
tempore fiat. 42
- D**ecœta lignorum in scorbuto & lue
venerea quomodo paranda & recte
usurpanda. 48
 Diæta pro morborum temporibus a Me-
dico prescribatur. 45
 Diætetica remedia chymicis sunt præfe-
renda. 107
 Diaphoretica plus indicantur a natura
quam purgantia 213. selectiora quæ-
nam sint in forma liquida 50. in forma
secca ibid. repetita dosi data prosunt in
febribus acutis, malignis, exanthe-
maticis. 51
 Diarrœa male sistitur acidis 267. nuce
moschata. 268
 Diei tempus observandum est in appli-
catione remediorum. 44
 Diureticorum usus quando instituendus
43. variorum operandi ratio quomodo
naturam corporis indicet. 87
 Dolores ex calculo quibus remediis le-
niendi 17. podagrī & arthritici quo-
modo curandi. 56
 Dulcium noxa in pectoris morbis 255.
in malo hypochondriaco ibid. in febri-
bus ibid. in tussi stomachali. 256
 Dylenteria feliciter curata 50. ejus cau-
sa. 67
- E**ffectus naturæ & artis difficile co-
gnoscitur a medicis confunditur
ibid. 173.
 Emetica quænam tutiora 49. an repeti-
tis vicibus possint dari ibid. nocent
post iracundiam data 209. ut venena
223. 224. circa mensium & haemor-
rhoidum instans tempus 225. 235. post
largius potum vinum 225. post po-
tum frigidum 233. hypochondriacis
& hysteris 224. circa paroxysmos
intermittentium. 236
 Eneticorum usus in morbillis & vario-
lis 18. inter initia arthritidis ibid. in
purpura chronica 19. in intermitte-
ntibus ibid. in malignis febribus ibid.
in melancholia hypochondriaca 84.
in febribus exanthematicis 50. diver-
sa operatio ratione ætatis 83. ratione
diversæ corporum constitutionis in
eadem ætate ibid. in ictero quid indi-
cet. 84
 Empiricorum stratagemma ad captandam
gloriam. 75
 Emplastrorum cephalicorum noxa. 286.
 Emulsiones quando noceant. 257
 Epilepsia unde 24. inveterata nunquama
curatur a natura sola sed medicamen-
tis interdum, 16
 Equitationis in variis morbis utilitas.
98.
 Erysipelas male curatur topicis 292. 297.
aqua

- aqua frigida retropulsum funestum
251. gangrenam producit & fau-
cium inflammationem. 252
- Evacuatio humorum a natura fit per
diversa loca 14. quod item a me-
dico fiat 35. seri impuri quomodo
a natura instituatur. 13
- Excretiones unde dependeant 9. 22.
suppressæ morbos pariunt 9. respon-
dere debent ingestis 23. a natura
institutæ salutares 273. ideo nullo
modo sistendæ. 35
- Examina ægrotantium quomodo a
Medico institui debeant. 80
- Experientia sola non facit medicum
223. sed cum ratione conjuncta .
227.
- Externa remedia quare non omnibus
æque subjectis conducant. 297

Fabæ S. Ignatii virtus antepileptica
& antifebrilis rejicitur. 68

Febres quomodo generentur 12. ea-
rum definitio 24. quatenus saluta-
res 13. 25. vel noxiæ 30. sæpius
sunt medicina corporibus plethori-
cis, spasmo affectis, cacheeticis ,
impuris 13. inflammations tollunt
ibid. intermittentes quomodo gene-
rentur 194. faciliter curantur inter initia
201. ut plurimum grassantur epide-
mice 194. male tractatae multos mor-
bos creant 29. lentæ inter initia felici-
ter curatae 50. arthriticæ, rheuma-
ticæ, & catarrhales quomodo orian-
tur 29. quando salutares ibid. qua
methodo sanandæ ibid. malignæ
petechiales caute circa dies criticos
sunt tractandæ. 40

Febrilis calor unde. 12

Febrifugorum usus monstratur. 66

Fluor albus quare difficile sanetur 56.
quomodo curandus. 16

Fonticulorum origo unde 274. defini-
tio ibid. nomen veteribus ignotum
fuit, sed non ita applicandi modus
273. contemtores quinam 274. usus
confert ad præcavendos morbos
283. facit ad detegendam corporis
naturam ibid. utilitas in curandis
morbis capit 275. unde deducen-

da 282. in oculorum vitiis 275. in
epilepsia ibid. in pectoris affectibus
277. in morbis abdominalis ibid. in
doloribus artuum arthriticis & po-
dagricis ibid. in ulcerum antiquo-
rum consolidatione 278. in morbis
acutis & præsertim peste 279. in
omnibus suppressis excretionibus
lymphæ impuræ 282. operandi ra-
tio exponitur & simul objectioni-
bus responderetur 279. derivatorius
effectus ostenditur 280. consolidatio
quare periculosa 281. rectus appli-
candi modus. 283

Formularum abundantia unde. 60

Frigidus aquæ potus quandoque habet
vim diaphoreticam 89. post corpo-
ris incalcentiam mortem inferit
252. inflammations ventriculi &
aliorum viscerum producit. 251

Globuli sebacei per alvum ejecti
ab usu pinguium prognati. 158

Gonorrhæam curandi methodus ge-
neralis. 16

Hæmorrhagiae quomodo fiant 11.
24. criticæ quenam 12. promov-
ent circulum sanguinis ibid. sunt
vel salutares 26. ideoque non coh-
benda sed promovenda 26. vel
perniciose , quæ prudenter compe-
scendæ ibid. narium , externis co-
hibitæ quæ mala inferant 290. qui-
bus externis recte tractandæ. ibid.

Hæmorrhoidum fluxus qua methodo
tractandus. 39

Hippocratis aphorismus , eo duca-
da esse quo natura inclinet, expli-
catur. 208

Hydrops imprudenti hæmorrhoidum
suppressione prognatus 241. chinæ
chinæ abusum sequatus 245. male
curatur per purgantia draistica 215.
anasarca qua ratione recte cure-
tur. 56

Hypochondriaci mali curatio genera-
lis. 16

INdia est medicina corporis in
multis morbis. 103

Infiam-

Inflammationes præsentissimam opem postulant 51. quibus remediis tractandæ. ibid.

Infusorum operandi ratio 49. usus satius continuatus in morbis chronicis commendatur ibid. in morbis acutis. ibid.

Injectiones num suscipiendæ in sanguinis ex utero profluvio. 296

Intermittentium phœnomena explicantur 194. perversa sanatio solis evacuantibus 243. sudoriferis 244. chinæ cortice ibid. in gravidis. 245.

Ira agit in totum systema nervorum 221. in primis in ventriculum & intestina 222. in ductus biliofios & hepatis ibid. hæmorrhagias excitat. 223

Juscula carnium profundunt in morbis chronicis 57. quomodo virtute augeri possint ibid. roborantia nocent in febrium statu & declinatione 254. in febribus putridis malignis ibid. in capititis vulneribus. ibid.

LAc inter alimenta est optimum & corpori convenientissimum 108. medicamentosam habet virtutem aduersus venena 109. item in aliis morbis. exemplo veterum ib. nocet infantibus 256. adultioribus in ventriculi atonia & acidi proventu ib. in dysenteria ibid. asinum reliquis lactis speciebus est præferendum 110. minorem præ ceteris caseofæ substantiæ copiam habet 111. ideoque tenui. seroso humore præ reliquis abundat 110. in coagulum difficulter abit 111. in signem dulcedinem. præ ceteris continet ibid. saccarum præbet elegantissimum. ib.

Lactis bubuli, ovilli, caprilli mixtio & substantia 110. differentia. dependet a diversa animalium natura ibid. lactis mixtio & ingredientia 109. efficacia differt pro diversis speciebus 110. coagulum extra corpus a quibus rebus fiat 122. in corpore nostro unde fiat

123. quibus corporibus & in quibus morbis noceat 123. cum aquis mineralibus mixtio in morbis commendatur 257. usus quibus interdicatur a veteribus 123. nota quibus remediis arcenda 124. virtutem aliis medicamentis veteres emendarunt 137. virtutem aquæ salubres egregie augent 138. cura podagrī quando nociva 256. alii nini utilitas in variis morbis pulmonum 113. in phthisi 112. inter initia ejus maxime convenit 113. in tæbe ibid. in empyemate 114. in morbis articularibus 115. in colica convulsiva 116. in affectu hypochondriaco & hysterico ibid. in melancholia hypochondriaca ibid. in epilepsia & motibus eonvulsivis ibid. 117. in scorbuto & similibus morbis ibid. in senili atate & ejus morbis 118. præparatio medica ad varium usum qui intenditur 119. adhibendi methodus præscribitur 120. usus quando non admittendus. 121

Laxantia naturam hominum indicant 86. quod exemplo probatur salis fontani & pilularum laxantium ibid. cuius ratio redditur ibid. & lenientia quare benedicta a veteribus nominata sint 175. quemadmodum optima 207. eorum vis quomodo augenda ibid. quando noceant. 264.

Linimenta in capititis morbis nocent 287. quemadmodum & quando in his affectibus prossint. 287

Liquida superare debent solida in alimentis. 103

Liquoris acidi Hassiaci usus & abusus in variolis. 68.

Lumbrici quibus remediis tollendi. 16.

Lunæ potentia in corpus nostrum mutationes in curationibus morborum attendendæ. ibid.

M Achinæ divinæ & arte humana factæ in quo differunt. 4
 Magnesiaæ operandi ratio 162. effectus laxans unde. 83
 Manna omnium laxantium clementissimum & tutissimum est 180. an flatulentiaæ accusanda. 182
 Mannæ denominatio unde 176. definitio ibid. differentia & species ibid. ortus & genesis 177. varie ab auctoribus exponitur ibid. calabrinæ colligendi modus & triplex genus 178. mannaæ principia & operandi ratio 179. usus quando innotuit ib. infantibus proficuus 181. in senili ætate salutaris ibid. in gravidis ib. in affectibus ex humorum impuritate ortis & spasmodicis 182. in affectibus hypochondriacis & melancholicis ibid. in doloribus colicis 183. in affectibus renum, vesicæ, & viarum urinariarum ibid. in variolis confluentibus 187. in cura cum aquis medicatis instituta 185. virtus diuretica 184. emolliens 179. dosi 185. 185. exhibendi modus ibid. compositiones cum aliis medicamentis ab Auctore præscriptæ 186. composit. officinales 187. examen chymicum. 188. spiritus virtus & usus. ibid.
 Martis principia. agendi 54. tinturæ & effentiaæ optimæ quænam ibid. croci præparatio optima. ibid.
 Martialium. usurpandi methodus. in morbis chronicis. ibid.
 Mechanismi. in homine. definitio & probatio. 4
 Medicus felix quis 1. 249. naturam sequi debet 14. quare & quando noceat. ibid.
 Medici judicium requiritur ad sanandum 249. officium. in sanando. 96
 Medicorum. ignorantia 227. prudentia. in applicandis remedii in quo consistat 172. discordia & error in determinandis remediorum viribus. 59. 189. veterum diligentia in natura imitanda. 21. dissensus unde. 34
 Medicationis perversæ causa est ignorantia medicorum 247. falsa de medicamentis ac eorum viribus opinio.

ibid. credulitas medicorum & præjudicium auctoritatis ibid. ignorantia naturæ methodi medendi ibid. ægrotantium naturæ ibid. medicorum temperamentum. 248
 Medicina universalis non datur. 71
 Medicamentorum vires varie determinantur 236. difficulter explorantur 73. in morbis acutis 75. certæ in generé non dantur, sed respectu individuorum 64. applicatio pro ratione temporis fiat 36. exemplo purgantium & emeticorum 37. prudens applicatio in quo consistat 64. empirica reprelienditur 72. operatio diversa unde 64. variat in diversis regionibus 62. diversis anni temporibus ibid. in diversis subjectis ibid. seq. selectus & applicatio 46. continuatio necessaria ibid. a veteribus commendatur 47. exploratio in quibus morbis intituenda 74. sèpius reputatur 76. certo tempore & debita dosi fiat 77. non cum aliis simul ibid. pro ratione fexus, naturæ, ætatis 78. a priori quomodo suscipienda 77. facit ad determinandas vires ibid. mutatio nocet ægrotantibus 46. in explorandis medicamentis 77. ignorantiam medicorum indicat 46. vires non sunt absolute tales sed respective ad corpus humanum 60. quod deducitur ex consideratione motuum 61. veterum auctoritate probatur ibid. vera virtus maxima ex parte ignoratur 60. aut falso indicatur ibid. copia reprehenditur. 95
 Medicamenta cur tam noceant quam profint 189. pauca & simplicia sufficiunt ad curationem 95. adversus morbos certi effectus non dantur 249. distinguuntur in benigna & fortiora ibid. in secura & infirma ibid. tuta quænam ibid. benigna quænam. ibid.
 Mercurii operatio naturam corporis quomodo indicet 90. cum auro amalgamata virtus 52. dulcis tutus usurpandi methodus in variis morbis. 52
 Mer-

Mercurialium modus operandi 70. venenosa indoles quomodo evitetur ib. usus in medicina ibid. noxa. 242 Mensum negotium quando sit promovendum 42. obstructio quibus remedii sanetur. 16 Methodus medendi in quo consistat 46. omnium morborum generalis. 33. Mixtio lactis cum aquis veteribus jam fuit cognita 137. lactis cum aquis mineralibus primum adserta fuit ab Auctore 138. ejus utilitas demonstratur. 139 Morbi quomodo optime præcavendi 38. chronicæ a natura sola non sanantur 15. unde generentur 32. tempestivam medicationem postulant ib. qua methodo sanandi ibid. critici pro temporum ratione sanandi 41. ab externis male adhibitis exasperantur. ibid. Morborum curatio inter initia facilior 37. quænam optima 23. causæ præcipue ib. a natura removentur 24. recto ordine tollendæ. 42 Morsus canis vel lupi rabidi sanatus. 16. Motus & quies unde 2. inhærent corpori per se, non per accidens motus quomodo oriatur 60. indicat diversam corporis naturam 88. non sinit putrefactare 16. abuso nocet 99. varie præscribendus est a medico pro individui natura ibid. quo tempore instituendus ibid. est medicina in morbis chronicis 97. prærogativa gaudet præ Tudoriteris diaphoreticis & aliis remediis ibid. roborantem possidet virtutem 98. progressivus sanguinis auctor medetur morbis 11. fit per spasmum & febrem 12. progressivus & excretorius ad conservationem corporis requiritur. 23 Motuum directio in nobis sit pro dispositione organorum. 6

Natura quid 96. quid secundum Platonem & Asclepiadem 3. secundum veteres est artificium corporis nostri ibid. in quo hoc consistat

4. est princeps Medicus 1. 55. & ars necessaria ad curationem 1. 17. differt ab anima tam sensitiva quam rationali 19. humana indolesque morbi ex effectu remediorum cognosci potest 80. robusta quænam 10. imbecillis ib. sensibilis ib. morbos 11. sine medicamentis sola curat 1. 13. ordine & tempore sanat 13. per commodas vias excretiones instituit 14. medico monstrat viam in præservandis morbis 23. in febribus inflammatoris 25. in exanthematicis 28. in arthriticis, rheumaticis & catarrhalibus 29. in intermittentibus 30. in motu constituta non turbanda 34. omnes actiones suas ordine perfici 37. medetur motu progressivo sanguinis auctiori. 12 Natura motus noxiæ a salutaribus sunt distingendi 208. lex æterna 2. vox unde ibid. notio cui competit ibid. humana definitio realis 8. vocabulum varie explicatur 2. essentia in quo consistat 3. ad eandem pro scopo creatoris quidnam requiritur ibid. cognitio medico necessaria 21. seqq. in quo consistat 20. sanatio ex quibus causis explicanda 11. medendi methodus est arcana 33. a multis non attenditur ibid. paucis aforismis ab Hippocrate comprehensa. 34 Naturarum differentia unde. 11 Nerveum fluidum requiritur ad motum syntacticum 9. generatur a sanguine. 10 Nitrum pertinet ad Salia 153. secundum Verulamium habet virtutem vitam prorogandi ibid. quandoque habet vim diaphoreticam. 89 Nitri usus & abusus 161. generatio 153. multiplex usus in morbis 154. antimonianti præparandi modus 159. usus. ibid. Nitrosorum usus in morbis acutis. 19 Nonnaturalium rerum potentia in corpus nostrum 4. cognitio medico necessaria. 20 Nucis mœchatae abusus & noxa. 263 Nutritio est necessaria ad conservacionem corporis. 22

- O**bservationum de remediorum effectibus utilitas. 73
Obstructiones quomodo sanantur a natura. 21
 Odontalgia quibusnam remediis curanda 291. male tractatur topicis. ib.
 Opiatorum usus & noxa 43. sinister effectus naturam corporis indicat 93. noxa in alvi fluxionibus 239. in diuturno mœrere hypochondriacorum. 240
 Otalgicorum usus & abusus. 289
- P**Aralysis a natura sola non vincitur sed ab arte. 16
 Paroxysmi intermittentium unde 195. cur non eodem tempore recurrent. ibid.
 Pediluvia nocent corporibus humidis senilibus 260. in catarrhis & circa mensum tempus ibid. in pedum foetore. ibid.
 Phthisis vera naturæ vires eludit 15. quomodo arte tractanda ibid. lacte asinino vel vaccino curata. 113
 Plethora causa est morborum 100. quomodo removeatur a natura. 11
 Pilularum Wildegansii, Starckii, Matthiæ Anglicis usus. 69
 Pingua quando profint 158. nocent hypochondriacis ibid. externe usurpata in variolis ibid. in erysipelate ibid. in scabie 159. in capitis tinea. ibid.
 Podagra & arthritis, quibus remediis levantur 15. podagra ab acidis retropulsa quænam symptomata producat 262. ab hæmorrhoidum defectu semper orta falso creditur. 231
 Polychresta & multi usus remediadantur. 72
 Potus aqueus & tenuis sufficiens in morbis acutis ac chronicis sanandis requiritur. 103
 Praxis medica unde hodie periculosior. 108
 Principium medicinæ optimum quodnam. 21

- Ptyalismus diu durans imprudenti sanguinatione concitatus. 241
 Pulsus quid. 20
 Purgantia magis nocent quam emeticæ 209. æquabilem circulum sanguinis turbant 210. tonum ventriculi & intestinorum valde laedunt ibid. ob quod alvum adstringunt & dolores pariunt ibid. tumores aquosos abdominis augent ibid. 211. paralyssin accersunt ibid. serum & lympham præter modum absument ibid. ab auctoribus damnantur 212. agunt principio volatili penetranti 206. quod appareat ex eorum externo & interno usq; 206. nec non elemento causticæ indolis 207 ob quod mortem inferunt 208. scammoniæ ex galappa parata ob virulentam indolem nociva 208. 209. sine operatione in corpore relictæ leprosa pæthema excitant 208. fortiora quænam 206. venenis causticis sunt adnumeranda ibid. nocent post iram exhibita 224. in dentitione infantum 238. sanis corporibus 239. non locum habent in subjectis legnioribus 214. nec in hydrope 215. nec in cachexia aut morbis atero ortis ibid. quod cruditates & impures humores accumulent potius quam demant, experimento statico probatur 216. in quibus morbis ab Hippocrate interdicuntur ibid. purgantes aquæ quare non dentur. 210
 Purgantium diversa operatio naturam hominis & morbi indicat 85. fortiorum principium & damnum in corpore humano. 175
 Putredo unde 23. quomodo in homine avertatur. 22
- R**adicis Ipecacuanæ virtus anti-dysenterica inquiritur. 67
 Risi vis analeptica & alexipharmacæ. ibid.
 Ratiocinationis in medicina necessitas & usus. 59
 Rec.

Rcidivæ intermittentium unde .
197.
Regimen observandum in febribus
inflammatoris & exanthematicis 19.
pro differentia subjectorum præscri-
bendum. 20
Remedia diætetica naturæ præ chy-
micis sunt amica 108. multum præ-
stant in morbis præcavendis & fa-
nandis. 96
Remediorum effectus ab eorundem vi
activa & a corporis structura &
morbi causa materiali dependet 82.
quod probatur effectu magnesia ,
nitri. 83

SAcchari effectus in corpus huma-
num salutares 152. virtus pingue-
faciendi. ibid.
Sal commune interdum aquarium fa-
lubrium præcipuum ingrediens est
153. exemplo fontium quorundam
medicinalium ibid. lunæ inter salia
media proprie referri non potest
149. neque tartari dulce ibid. Sed-
license ad salia neutra pertinet .
168.

Salis communis usus in medicina com-
mendatur 153. inter alimenta corpori
humano summe proficius 152. Ca-
rolinarum inventio & præparatio
166. duplex principium 168. vires
unde pendeant ibid. virtus absor-
bens ibid. purgans in multis mor-
bis salutaris 169. incidens ibid. in
sanguinis excretionibus promoven-
dis 171. diuretica in variis affecti-
bus salutaris ibid. diapnoica 171.
virtus quomodo in variis morbis
aliis medicamentis secundetur 172.
usus sufficienti fluido adjuvari de-
bet 173. ejus menstrui ad solutio-
nem proportio ibid. usus quibus
cautelis instituendus 174. externus
ibid. vis cathartica unde 156. &
Sedlicensis examen chymicum XV.
experimentis institutum. 167
Salis Sedlicensis examen chymicum
158. inventor. ibid.
Salis Ebshamensis primus auditor est

D. Grew. 165. examen chymicum
157. virtutes ibid. adulteratio 160.
præparatio ibid. examen chymicum
ibid. polychresti præparandi modus
& usus 159. cathartici Hungariae
& Chemicensis convenientia cum
alii salibus naturalibus 158. mira-
bilis Glauberi præparatio 160. de-
nominatio unde ibid. singularis effe-
ctus sulphur minerale extrahendi
negatur ibid. ammoniaci præpara-
tio 161. usus ibid. digestivi Syl-
vii præparatio ibid. usus & abusus.
ibid.

Salia salubrium fontium omnibus ar-
te factis præferenda sunt 155. es-
sentialia sunt salia media a natura
producta 152. excrementitia sunt
mediae naturæ 151. media ceteris
salibus in medendo præstant 152.
non effervescunt miscela liquoris
acidi vel alcalini 140. naturæ sunt
convenientia adeoque animantibus
innoxia 151. quod experimento
probatur 163. in omnibus animan-
tibus reperiuntur 150. quando no-
cent. 162

Salium necessitas, potentia & usus in
hoc universo 148. essentialium na-
tura 152. præparatio cum quibus
herbis adornetur 153. usus in va-
riis morbis a quibus principiis de-
pendeat ibid. mediorum definitio
149. differentia ibid. species ibid.
virtutes 162. ex tartaro, aceto &
salibus paratorum effectus in cor-
pus 161. volatilium usus quan-
do in morbis chronicis prosit vel
obsit. 43

Sanguinis motus auctior in morbis le-
tolis unde 13. circulus avertit &
sanat morbos 8. præservat a putre-
dine ibid. fluxilitas ad vitam ne-
cessaria. 211

Scabies non a natura sola sed arte
curatur & quomodo. 15

Scorbutus a natura raro superatur
15. quomodo arte propelletur .
ibid.

Seminis fluxum cohibentia quo tem-
pore recte usurpanda. 43

Serum

- Serum magis per sudorem & urinam quam per alvum educitur. 215
 Seri stagnationes quomodo fiant 280.
 pro diversitate locorum ubi fiunt diversa fortiuntur nomina. 280
 Seri lactis usus in variis morbis 135.
 in omnibus morbis ab impuritate humorum ortis 133. in morbis spasmaticis 133. in hypercatharsi 129.
 in scorbuto 132. in quibus morbis commendetur a veteribus 126. virtus a Sylvatico optime traditur 134.
 laxans 131. in variis affectibus intendi potest aliis medicamentis ibid.
 unde dependeat 128. principia quænam sint ibid. præparatio vulgaris ibid. melior 129. exhibendi modus ratione mensuræ & temporis ibid. proportio ad partem crassiorem in diversis lactis speciebus experimentis monstratur. 127
 Spasmi definitio 12. genesis 24. salutaris & perniciosi definitio. 25
 Spasmi proximæ morborum & symptomatum causæ sunt 24. quomodo dividuntur ib. partes nervosæ afficiunt ib. quomodo in partes agant. 25.
 Specifica remedia non dantur 79. habent vim activam. ib.
 Spiritus salis pectori inimicus. 263
 Spirituosa largius usurpata digestionem minuant ibid. obstrunctiones viscerum gignunt ibid. in affectibus capititis & nervorum caute usurpanda. ibid.
 Sternutatoria in apoplexia quando convenient. 43
 Stomachica sat longo tempore continuanda 55. duo laudantur. ib.
 Succoladæ potus obest hypochondriacis. 254
 Sudorifera obsunt in doloribus rheumaticis ante V. Snem & alvi evacuationem data 239. post iracundiam exhibita. ib.
 Sudoriferorum usus naturæ corporis index 87. in morbis acutis, peste 19. in variolis noxiis indicat naturam. 88.
 Sulphurum mineralium usus medicinalis inquiritur. 69
- Sympatheticæ curæ fundatæ sunt in fortiori imaginatione 71. circa easdem experimenta. 242
 Symptomata pro causis sæpe curantur. ib.
 Syncoptici quomodo tractandi 8. vitam recipiunt cordis motu restituto. ib.
 Systole aucta unde 10. & diastole quomodo fiat 9. causa est sanitatis & morborum ib. circuli sanguinis ib. continuatio fit a sensu cordis & cerebri. 10
- T**artarus inter salia media proprie referri nequit. 149
 Tartari vitriolati præparatio & usus. 159.
 Temperamentorum explicatio mechnica. 11
 Temperantia terrea quando convenient in acutis 19. profund in diarrhoea & dysenteria. ib.
 Tempus certum requiritur ad generandos & curandos morbos 14. & ordo observatur in corpore nostro. 36
 Thermae quando noceant. ib.
 Tinea capitis retropulsa producit epilepsiam & alia mala. 291
 Tonus & tensio quid? 10
 Tophii in podagra plerumque externis originem debent. 196
 Topicæ quænam. 285
 Topicorum usus & abusus in doloribus arthriticis & podagrīcīs 296. in gutta rosacea 292. in gingivaram exēsione ib. in pleuritide 293. in peri-pneumonia ib. in tuſſi licca convulsiva ib. in phthisi 293. in cardialgia 294. in calculi doloribus ib. in uteri hæmorrhagia & seminis profluvio 295. in uteri prolapsu ib. in hæmorhoidibus cæcis 296. in arthritide scorbutica 298. in erysipelate ib. in bubonibus 299. in variolis ib. in scabie ib. in lue venerea ib. in paralyſi ib. in tumoribus cedematosis 300. applicatio ad pulsus ad reparandas vires. ib.
- U**lcera ossium squamosorum quibus externis tractanda. 291 Uteri

- Uteri morborum difficilis sanatio unde 56. curatio traditur. 57
Variolarum curatio recto tempore fiat. 39
V. S. purgationi præmittenda 44. utilis in morbis acutis 18. habet vim diaphoreticam, unde natura corporis cognoscitur 89. quando recte instituantur 38. an profit in febribus inflammatoriis 30. quando conveniat in febribus exanthematicis 29. nimia nocet in inflammatoriis. 28
V. Snis: necessitas. unde 102. utilitas in multis morbis ib. abusus in plethora ib. omisæ noxa variis observationibus demonstratur 228. largior usus vario modo insigniter nocet. 230
Venenum quid 265. summa partium tenuitate operationem suam exercit 223. in quas partes agat ibid. quænam symptomata concitet. ib.
Veneris tinturæ quem effectum & usum in medicina præstent. 70
Vesicantium variæ species 265. utilitas in doloribus capitis 207. in mania & epilepsia. idiopathica & sympathica 268. in affectibus soroposis ibid. in vitiis oculorum ibid. in astmate convulsivo 269. in dolori- bus arthriticis & rheumaticis ibid. in variolis & morbillis ibid. in febribus petechialibus & pestilentialibus ibid. 270. adhibendi modus in variis morbis cum cautelis ibid. perniciuos effectus quibus medicamentis præscindendus. 272
Vesicantia mitiora: quænam ib. quando ex usu sint. 273
Vini potus in febribus acutis & inflammatoriis noxius. 254
Vis animæ sive imaginatio. 77
Vires a quacunque causa amissæ quomodo reficiendæ. 58
Viscidum quomodo a natura tollatur. 11
Vita: unde pendeat 9. 22. non a sola se, & excretione 9. ejus definitio physica. 4
Vitriolum inter salia media proprie referri non potest 149. an locum habeat inter ophthalmica. 288
Vomitus: unde 232. cruentus in femina mœrore & dolore confecta emeticco concitatus 237. emmenagogis causatus. ibid.
Vomendi: conatus post iram perpetram pro naturæ motu salutari venditatur 209. emeticco male juvatur 235.

F I N I S.

